This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



M
UM,

A
CA,

NSI

S

RVEGIÆ,

NI.

LIN,

OLLEGA, SEVIRIS
UM HAVNIENSIS
N SOCIETAT.

TOPHORI I.

SITATIS



DIPLOMATARIUM ARNA-MAGNÆANUM,

EXHIBENS

MONUMENTA DIPLOMATICA,

QVÆ COLLEGIT

ET

UNIVERSITATI HAVNIENSI

TESTAMENTO RELIQVIT

ARNAS MAGNÆUS

HISTORIAM ATQVE JURA DANIÆ, NORVEGIÆ,

ET

VICINARUM REGIONUM

ILLUSTRANTIA.

EX BIBLIOTHECA LEGATI ARNA-MAGNÆANI.

EDIDIT

GRIMUS JOHANNIS THORKELIN,

IN UNIVERSITATE HAVNIENSI PROFESSOR P. E. O. IN ARCHIVIS SECRETIORIBUS COLLEGA, SEVERIS LEGATI ARNA-MAGNÆANI CURATORIBUS AB EPISTOLIS. SOCIETATUM REGIARUM HAVNIENSIS GENEALOGICO-HERALDICÆ, ET EDINBURGENS. ANTIQVARIORUM, NEC NON SOCIETAT. ISLANDICÆ BONIS ARTIBUS PROMOVENDIS DEDITÆ SODALIS.

TOMUS PRIMUS.

DANICA COMPLEXUS AB ANNO MLXXXV. AD OBITUM CHRISTOPHORI I. ANNO MCCLVIIII.

CUM XII. TABULIS ÆRI INCISIS.

HAVNIÆ ET LIPSIÆ MDCCLXXXVI.

IMPENSIS S. GYLDENDALII, REGI A REBUS AGENDIS, ET UNIVERSITATIS HAVNIENS. BIBLIOPOLÆ.

LIPSIÆ APUD G. PROFTIUM IN COMMISSIS.

55. d. 39.

A · BIBLIOTHECA · REGIA

DIPLOMATARIUM
ARNA-MAGNÆANUM.

TOMUS PRIMUS.

EDITUS

EX BIBLIOTHECA LEGATI ARNA-MAGNÆANI.

SERENISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

FRIDERICO

AUGUSTISSIMI REGIS FILIO
MAGNO MAGNORUM ATAVORUM INCREMENTO
POTENTIÆ AVITÆ PATERNÆQVE CERTISSIMO
HÆREDI
CUJUS NUMINE
PROSPERITAS ET HONOR
PATRIÆ
LÆTA CAPIUNT INCREMENTA

HOC
QVALISCUNQVE INDUSTRIÆ LITTERARIÆ
SPECIMEN
SUBJECTISSIMI ANIMI PIETATE
DEVOTISSIME
D. D. D.
GRIMUS JOHANNIS THORKELIN.

L. S.

Ad limpidiſſimos Hiſtoriæ fontes leges et diplomata pertinent. Utraqve depingunt tempora, et in luce clara ponunt. Hæc ob oculos ea, ſpectata percertos et definitos ſuos articulos, ſiſtunt, ſub vultu, qvem reapſe præferunt; iſtæ autem faciem rerum nobis demonſtrant, prout aliqvando fuit, et qvalem ſemper eſſe oportet. Omnem aliam certitudinem longe qvidem exſuperant Diplomata; at hæc ipſa tamen, qvod veritatis nimium ſæpe continuerunt, odium grave peperere, atqve per mille mortes æternæ oblivionis tenebris haud raro condemnata ſunt. Qvod evenit aliis, nihil noſtra refert. Nos enim in re diplomatica

Tot Tulimus terra caſus pelagoqve, qvot inter
Occultum ſtellæ conſpicuumqve polum.

Atqve fac ſane (1) Reginam Holſaticæ originis, aut qvæcunqve demum fuerit *diabolita* illa *Ave*, inſontem fuiſſe proditionis in patriam, cujus a ſcriptoribus rea poſtulatur. tamen nimis multa ſunt exempla, qvæ antiqviſſima noſtra tabularia teſtentur diſſipata eſſe, atqve miſere periiſſe. Qvid non ipſi fecere Reges (2) ERICUS vulgo Pomeranus, et (3) CHRISTIERNUS ille ſecundus? Qvid non omnibus agris (4) Pontificum Romanorum docta

Nil non auſa fames longo tenuauit hiatu.

Et deniqve: qvid non (5) vulcani inſatiabilis voracitas,

(1) Vid. pag. Diplomatar. 342.

(2) J. Weſtphalen de fatis Rei Diplomaticæ Cimbricæ. in Drejeri Monumentis anecdotis Virorum poſt fata illuſtrium. p. 88.

(3) Joh. Svaningii Speculum Regis Magni etc. Francof. 1658. p. 460. conf. Joh. Meurſii Hiſt. Dan. Edit. Flor. p. 786.

(4) Spondani Continuat. ad Raynaldi Annales Eccleſiaſtic. T. II. p. 43. ubi NICOLAUS V. *Enochum Aſculanum* ad Danos et Norwegos miſit; *ut odoraret, ſi qvæ latina Manuſcripta latèrent*. conf. Aſæ multiſcii Schedæ de Islandia, Chriſt. Wormii (tempore ſuo Daniæ Palladii) commentariis illuſtratæ. Oxon. e theatro Sheldon. 1696. p. 176. ubi Leonis X. Bulla hac de re ad Chriſtianum II. repetita in J. C. H. Dreyeri Notitiæ Librorum Mſſ. Hiſtoriæ Cimbricæ Periculo I. pag. 130.

(5) Archivum Eccleſiæ Othinienſis conflagraſſe teſtatur Schedula fragmentis Privilegiorum ejusdem inter Magnæana præmiſſa. *Hæc ſunt*

citas, et truculenti (6) martis furor, interdum (7) fraudi junctus, partim funditus vaſtavit, partim per

 ſex-

ſunt Reſcripta Privilegiorum ſanctæ Othinienſis Eccleſiæ qvæ de ſua dignitate et libertate poſt incendium habuit et habet. Eodem ſed graviori fato perierunt Carthophylacia Monaſterii *Hovedöenſis* Norvegici, et anno hujus ſeculi 1728 Capituli Hafnienſis, ut taceam collectionem haud ſpernendam a Comite R..... Norvegiæ olim Prorege flammis datam eſſe.

(6) Inter arma perlere Tabularia Eccleſiæ *Oſloenſis*, et Civitatis Bergenſis Privilegia. Hæc in nihilum redegerunt Lubicenſes Anno 1523, ut teſtantur Scororum hoc anno qvereiæ ad Regem Fridericum I. illud vero Epiſtola Johannis Scriver ad Eſkillum Bilde datæ circa Annum 1532. ſeqventibus verbis — tha gick hann til Proſten och atſpurde hanom om han wyſthe noget aff forſchreffne ſchrift om *Bwſknoo*, hvor hvn ſchulle fyndes. da gaff Provſten ſzan for Swaar att hand viſte der ynthet aff thill ſkels fordy Kongh gammil Chreſtens Rytther togh en Kyſte bortt och röff alle Bögger och Breffue y ſtöcker. enn Kyſte var yghen och den var icky thiil ſtede y Oſlo. *et paulo infra* och war wy hoſſz den gammil abetth Som var vtti cloſterittt (i *Howedey*) och böö hanom itt par yngylſt Hoſſir paa dyt att han ſkhulle wnderwyſſe oſſz nogitt af forſchreffne Gwdtz (ſom Hr. Henrik Krwmedike ſchulle have givet til *Hoffuet öen*) Gaff han ſaa for Swar och ſwor om gwdh at hand viſte ther enthetz aff for dy att alle cloſters breffue och breffuileger och Jordh bögger blöff brendh ſzamme tidh cloſtertt brende o: *Tunc Præpoſitum adiit rogans, qvid illi de literis Buſknoam concernentibus conſtaret? reſponſum vero tulit, ſibi eas ignotas eſſe, partim, qvod Regis* CHRISTIANI *ſenioris miles Tabularium (Oſloenſe) abſtulerat, et libros literasqve ſingulas illo conditas in ſexcentas diſſecueris partes. Qvo comperto, annoſus ille Monaſterii Hovedöenſis Abbas*

BIBLIOTHECA

DIPLOMATARIUM
ARNA-MAGNÆANUM.

TOMUS PRIMUS.

EDITUS

EX BIBLIOTHECA LEGATI ARNA-MAGNÆANI.

Et paulo infra

Barbara *fraxineis* pingatur *Runa tabellis*
Qvodqve papirus agit virgula plana valet
Pagina vel redeat perſcripta dolatile charta
Qvod redigi poterit fructus amantis erit.

Verum Eddas percurramus, et alia canæ antiqvitatis monumenta, qvorum inter vetuſtiſſima Ode dicta *Runa Capitule*, Runas, earum originem et ſcribendi modum ſeqventibus explicat.

Þa þu *at* RUNUM *Kenir* — Qvando ad *runas* venis
Inum regin kunnu — Diis bene notas
Er FADI *fimbul* þulr — Qvas *duxit* ſapiens vates,
Oc (13) REIST *hroptr rögna.* — Verum *raſit* altiſſimus Deorum.

Et

(13) In longe alio ſenſu verbum *Skrifa* ſcribere, et *Skrift* ſcriptum adhibetur, ſcilicet pro *pictura* ſemper antiqvis ſumebatur. Sic in *Sæmundi* Edda

Hofdo viþ a ſkriftum — *Dedimus picturis*
Þat er ſkatar leku — *Res heroum geſtas.*

loqvitur nempe *Gudruna Giuki* filia de opere acu diverſe facto, auroqve intexto, nam paulo poſt

Hon mer at gamni — *Illa mihi blandiens*
Gull bokadi — *Auro pingebat.*

Fafneri ſcilicet illatam a Sigurdo cædem. Teſtatur enim Volſungorum

Et

RUNAR *muntu finna*	RUNAS *invenies*
oc rádna STAFI	*Et interpretatas* LITERAS
Miöc ſtora STAFI	*Valde Magnas* LITERAS
Miök ſtinna STAFI	*Valde firmas* LITERAS

Sed

gorum hiſtoria *Brynhildam* fortia ſponſi facta limbo intexiſſe. Idem in Egilli vita ſenſus, ubi *Haçon* Norvegiæ dynaſta *Einare Skalaglammo* dedit

Skiöld, oc var han hin meſta gerſime. hann var *ſkçifadr* foru ſögum, en alt mille *ſkriftanna* voro lagdar yfer ſpeingor af gulli oc ſett ſteinum i. e. *Clypeum, rem pretioſiſſimam, ſiquidem heroum remotioris ævi factis pictus erat, picturas* vero laminæ auro graves et prætioſi lapides a ſe invicem diſtingvebant. cui clipeo haud abſimilis ille ſvecicus qvem admiranda Saxonis vena his deſcribit p. 136.

Ad Caput affixus Clypeus mihi Svecicus exſtat,
Qvem ſpecular vernans varii cælaminis ornat,
Et miris laqveata modis tabulata coronant.
Illic confectos proceres populosqve ſubactos,
Bella qvoqve et noſtræ facinus ſpectabile dextræ
Multicolor pictura notat; medioxuma nati
Illita conſpicuus ſpecies cælamine conſtat.
Cui manus hæc curſum metæ vitalis ademit.

Sed omnibus lucem majorem affundit Laxdælenſium Res Geſtæ. Mſſ. circa 980. Þat ſumar let *Olafr* gera ellidhus i *Hiardarholti* meira oc betra enn menn hafi ſed. voro Þar a *markadar* ágætar ſögor a Þilividinum oc ſva a ræfrino. var Þat ſva vel ſmidat at Þa Þotti miklu ſkrautligra er eigi voro tiöldin uppi — *Ulfr Uggaſon* orti kvædi um Olaf Hoſkuldſon oc um ſogur Þær er *ſkrifadar*

Sed dixerit aliqvis, ex Skirneris itinere et Brynhyldæ Sigurdrifæ malis, qvod poema Runarum usus varios et effectus prolixe recenset, atqve (14) ex *Skallagrimii* vita nihil aliud probari, qvam fuisse, non literas, sed characteres magicos amuleti et Talismanum, vices sustinentes. Verum habemus exempla, qveis docetur illud literarum genus potius esse adhibitum, ad exprimendum res infinite varias, eodem modo,

voro a elldhusinu. ɔ: Æstate, (qva ex Norvegia venerat) *Olafus, Hiardarholti Hypocaustum fieri jussit majori apparatu atqve arte, ac olim visum fuerat. In Parietibus et tecto res insignes fictæ erant, et tam eleganter formatæ, ut pulcrior veniret domus, ubi aberant pepla — Ulfus Uggi filius Carmine Olafi gesta, et pictas in hypocausto bistorias celebravit. Meminit Carminis dicti Husdrapa Sæmundi Edda, docetqve illo fuse narrari certamen* illud singulare qvod *Heimdallus* habuit cum Lokio sub figura phocæ de armilla Brisingamen.

(14) *Ristum Run a horni* — Insculpamus cornu caracteres
riodum spiöll i dreyra — Sculpturas sangvine rubefaciamus
Þau vel ek ord til eyrna — Ea seligo verba
Ods dyrs vidar rota — Ad orificium cornu animalis feri

et paulo infra

Skala madr runar rista — Nemo runas radat
Nema rada vel kunni: — Nisi earum potentiam calleat.
Þat gerer mörgum manni — Id multis nocet,
Er um myrkvan staf villist — ubi incerta littera erratur.
Sa ek a telgdu talkni — Vidi in dolata tabula
Tiu launstafi ristna — Decem abstrusas litteras incisas.
Þat befir lauka lindi — Hæ rosiferæ mulieri.
Langs of srega fengit. — Diuturni doloris erant causa.

modo, vi et poteſtate, ac hodierna ſcriptura id facit. Erat autem ſcribendi ars majorem in modum olim rara, atqve occulta habebatur, unde profecta eſt vulgi, qvi ſemper adeo propenſus eſt, ad vim ſupernaturalem et origines divinas, iis tribuendum, qvæ ſuum captum fugiunt. Interea tamen nonnulli in hac arte exercitati et periti erant, animiqve ſui ſenſa bacillis (15) *keſle*, ſ. tignis *balkr*, Runa ſignatis cum amicis communicarunt. Nec id ſolum; carmina fago *Bök* et *Bok*, ut Romani *ligno*, et *Libro* incidebant. Ita Hallmundi monticolæ filia elegantem patris moribundi Odam (16) literis conſcripſit; et prudens illa Thorgerda operam ſuam pollicebatur (17) ad incidendum

(15) Talium Epiſtolarum freqvens occurrit mentio in Viglundi Vennſli Vita, Thorſtani Thauripedis, et Svarfdalenſium rebus geſtis.

(16) Gretteri Vita Cap. LXV. *Hallmundr ſagdi dottr ſinni af viðſkifium þeirra Grims. ſkaltu nu beyra til ſegir hann enn ek man ſegia þer fra athöfnum minum oc qveda þar um qvæde. enn þu ſkalt riſta efter a Keſle. Hun giörde ſo.* Hallmundus filiæ rem cum Grimo geſtam retulit, juſſitqve favere lingvæ, dum carmine exponeret fortia olim facta, addens bacillo prolatum ore incideret: id, qvod illa fecit.

(17) Egilla Skallagrimi vita. *Nu villda ek fadir at vid lengdom lif ockart ſva at þu mætir yrkia erfda Kvædi efter Bödvar enn ek mun riſta a Keſli.* Vellem pater indulgeremus tantum vitæ, qvantum ſat eſſet Epicedio in memoriam Bodvaris componendo, qvod bacillo conſignarem.

tabulis epicedium, qvod Egillo, patri auctor erat, ut in memoriam recens exſtincti filii componeret. Multo autem ante ſagax ille et uſu rerum doctus Egillus (18) conto corylaceo inſculpſerat Runis diras exſecrationes in Regem Ericum et Gunhildam, ſangvine nunqvam ſatiatam. Omnia hæc in orbe noſtro Boreali Religionem Chriſtianam præceſſerunt. Ex eo vero

(18) Han tók í hönd ſer heſtiſs ſtaung, ok geck á bergſnaus nockura. Þá er viſſi til landz inn. Þá tók han hroſshöfud, ok ſetti upp á, ſidan veitti han formála, ok mællti ſua. *Her ſet ek upp nidſtaung. ok ſny ek þeſſu nidi á bönd Eriki konúngi ok Gunnhildi drottníngu.* han ſneri hroſshöfdinu inn á land. *Sny ek þeſſu nidi á landvættir þær er þetta land byggia, ſva at allar fari þær villar vega. ok engi bendi ne bitti fiſt inni. fyrr enn þær hafa rekit or landi Erik konúng ok Gunnhildi.* Sídan ſkytr han ſtaunginni nidr í biarg-rifti. ok let þar ſtande. han ſneri ok höfdinu inn á land, en han reiſt rúnar á ſtaunginni, ok ſegir þær formála þenna allan. *Egillus in inſulam egreſſus, ſumta in manum pertica corylina, in petræ alicujus, qvæ continentem introrſum ſpectabat, prominentiam proceſſit: tum caput equinum cepit, impoſuitque perticæ, atqve adhibitâ, ſic effatus eſt:* Hic ego perticam exſecrationis erigo; atqve hanc exſecrationem in Ericum regem et Gunnhilldam reginam intendo. *Tum caput equinum continenti introrſum obvertens, (pergit:)* Dirigo hanc exſecrationem in genios hujus terræ indigetes, ui cuncti errantes vagentur, et nemo ſuum domicilium adſequatur aut reperiat, prius qvam terra expulerunt Ericum regem et Gunnhilldam. *Deinde perticam in rupturam petræ immiſſam defixit, et capite (equi) ad terram converſo, literas incidit perticæ, qvæ loqvebantur iſtam (imprecationis) formulam integram.*

vero tempore Runæ adhibentur tantum, pro Cifris, hodie ſic dictis, et ideo principibus in deliciis erant. Rex HAQVINUS SVERI (19) nepos earundem lectionem optime callebat, cujus ille experimentum dedit, cum ei a Ribbungorum duce qvodam mitteretur bacillus runis inſcriptus, nuntians Sigurdi Ribbungi mortem Norvegiæ ſalutarem nuper eveniſſe. Et aſſervatur in ſecretiori Tabulario Regio Havnienſi Diarium in paucis rarum, qvod heros toga et ſago æqve clarus Magnus Gyldenſtiernius conſcripſit runis, dum expeditioni vacavit in oceano boreali (20). In Iſlandia Runæ ſemper apud vulgus in uſu fuere, et adhuc a viatoribus adhibentur ad nomina ſua indicanda aſperis inſculpta ſaxis, qvæ apud vias in coelum minantur (21). Qvis igitur crederet immortalem noſtrum Snorronem neqviiſſe legere epiſtolam id genus runis, qvæ *Staſkals letr* ſ. *mendicorum* literatura appellatur,

(19) Haqvini Haqvinii Vita Mſſ. auctore Thordo Sturlæo.

(20) Diario inſertum eſt, literis vulgaribus, Jus nauticum a Chriſtiano III, datum Germanice, in Arce Havnienſi, Anno (MD) XLIII, die Mercurii poſt Vincula Petri. Majori vix ætate provectus eſt Codex Juris Scanici in pluteis Arna Magnæanis, in membrana formæ qvartæ runicis characteribus deſcriptus.

(21) Hoc idem de Dalecarlis olim obſervavit haud diu ante avita eruditione clarus Benzelius in periculo Runico pag. 65. et R. Næsman in Hiſtoriola Lingvæ Dalecarlicæ pag. 31. 33. Upſal. 1733.

tur, exaratam, qva monebat amicorum aliqvis mortem inſtare ocius; verum illud fruſtra erat, hic enim ne conjectare qvidem qvicqvam valuit ([22]).

Cum autem majores noſtri tamdiu coſueverint propria lingva ſcribere, et literis ſibi peculiaribus uti, valde mirum videri ſane poteſt, qvod ſermone Latiali et charactere æqve ignoto diplomata ſæpius loqvi ſiverint, poſtqvam ſacra immutaſſent. Qvandoqvidem in

([22]) De Runis plurimi ſcripſere, recenſiti a *Johanne Erici* in Bibliotheca Runica. Greifswald 1766, et in docti Anonymi libro *Antwort auf die Frage, ob des Hrn. Johan Erichſons Bibliotheca Runica für vollſtändig und zureichend zu halten ſey. Greifswald 1766.* Qvibus addi poſſun. Uno v. *Troil* de Runarum in Svecia Antiqvitate ſub præſidio Joh. Ihre. Upſal 1769. Joh. Guſt. *Stenberg* de Runarum patria et Origine, eodem præſide Upſal 1770. *Sv. Lagerbring* Swea Rikes hiſtorie., T. 1. p. 451-54. 460-461. Hans de *Hoffman* Fundatzioners VIII. Deel pag. 339. P. Frid. *Suhm* Den critiſke Hiſtorie over Dannemark, pluribus locis. Introduction a l'Hiſtoire de Dannemarc par Mr. *Malles.* Copenhag. 1755. pag. 224. 236. Encyclopedie Elementaire, ou Introduction a l'Etude des Lettres des Sciences et les Arts par l' Abbé *Petity.* Paris 1767. T. II. part. II. p. 456-470. Chronicon Gottwicenſe T. 1. pars 1. p. 63-70. J. G. *Eccardi* de Origine Germanorum Libri II. Goettingæ 1750. p. 188 ſeqq. Thom. *Aſtle's* Hiſtory of Writing. Lond. 1784. p. 88. Joh. Phil. *Murray* Animadverſiones ad literaturam Runicam. l. c. Deux diſſertations ſur l'origine des Runes etc. Copenh. 1767. Stanisl. *Wydras* Abhandlung über die bey Podmokle 1771 gefundenen Goldklumpen. Prag 1771.

in his non potuerunt facile applicari Runæ, qvod erant et paucæ et ſcriptu difficiles, paulatim in deſvetudinem abierunt, haud ſecus ac litteræ vulgo Gothicæ latinis pulcrioribus cedere brevi cogebantur. Ut taceam, qvod clerus olim, qvi omnibus ſe negotiis miſcuit, non libenter tulit, ſeculares ad arcana Ordinis viſu penetrare (23). Ex Lingva Diplomatum libertatem populi tuto metiri poſſumus. Qvo magis lingva propria gens in ſcribendo utebatur, eo anguſtioribus limitibus circumſcripta fuit ſedis Romanæ auctoritas. Norvegi, et ultra ſolis vias degentes Islandi, in comitiis, et in foro vernaculam adhibuerunt,

(23) Exempla duo adſunt unum ex Islandia. Johannes Epiſcopus Skalholtenſis in *Laurentium* Epiſcopum Holenſem cauſam latine perorabat; poſtulatus vero Norvegica lingva uſus, *notum eſt* inqvit *domine!* te lepore latinæ lingvæ cuilibet multum præſtare, et certare apud te utriusqve ſermonis ſvadam, verum iſtam non capit vulgus. Age igitur verbis certemus, qvorum vis et potentia omnibus æqve nota eſt, ut res eos non lateat. Vita Laurentii Mſſ. Huic convenit alterum agendi modum apud Germanos Sec. XVI docens, deſumtum ex Libro. Von Er. Lenhard Keiſer ynn Beyern vmb des Evangelii willen verbrandt eine ſelige Geſchichte Mart. Luther. Wittemb. 1528. 4. — Hat mehr Herr Lenharten Procurator angehalten das man Deutſch redt, iſt aber nicht vergandt worden, ſondern die Artikel hat man lateiniſch geleſen. Aber Herr Lenhart hat die ſumma der Artikel und ſein Antwort Deutſch geben mit groſſem Geiſt.

runt, et Diplomata partem maximam ea confecerunt. Sed in Dania ſeculo tandem XIV ſermonem patrium admiſerunt chartæ. Qvicqvid ante id tempus ſcriptum publice, ſi Jus commune (24) exceperis, latinum erat, et nudæ ſunt verſiones ævi recentioris (25) qvotqvot alio idiomate occurrunt literæ.

At qvid prodeſt dudum amiſſa deplorare? aut ſtupore otioſo qveri qvod

Tempus edax rerum, tuqve invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataqve dentibus ævi
Paulatim lenta Conſumitis omnia morte.

Satius erit, qvæ ſuperſunt, ab interitu vindicare. Hic animus, hæc cura fuit collectionis noſtræ auctori, et eadem mens eſt ejusdem Curatoribus, qvorum opera cautum voluit Patriæ Pater Optimus, ne naufraga ævi fugientis ſpolia unqvam perirent. Hunc in finem, illi injunxerunt mihi, ut qvicqvid inter theſauros Legati Mag-

(24) Jura municipalia Havnienſe, Roſkildenſe, Ripenſe, latine lata erant. vid Diplom. T. I. p. 197. Danſke Magazin T. V. p. 333.

(25) Solebant Canonici, monachi, aliiqve ordinis ſacri homines autographis addere verſiones in uſus qvotidianos, qvarum haud pauca vidi.

Magnæani literarios Diplomatum inveniretur, ſecundum leges a ſe datas publici juris facerem. Ex harum præſcripto

I) Initium factum eſt ab antiqviſſimis literis et Ordine Chronologico omnes inde prodeunt ad Annum MCDXLIX. qvo Dani Norvegiqve æterno foedere jungebantur.

II) Singulis regnis ſua data eſt ſectio, et ſeorſim edentur olim, qvæ res Islandicas concernunt.

III) Argumentum diplomatis paucis in fronte exponitur.

IV) Conſpectus chronologicus, ſingula qvid contineant volumina, ad calcem ante oculos ponit.

V) Opus totum binis indicibus clauditur, uno nominum propriorum atqve rerum, altero vocum utriusqve lingvæ diplomatibus propriarum.

VI) Annotationibus tunc conceditur locus, ubi in anno et ætate diplomatis aut aliqvis latet error, aut ejus ſaltem ſuſpicio oritur.

Et nunc venio ad modum, qvo hæc exſeqvi annitebar. Omnia manu propria transſcripſi, atqve

in eo totus fui neqvid immutaretur, vetuitqve religio, vel menda, ſive calami, ſive orationis fuerint, integritati reſtituere. Sed annotavi in parte infima paginæ, ſiqvid minus rite ſe habebat, et qvicqvid tempus adeo corraſerat, ut repetita diligenter inveſtigatione, ſub aſpectum et oculos non caderet, relicto ſpatio defectus indice ſignificavi. Hic enim legendum eſſe, nec coniecturis vel felicibus indulgendum ratus ſum. Hac ratione autographis, et diverſis exemplorum familiis fideliter ſum uſus, orthographia, qvæcunqve fuerit illa demum, vitii ſuſpecta, manifeſte falſa, et ſibi ſæpius haud conſtans, erat mihi ſancta. Ut vero non facile eſt interdum decernere, qvæ rectius debeat adhiberi litera, ex. gr. *t* an *c* ante vocales *i* et *e*, ubiqve tamen poſui *t* ubi legi poterat, *c* autem ſemper alias. Saltem in contracto *Sco*, *Scus* ut plurimum expreſſit, tanqvam ibi ſtetiſſet *Stus*. In literis initialibus nominum propriorum, qvæ in priſcis monumentis qvam rariſſimæ ſunt majuſculæ, illas tamen ſubſtitui, qvo magis hæc nomina incurrerent in oculos, diverſis ab oratione reliqva typis ſcribenda curavi; contrario literas in medio et fine magnas ad officia redegi more et uſu hodie recepta. Veterum *i* ſemper caret puncto, qvod moderni typorum

porum formatores illi comitem aſſiduum eſſe voluerunt; et in hoc erat conſvetudini cedendum. Contra, ſ longum, ubicunqve occurrebat, adhibitum ſemper eſt: eodem modo *u* et *v*. Vocalium vehicula, et, cætera qvæqve vocum contractarum ſigna, qvorum imitationem typographiæ, arti præ cæteris divinæ, prohibent, et diverſa multitudo, et formæ varietas, a vinculis, rite, ut ſpero, ſolvi, et literis pro re nata plenis expreſſa dedi. Annorum numeros, omnesqve alios, ſive literis Romanorum numericis ſolis veniebant, ſive literis ſociisqve verbis indicabantur, originem ſervare juſſi, et ſignis, qvæ habuerunt, a ſe invicem diſtinxi. Ne vero illa lectori impedimento forent, qvando hoc vel illud diploma raptim conſulendum eſſet, Arabum Cifris annum et diem in capite notavi. Majoribus erat moris teſtium nominibus lineas ut plurimum continuis ducere, nec ut hodie ſolemus, ſingulis novas auſpicari: et hoc nobis ſacrum erat.

Qvod de Orthographia dixi, de interpunctatione valet: non putavi mihi fas eſſe illam uſpiam immutare, neqve ratione loci, neqve uſus varii. Externam tamen ſigni diſtingventis formam,

priſcam rudem, hodierna induere coactus ſum. Eſt enim res in eo omnis ſita, ut diploma exſcriptum detur, qvale eſt, non vero, qvale nos illud eſſe cuperemus. Verum nemini inſolens habeatur, velim, in uno eodemqve diplomate, diverſam ſibiqve ipſi diſſonam orthographiam deprehendi, ne qvid dicam in pluribus; nam præterqvam, qvod veteres raro conſtanti in ſcribendo lege utebantur, iis, qvæ ſeqvi neceſſum habebam,

Facies non omnibus una.

Et cum non ſim neſcius, qvanti interſit exacta notitia fontium, qvibus adſtrui argumenta in hiſtoria atqve jure debent, ad ſingulas diligenter indicavimus literas, unde petitæ fuerint, et ubi inveniantur. Sunt vero fontes qvadruplicis generis

I) Autographæ Literæ. His præ cæteris omnibus fides debetur maxima; nec ſecus illæ tamen critico indigent oculo. Seculis, qvorum caſtam fidem noſtra ætas laudibus ad coelos tollit, qvæqve AUREA, et fraudis expertia fuiſſe ſibi fingit, haud infreqvens tamen erat, fallere et falli. Ubi momenti alicujus res agebatur, hominibus nihil erat ſanctum: adulterinæ con-

confictæ ſunt literæ, et ſigilla ad aliorum formabantur vultum, aut furto ſurripiebantur, ectypave aliis appenſa dolo inſerviebant. In hoſtem nil non licuit, et in bello ſtratagema Regibus dignum cenſebatur (26). Singularis igitur adhibenda eſt cautio, et oculis, mente, manibus omnia bene colluſtranda; eritqve lector diligenter admonendus de dubio vel minimo. Qvævis circumſtantia magnum momentum trahit. Intrinſecus Res ad artis Diplomaticæ regulas et hiſtoriæ veritatem rigide examinandæ: nec ad externa inattentum eſſe opportet, ut ad ductas varia manu literas; atramentum recentius; ſigilla qvomodo ſint appenſa; qvodve ſit membranæ genus, cui verba inſcripta ſunt.

II) Codices diplomatici, qvorum duas habuimus claſſes: aut enim exarati ſunt auctoritate publica, filo trajecti, ſigilloqve, præter Notarii Cæſareo Apoſtolica auctoritate fungentis conſvetum ſignum ac manus propriæ atteſtationem communiti; aut in eorum capite, medio, vel deniqve ad calcem, publicus ſcriba docuit, qvæ præceſſerunt omnia, autographis convenire. His ſigillo deſtitutis, nec qvantum videri eſt,

(26) Saxo pag. 99.

filo unqvam trajectis fides in rebus momentoſis caute erit adhibenda, præſertim ſi varia manus eosdem tranſcripſit; qvis enim ſcire poterit, integra ne folia, ne qvaterniones dicam, antiqvis nova ſubſtituerint recentioris ævi homines. Inter illos ſunt qvi vitiis non carent, etenim multum intererat, qvam ſcribæ veterum publici, haud raro ſub alio ſole nati, lingvarum periti eſſent, qvamqve valerent auribus. Ad primam claſſem pertinet Codex membraneus Sorenſis, formæ, ut dicunt, maximæ Legati Magn. qvem Stephani Johannis Stephanii nitida in fronte manus continere annotavit (27). I) *Variorum Pontificum Roma-*

(27) Omnia hæc fuſius recenſent cum Johannis Broſtrupii Archiepiſcopi Lundenſis Epiſtola Codici in fronte adjecta, tum Notarii publici ad finem ſubnotatio, conceptis, qvæ ſeqvuntur verbis. In nomine domini Amen omnibus ad perpetuam rei memoriam hoc preſens publicum transſumptum jnſpecturis pateat et ſit notum quod nos Johannes Dei et Apoſtolice ſedit gratia Lundenſis Archiepiſcopus Suetie primas et eiusdem Apoſtolice ſedis legatus legimus vidimus et diligenter inſpeximus nonnullas ſummorum pontificum literas eorum quibus adſcribuntur bullis plumbeis cum filis ſericeis rubei croceique coloris more romane curie impenden. Pariter et vidimus ac diligenter jnſpeximus nonnulla priuilegia etiam romanorum Pontificum ab Archiuis Monaſterii Ciſtertii Cabilonenſis dioceſis extracta et in uno libro papireo in aſſeribus ſub corio rubei coloris ligato de diligentia et prouiſione reuerendi patris Dni Johan-

Romanorum privilegia et immunitates indultas atqve conceſſas monaſterio Ciſtertii, Cabilonenſis Dioceſis;

Johannis Abbatis Ciſtertienſis ordinate impreſſa ac per prouidum virum Conradum Leonbergenſem de Mandato eiusdem Dni Abbatis Ciſtertii exemplata atque ſubſcripta. Rurſus vidimus et diligenter inſpeximus nonnullas literas Archiepiſcoporum predeceſſorum noſtrorum epiſcoporum et Regni Datie Regum cum ſigillis et ſecretis reſpectiue ſigillatas ſanas et ſana integras et integra non cancellatas neqve cancellata nec in aliqua ſui parte ſuſpectas nec ſuſpecta ſed omni prorſus vitio et ſuſpicione carentes et carentia ut prima facie apparebant Nobis per prouidum virum Magiſtrum Johannem Martini .... et Decretorum doctorem Religioſorum Dominorum Abbatis et Conuentus de ſora Ciſtertienſis Ordinis Roſkildenſis diecefis legitimum Procuratorem preſentatas Quasquidem literas ſicut premittitur preſentatas et per nos diligenter inſpectas ad inſtantiam et requiſitionem dicti Magiſtri Johannis Martini procuratoris allegantis et dicentis ſibi et dictis dominis Abbati et conuentui principalibus ſuis pericula imminere poſſe tum propter vetuſtatem carterum tum quia plures litere et dictiones jam deleri inceperant in eisdem tum quia vera originalia ad loca remota pro cauſis et juribus eorum defendendis transferri haberet et ſic ne veriſimiliter ex earum perditione in via, vel conſumptione ut premittitur aliqua eis deficeret probandi facultas tum etiam quia aliqua ut prefertur tranſſumpta ſicut in libro papireo tranſcripta et impreſſa et ut veriſimile eſt paruo tempore duratura per notarium noſtrum publicum infra ſcriptum tranſſumi et exemplari ac in publicam tranſſumpti formam redigi mandauimus decernentes et volentes quod huic noſtro preſenti tranſſumpto publico ſiue exemplo plena fides de cetero et in antea ubilibet locorum adhibeatur ipſumque tranſſumptum fidem faciat et illi ſtetur ac ſi originales

ceſis; et una Abbatibus et conventibus univerſi Ordinis Ciſtertienſis ad fol. xv. II) *Variorum Pontificum*

ginales ipſe litere, apparerent et .... forent Harum vero literarum Apoſtolicarum Originalium et tranſſumtorum ac archiepiſcoporum epiſcoporum et Regum tenores de verbo ad verbum in quadraginta foliis ſequentibus ſubſequentur Originalium vero plumbatorum videlicet Primo. *(Diplomatum Indicem, Verſibus LIII conſtantem cum perſpicuitate multum cedat illi, quem ſcripſit Johannes Stephanius, et cui inter ſcriptores Rerum Danic. T. IV. p. 558. locum dedit b. Langebekius hic repetere non juvat.)* Quibus omnibus et ſingulis premiſſis auctoritatém noſtram interpoſuimus et decretum et ad ampliorem euidentiam et firmiorem fidem omnium premiſſorum preſens noſtri publici transſumpti et exempli inſtrumentum exinde fieri et per notarium publicum ſcribamque noſtrum infra ſcriptum ſubſcribi et publicari mandauimus ſecretique noſtri juſſimus et fecimus appenſione communiri Datum et actum in curia noſtra Archiepiſcopali Hafnenſi Sub anno a Nativitate Dni Milleſimo quadrigenteſimo Nonageſimo quarto Indictione duodecima die vero lune viceſima ſecunda menſis Junii Pontificatus ſanctiſſimi in Xpo Patris et Dni noſtri Dni Alexandri Diuina prouidentia pape Sexti Anno ſecundo preſentibus ibidem venerabilibus viris dnis Olauo Esberni Canonico et Cancellario et Jacobo Jude Capellano noſtris teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque Rogatis. Et Ego Johannes Andree Clericus Vibergenſis, publicus ſacris Apoſtolica et imperiali auctoritate notarius, reuerendiſſimique Patris et Domini; Dni Johannis Broſtropp, Dei et Apoſtolice ſedis gratia Lundenſis Archiepiſcopi, Svetie primatis et eiuſdem Apoſtolice ſedis legati, prefati ac huiuſmodi tranſſumti et exempli coram eo ſcriba, quia predictarum literarum Apoſtolicarum, Archiepiſcopalium atque Regalium preſentationi receptioni, requiſitioni, exhi-

ficum Romanorum Archiepiſcoporum Lundenſium, Epiſcoporum Roſkildenſium et Regum Daniæ literas Confirmationum, permutationum, item privilegia et immunitates indultas atqve conceſſas Abbati et conventui Monaſterii b. Mariæ Virginis de Sora Roſkildenſis Dioceſis a fol. xv. usqve ad finem. Hæc autem omnia transſcribi ex Archivis utriusqve monaſterii Ciſtertii et Sorenſis curavit Johannes Broſtrup, Archiepiſcopus Lundenſis, rogatu Abbatis Sorenſis, eaqve demum in publici transſcripti formam cura diligenti redacta ſecreto ſuo, qvod proh dolor! abeſt, confirmavit. Singula unde deſumta ſint, ex Autographis, exemplis, impreſſisve libris, in margine ſemper indicatur, et qvæ Soram immediate tangunt,

d lecto-

exhibitioni, tranſſumptioni, exemplationi, collationi, et auſcultationi omnibusque aliis et ſingulis, dum ſic, ut permittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis teſtibus, preſens interfui, eaque omnia ac ſingula ſic fieri vidi et audiui. Ideo hoc preſens publicum tranſſumpti et exempli inſtrumentum in precedentibus quadraginta foliis comprehenſum, manu alterius, me interim, hinc impedito, fideliter conſcriptum, exinde confeci, ſubſcripſi, et in hanc publicam formam redegi, ſignoque et nomine meis ſolitis et conſuetis unacum prelibati Domini reuerendiſſimi Archiepiſcopi Sigilli appenſione, de ejus ſingulari mandato, ſignaui, in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum rogatus et requiſitus.

lectorem ſtellæ in ora ſignum docet. Rubra veteribus multum adamata Codex ubiqve neſcit; verum qvis papa, bullæ Auctor fuerit, numero, qvi Romanorum literis expreſſus diplomata ab invicem disjungit, ante oculos ponitur. Manus eſt minutiſſima: punctorum rarus uſus, commatum vero fere nullus, et qvæ ſunt, verſus obliqve transſecant. Punctis vocales ſemper carent; *iu*, *in*, *ium* ubiqve conjuncta ſunt, nec niſi ex contextu patet, qvid hic legi debeat. In medio (*) vocum *ſ* conſtanter adhibetur, verum ab initio cum minori *s* alternat. *v*, qvæcunqve litera proxime inſeqvatur, initialis ſemper eſt, at *u* in medio atqve fine. *t* vocales *ie* et *ia*, ut plurimum præcedit, nec tamen *c* penitus ignorat.

In altera claſſe veniunt

a) Esromenſis, membraneus formæ qvartæ (28), in Bibliotheca Academiæ publica inter Rantzavianos. Continet *I*) Privilegia Esromenſi monaſterio a Pontificibus

(*) Hoc ubiqve obſervare non potui coactus *s* ſæpius adhibere.

(28) Ut Codex ab initio mihi ad manus non erat, Apographis inde olim deſumtis uti neceſſum habui. Literæ autem tali modo editæ inveniuntur T. 1 p. 17. 19. 21. 30. 34. vid. Codicis fol. LXXI. a. LXXIII. b. LXXXIV. a. LXXV. b. LXXVI. a. LXXVIII. b. XXII. CXII. ubi, *Eſkillus* Archiepiſcopus beate memorie a SVENONE ſalutatur. Huic par eſt lectio fol. XLIII. b. Omnibus xpi fidelibus tam poſteros quam preſentes. T. 1. p. 90.

ficibus olim data a fol. I. ad fol. XXXIX. *II*) Literas Archiepiſcoporum Lundenſium et Epiſcoporum Roſkildenſium ad fol. XLV. b. *III*) Privilegia Regum Daniæ ad fol. LXXVII. *IV*) Literas Regum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aliorumqve ordine nullo mixtas ad fol. CCII. *V*) Annuales penſiones omnium bonorum monaſterii, qvales erant Anno Chr. MCDXCVII. *Et Auſcultata ſunt preſcripta Acta judicialia cum eorum Originalibus concordantia manu propria Franciſcus Roberti Notarius p. teſtor.* vid. fol. LXX. b. et fol. CLI. Cæterum manus varia librum ſat nitide transſcripſit: ut vero, more, Sorenſi recepto, ad ſingula non indicat, a qvo fonte defluxerint, in jure rerum controverſo, illi non multum tribuo. In ſcriptura compendiorum freqvens uſus lectorem ſæpius impedit, et diligentem eſſe monet eorundem diverſa forma: exemplo ſit xp⁹ x⁹. Salvatoris nomen. *In* præpoſitio voci, qvam regit, jungitur, ut *innomine dni*, *inmonaſterio*, *interra*. Diſtinctiones, *commata* ſunt atqve *puncta*, verum hæc minio ſæpe facta diagonali linea nigra transſecantur; at vero hac non raro carent, et tunc ſeqventi literæ qvaſi inſerta apparent, aut litera rubro mixta eſt. In cæteris ac in Sorenſi, eadem eſt, orthographiæ

ratio, ſed rubra omnibus præmiſſa, vilis interdum argumenti. Utrum trajectus filis olim fuerit, et ſigillo auctoritatis indelibatæ indice inſtructus, non eſt qvod definire auſim; eqvidem perforatus eſt, folia vero fili, lorive veſtigia nec a capite nec a calce ulla monſtrant.

b) *Munkalifenſis* membraneus Legati formæ qvartæ, rudis ævi monumentum. Etenim qvot hic verſus ſunt, tot fere in dictione vitia nauſeam legenti movent, (29) præſertim qvod Norvegicum ſermonem con-

(29) Ab iſtis ſuſpicione codicem abſolvere haudqvaqvam valet ſancta hæc atteſtatio ad frontem adſcripta. In nomine domini Amen Natiuitatis ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo Viceſimo ſeptimo Indictione vi die tertia menſis Julii hora. ix vel quaſi. Pontificatus ſanctiſſimi in xpo patris ac domini noſtri Martini dei gratia dei prouidentia pape quinti anno decimo in mei notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtituti Religioſi viri et deuoti confeſſor generalis omnesque fratres conuentus beatarum Marie Virginis et Birgitte Ordinis ſancti ſaluatoris nuncupati in Munkaliff bergenſis dyoceſis diuerſas literas videlicet confirmationum ordinis priuilegiorum Apoſtolicorum atque Regum cum nouis ſeu antiquis bonorum fundorum ſeu prediorum collatorum non raſas non cancellatas nec in aliqua ſui parte viciatas ſeu omni prorſus vicio et ſuſpicione carentes bullas et ſigilla firmiter conſeruatas in quadam ciſtula porrigebant quas quidem literas de verbo ad verbum in preſens volumine ingroſſantes michi tradiderunt efficaciter perlegendas, quibus perlectis atque diligenter examinatis tenores cum

concernit. Sic barbarus neſciò qvis ſcriptor omnia corrupit, ut præter res, non multum habeat momenti. At hinc illa, qveis monaſterii Angelorum Principi, Michaeli Bergis dedicati hiſtoria illuſtratur, cæteris diu perditis, ſolum peti poſſunt. Integræ ſæ-

 pius

cum originalibus repperi totaliter concordare in nullo penitus articulo deuiantes Supra quibus omnibus et ſingulis me notarium publicum debita cum inſtantia requirebant petentes ut eis ſuper predictarum preſentatione, examinatione et lectione publicum ſeu publica conficerem inſtrumenta quociens eis oportunum et expediens videretur. Ego vero Notarius ſubſcriptus dignum duxi inſtantia et peticionibus eorundem promtum in hac parte prebere aſſenſum preſens confeci publicum inſtrumentum. Acta et facta eſt hujusmodi preſentatio examinatio atque lectio, annō, indictione, menſe, die hora loco pontificatu quibus omnibus ut ſupra preſentibus ibidem honorabilibus viris ac diſcretis videlicet dnis Matteo Karoli perpetuo vicario eccleſie ſancte Crucis et Villichino preſbiteris, berone diækn, aruido ingeldzſun Aſlaco Vlfſun et Petro Kietilſun conſulibus bergenſibus teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Loc. Signi. Et ego Petrus ſimonis clericus vexionenſis dioceſis publicus ſacris Apoſtolica atque imperiali auctoritatibus notarius quia premiſſarum literarum preſentatione examinacione et lectione dum ſic fierent et agerentur unacum prenotatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri repperi vidi et audiui Ideoque hoc publicum inſtrumentum ad ſpecialem peticionem et inſtanciam eorundem per alium ſcriptum me negotiis aliis occupatum ſed per me in publicam tabellionis formam redactum ſigno et nomine meis ſolitis et conſultis ſignaui rogatus et requiſitus in fidem et euidens teſtimonium omnium premiſſorum.

pus paginæ et folia, puræ novis aſſervatæ, manus diverſa, et foliorum numerus a Notario publico omiſſus fidem in medio reliqvunt.

III) Libri Copiales ita dicti, antiqvitus exarati. Huc referre non dubito Codicem Legati Formæ Maximæ No. 309. Continet

1) Jus Auſtralis Norvegiæ Æidſivicum, ad cujus finem ſcriba fol. LXI addidit: completus fuit liber iſte. Anno Domini MCCCXXV. in translacione beati Cuthberti confeſſoris atque pontificis. Deo laus Amen.

2) Conſtitutiones Regum varias, ad fol. LXIIX.

3) Jus Navale Norvegorum.

4) Jus Bergenſe ſ. Municipale, ad fol. LXXXVI.

5) Inhibitiones ſolennes, fol. LXXXVII.

6) Nomina Epiſcoporum Norvegiæ, fol. LXXXVIII.

7) Jus Eccleſiaſticum Gulathingenſe, a fol. XC usqve ad finem fol. XCVII.

Sermo plane corruptus eſt, et literatura ſupra modum vaga freqventibus nævis ſcatet, ſed pictura per totum, ſi illa, qvæ ante memoratis numeris 5 et 6 continentur, eadem et elegans eſt. In hiſtoria tamen legum

legum et ætate earundem præ cæteris multum habet lucis; etenim hic annos et dies edictis Principum adſcriptos ſæpius inveſtigamus.

IV) Apographa chartacea recentiori ævo facta exiguam merentur fidem, ſiqvidem res nota eſt: literas, qvo ſæpius eadem, diverſave manu exſcribuntur, ab origine eo longius abire, et ſibi diſſimiles haud raro tandem reddi. Ut vero multum intereſt, a qvo et unde exſcripta ſint, de iis ſemper monui, qvæ Magnæus, vir terſi judicii, propria manu ſcripſerat. Atqvi ille diverſa ab Autographis orthographia utebatur, et humani haud expers erat, fontes ſedulo rimatus ſum, iisdem, qvotiescunqve patuere, ſemper uſus.

In omnibus conatus ſum, illuſtris J. Chr. Gattereri, Diplomaticæ parentis, atqve celeberrimi Phil. Wilh. Gerkenii veſtigia ſeqvi, etiam in iis, qvæ ſigilla et literaturæ ſpecimina concernebat. Circa hæc ab initio magno mihi impedimento erat abſens rei gerendæ nervus qvi ſumtus, tabulis æneis edendis neceſſarios expediret. Sed patriæ noſtræ Atticus, Dominus PETRUS FRIDERICUS SUHMIUS, cui Apollo æternas decrevit Laurus, omnia, qvæ ſpem noſtram

noſtram morabantur, cedere juſſit ocius, et impenſas eadem, qva muſas fovet enutritqve ſemper, liberalitate obtulit. Neqve illi ſatis erat, ut ſigilla, qvæ ſuperſunt in Tabulario Legati, ab interitu vindicarem, verum in mandatis dedit, colligerem undeqvaqve omnia, qvibus Dani Norvegiqve Seculo XIII, et ævo illud prævertenti, utebantur.

Extra meas partes duco tabulas laudibus proſeqvi; id tamen jure poſtulo, non poſſe dari exacte ſimilius, ac ſunt formæ operis cælati, ſi cum ectypis et exemplis conferantur. Sculptæ ſunt manu, ultra veri limites vagari nunqvam ſibi permittente, ad picturas, qvales a viris artis ſuæ decoribus, Severino Abildgaardo, Mulleroqve proficiſci debuerunt; qvorum ſcopus unicus ille fuit, ut naturam ſimplicitate venerandam, non autem illius male ſedulam, ſibiqve nimis indulgentem ſimiam fictionem commonſtrarent. Qvævis linea, et qvodlibet punctum examini accurato rigide ſubjeci, et qvod incertum videbatur abeſſe potius volui, qvam erroris anſam præbere. Hinc freqventes lacunæ; etenim has, ubi fragmentis ſolis uti neceſſe fuit, ſupplere relligio vetuit. Olim forſan exempla magis perfectiora invenire

nire continget, et tunc nihil ſane obſtabit, qvo minus tuto integra fient, qvibus pro tempore caremus. Qvodlibet unde ſumſerim, ſollicite eſt indicatum, ſive fuerit ectypus, qvi mihi Sigillum eſt diplomati appenſum, ſive delineationes. Nec minori cura oſtendi, qvot ſingulis appendeant literis ſigilla, qvalive ceræ, puræ ne an mixtæ impreſſa.

Utinam me non debuiſſe hac occaſione mentionem facere, operæ, a P. J. Reſenio, viro ſuo tempore muſis faventiſſimo, ſphragiſticæ arti impenſæ. Notum eſt, illum ad calcem Hiſtoriæ rerum, mari terraqve a Friderico Secundo geſtarum, Krabbianæqve Legum Cimbricarum verſioni Germanicæ, tabulas ſubjunxiſſe, qvibus ſigilla Auguſtorum Daniæ (*) æri inciſa repræſentantur; Johannes vero Lauerenzen eadem deſcribit, et de iis loqvitur, ac ſi eorum typaria adhuc ſupereſſent. Sed utervqve magnopere erravit; neutri enim formas veras videre contigit, et qvis qvæſo

e ovali-

(*) A Canuti Sti Sigillo incipit; ſigilla vero Reges Daniæ diu ante habuiſſe docet Snorro de ſublato pia Emmæ Reginæ fraude conjugis ſigillo, eoqve ſeductis Danis, agens T. II. p. 267. in vita Olavi Sancti Cap. CLVIII.

(30) ovalibus Reges Daniæ ſigillis uſos eſſe novit. Diu qvidem laudatis auctoribus fidem habui, ſed tandem Celeberrimi L. Spengleri benevolentia edoctus ſum, archetypos in Muſeo Regio fruſtra qværi; ſive album Lauerentzenio antiqvius inſpiciatur, ſive id, qvod a ſe conſcriptum ſucceſſoribus reliqvit, oculis ſubjiciatur.

Etſi totius, qvod olim fuit, exigua pars hoc ſit, non tamen, ut opinor, parum lucis hinc capiet Danica ſphragiſtice. Hic ſaltem annotaſſe lubet, Monarcharum Daniæ ſigilla, qvæcunqve demum fuerint, orbicularia fuiſſe, et ad Erici uſqve Menvedi ſucceſſorem amphiſphragiſtica, majeſtatica, numariaqve (31). Ceræ ſemper imprimebantur, literis membranæ loro, filisve

(30) Vid. Sigill. Abelis Regis Tab. I. No. 5. qvod vero typario non magis convenit, qvam cætera. In Norvegicis Tabulis idem error ante oculos ſe ſiſtit, ſi cum illuſtriſſimi Herois togati Dni G. Carſtenii Tractatu de origine et uſu inſignium Norvegic. Hafn. 1782. conferantur, cui, qvæ ex Archivis Lybicenſibus Tabulis noſtris ad Tom. II. æri repræſentantur nos debere mente pia grataqve profitemur.

(31) Chriſtophorus II, Anno 1320 Secreto primus utebatur, monoſphragiſtico, corona inſigni. Hoc *ad cauſas*, resqve minoris momenti Reges ejus ſucceſſores Waldemarus atqve Olaus poſtea ſæpe adhibebant.

filisve fericis (32) appenſa, qvorum color, æqve ac ceræ, varius, nulloqve tempore conſtans erat, aut ullis legibus adſcriptus (33). Metallo primus utebatur in ſignandis diplomata Fridericus Tertius, poſtqvam priſcæ majeſtatis decora ſibi et regno reſtituerat; at hoc metallum erat aurum. Non igitur eſt levis error ab iis commiſſus, qvi Reges noſtros (34) æneis

(32) Ex formulis ſphragiſticis *ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus* pag. 6, 8. 13. 15. *pagina ſignato ſigillo* pag. 11. *ſchedula ſigilli impreſſione ſignata* pag. 20. *paginulam noſtri ſigilli impreſſione ſignavimus* pag. 36. *pagina ſigilli noſtri impreſſione munita* pag. 40. *paginam imaginis noſtræ impreſſione munimus* pag. 257. qvis crederet, ſigilla membranæ impreſſa fuiſſe ut in hunc diem apud Anglos moris eſt, non autem appenſa; ſed contrario uſu hoc receptum fuit, etenim in citatis pag. 257 Abſalonis Epiſcopi litteris quarum in Archivis ſecretioribus autographum ſupereſt, foramen ad marginem inferiorem apparet, per qvod lorum tranſiit, quo ſigillum olim appendebat. Diploma membraneum, Dat. Anno Dni MCDXXIX ipſo die Cathedre Sti Petri Apoſtoli, continens ſeriem rerum, qvas Bergis Nidroſiam Aſſacus Boltius Archielectus ſecum transtulit, primum vidi cum ſigillis ceræ, membranæ agglutinatæ impreſſis. Poſt id vero tempus papiraceæ fere omnia ſigillis, jam a tergo, jam ad oram inferiorem impreſſis muniebantur.

(33) Poſt introductum imperium Abſolutum gratia Regum ſingulari uſus ceræ rubri coloris certis perſonis, collegiisqve datus, ex. gr. Comitibus Baronibus, Academiis.

(34) Traité nouveau de Diplomatiqve Paris 1755 T. II. Cujus auctorem, ſua ex Actis eruditorum menſe Nov. 1725 hautientem ſecutus eſt

bullis uſos fuiſſe perhibent. Nec minus de cordium origine novenorum crediderim noſtrates hallucinari. volunt (35) omnes, ſingulas Cimbriæ præfecturas novem, ſingulis repræſentari; at, ſi res ita ſe habeat, cur qvæſo numerus ſæpe adeo variat, ut ad xxxv. haud raro augeatur (36). Erunt corda clypei magis (37) ornamenta, ut apud Gallos Lilia et Norvegos

eſt doctiſſimus Anonymus Auctor Deſcriptionis æneæ bullæ ab Andrea Hieroſolymitano Hungarorum Rege diplomatibus appenſæ. vid. Ungriſches Magazin. Preſzburg 1783. Vol. III. p. 257.

(35) Joh. Lyſcander in Danſke Kongers Slægtebog. Khafn. 1622. Joh. Bircherodius in libro Mſſ. Cordati Leones. Immortalis J. Grammius in Indice alphabetico deſcriptionis Muſei Regii Rariorum Part. II. de Rebus Artificialibus. Havn. 1726.

(36) Vid. Sigilla Waldemari II. et Erici Menvedii Tab. 1 et 2 ad calcem.

(37) Conjecturæ huic meæ haud parum favet monumentum Erico Menvedio in templo Sti Benedicti Ringſtadis erectum. Rex ibi conſpicitur toga indutus tribus leopardis coronatis intexta, qvos inter et circum circa corda nonaginta qvatuor hic et illic nullo ordine ſparſa jacent. vid. Andr. Rejerſens Beſkrivelſe over St. Bendts Kirke i Ringſted. Kbh. 1779. 4to pag. 53. Nec cordibus, alias vulgo dictis *Soeblad* Reges noſtri clypeos ſolis ornabant. Monarchas Sveciæ iis etiam uſos eſſe eodem modo conſtat. vid. Joh. Schefferi Liber de antiqvis et veris Inſignibus Regni Sveciæ. Holm. 1678. Tab. F. ut Duces domus Brunsvicenſis taceam. vid. Anmerkun-

gos (38) roſæ, qvorum incerta olim multitudo ſculptoris arbitrio ubiqve relinqvebatur. Etenim in arte illuſtri heraldica ad acceſſoria pertinent, et tuto abeſſe poſſunt, mutariqve ordine atqve numero. Verum tres illi leopardi, coronis omnes redimiti, gentis invictæ ſymbola, ad ea referri debent, qvæ mutationem nunqvam ſubire poſſunt. J. Lauerentzenii aſſertionem taceo, (39) urbes ſigilla ſeculo tandem XIV. obtinuiſſe, cum Jus Hafnienſibus municipale datum 1254 ejus rei expreſſe mentionem faciat, et Roſkildenſe anni 1288. Tabula XI. expreſſum demus. Id tantum hac vice addam, exſtare inter Danica Sigillum cavum ſ. lanciforme ejusdem generis, ac Heineccius attulit, pag. 61. vid. Sigill. Capituli Roſkildenſis, Tab. VIII.

Qvamvis in eo totus fuerim ut emendate, et, qvod decet, ſine nævis omnia ederentur, plura pro dolor!

merkungen und Zuſätze zu des Hrn Gh. R. von Moſers Einleitung in das Braunſchweig-Lüneburgiſche Staats-Recht. Goetting. 1757. pag. 29. Nec aliud qvam ornamenta fibi vult illa cordium multitudo in Sigillis Sophiæ Langelandicæ Tabula noſtra VI. et Gunni Ketilſun Tab. IX.

(38) Vid. Sigillum Erici Magni Tabula III. inter Norvegica.

(39) In Oligeri Jacobæi muſeo Regio cura Joh. Laverentzen. Havn. Parte II. Sect. ad Tab. XXIV.

dolor! ingenue hoc fateor, menda furtim irrepſere; ſed omnia ſunt leviora, et in nominibus propriis ne ullum qvidem, qvatuor exceptis, inveniri confido. Singula vero, qvot indagare licuit, ea, qva luci publicæ exponi diplimata oportet, fide ad calcem attuli.

Qvod ſupereſt, laboris qvaliscunqve mercedem dulciſſimam aſſecutus mihi videbor; ubi in orbe literato hæc diplomatum congeries eruditos fautores invenerit, qvi me ſuis uſibus inſervire porro cupienti, non frena ſed ſtimulos adhibere æqvum dignumqve judicaverint.

Scripſi Havniæ,
XII. Kal. Maii Anno Chr. MDCCLXXXVI.

Litteræ Canuti IV, queis templum Sti Laurentii Lundenſis dotat.
Ex Codice membr. Academiæ Carolinæ Lundis in Scania

1085. Die Maii. 21.

In nomine ſancte & individue trinitatis. patris & filii & ſpiritus ſancti. Notum omnibus in Chriſto fidelibus eſſe cupimus. qualiter ego Cnuto quartus Magni Regis filius. poſt ſuſceptum paterne hereditatis regnum eccleſiam Sti Laurentii. qve ſita eſt Lunde licet nondum perfectam dotavi. ut illius agni qui tollit peccata mundi. ſit perpetua ſponſa ſancta ſancti immaculata immaculati: digna digni. Deſponſale autem huius eccleſie quid & quale ſit patefecimus. & ſub his teſtibus Ricvvalo Suenone. Sivvardo epiſcopis, Haquino Duce. presbyteris. Arnoldo. Theoderico, Heinrico. Godeſcalco. Stabulariis Allone. Haquino. Petro. Suenone. Aſcero Akonis filio. Deo preſide ratum & eternaliter ſtabilitum deſideramus. Eſt igitur terra illa quam OEpi filius Thorbiörn in Lunde pro pace ſua emendauit. In Uppaccri auſtrali. quatuor manſi & dimidius. in altero Uppaccri. totidem manſi. In Herueſtadum octo manſi. In Scalshoge duo manſi. In Flatoige. quinque manſi & dimidius quem dedit Hacon Regi. In Hildeshoge. dimidius. In Haſtathum unus manſus. In Sceftelungum. dimidius manſus. In Seueſtathum. dimidius manſus. quem perſoluebat pro pace ſua. Scora & dimidius manſus in Karlabui quem dedit idem Scora regi pro pace ſua. In Bruneslef dimidium quem ſoluebat Rex a Thorgisla filio Gunſtens.

Aguthisbo in Sandby unus manſus. In Selandia in Ramſeherathi Oem duo manſi. In Semaherati Tiarby duo manſi. In Tunaherathi Winningawe duo manſi. In Hornsherathi Sculdalef unus manſus. In Othenſe unus manſus. In Smörhem minore duo manſi. In Liungaherathi Broeſtingarythi duo manſi. In Virlundaherathi Tollathorp unus manſus. In Scenkilſio unus manſus. In inſula Amacum Sundby occidentali quinque manſi. In Brundby tres manſi. De annuali pecunia que datur pro areis in Lumaby tres marce. de eadem pecunia in Helſingborg tres marce. De areis Lunde XX marce & una. Siquis prepotens nobilis vel ignobilis. natus vel non natus contumaci inflatus audacia contra ſancte religionis propoſitum hujus pacti decretum uiolare ſtuduerit ſit anathema maranatha. ſit ſupplicio deputatus eterno. ubi uermis non moritur & ignis non exſtinguitur. fiat menſa ejus coram ipſo in laqueum. & in retributiones & in ſcandalum cum eis qui dixerunt Domino Deo. recede. a nobis. ſcientiam tuarum uiarum nolumus. Quod autem ad regiam pertinet juſtitiam ex quacunque cauſa fiat de prenominata terra. in poteſtate ſit prepoſiti & ceterorum fratrum in hoc loco deo ſeruientium — *) ſi extra pacem poſitus fuerit. quis illud emendet. & ſubſtantiam ejus tollat prepoſitus & fratres, ſi expeditionem neglexerit erga ipſos emendet. — **) Actum lunde XII Kalend. Junii Indictione nona incarnationis dominice anno Milleſimo Octogeſimo quinto. regni autem Domini Cnutonis anno quinto. predictis epiſcopis preſentibus & confirmantibus. auctore domino noſtro Jeſu Chriſto. qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

NICOLAI Regis Privilegia data Eccleſiæ Sti *CANUTI* & fratribus *Othenſis*. Ex Apographo No. 2. emendato manu b. Arnæ Magnæi

1117.

In nomine Stæ & individuæ trinitatis. notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus veræ fidei cultoribus, quod Ego *NICOLAUS* dei gratia Rex Danorum. Eccleſiæ Sti *Canuti* quæ eſt *Othenſi*, & fratribus ibidem

*) Tribus culpis exceptis. *ſupplend.*

**) Redarios equos non dent, niſi cum rex ipſe venerit *ſupplend.*

ibidem famulantibus talem libertatis legem promulgavi, quod in omnibus prædiis, villis ſive terris ad ipſos pertinentibus jam collatis ſeu adhuc conferendis, quicquid de regio jure ad nos pro qualicunque cauſa attinuit, ad eorum uſum perpetua libertate donavi: exceptis tribus duntaxat cauſis, quæ cognominantur lingua Danica α) *Wreth, Lethang withe, Frithcop*, de quorum tertio, *) niſi ſtatuimus, ut omnem portionem totius ſubſtantiæ hominis illius, qui extra pacem miſſus eſt, eccleſia ſuſcipiat; Cæterum redemptio pro pace ad jus pertineat noſtrum β) quantum eſt etiam quod vocatur *Danefe*, id eſt hæreditas illorum, qui nullum poſt ſe certum hæredem relinquunt, de hoc definitum eſt, quod ſi qvis ſine hæredibus, in terra, quæ ad eccleſiam pertinet, habitans, vita deceſſerit, dimidiam partem omnis poſſeſſionis defuncti ſuſcipiat eccleſia; reliqua ad fiſcum noſtrum pertineat. Similiter autem ſtatuimus, ut ſi quis habens terras uel alias poſſeſſiones, hæredem autem non habens, res ſuas dum adhuc eſt ſanus & incolumis, eccleſiæ voluerit conferre, & ſi tantum quamdiu vixerit uſum fructuarium ex eis reſervare, terras ei ex integro & totius pecuniæ medietatem donare **) licebat & noſtro juri pars altera cedat. Injuria fratribus illata, quæ dicitur *Aſtunc* VI horis redimatur. Siquis autem, qvod abſit, hoc noſtrum edictum infirmare tentauerit, anathematis vinculo ſe innodandum noverit. teſtes ſunt *Ubbo* Comes gener meus, *Ago* Camerarius, *Joannes Vido* & *Volff* Stabularii.

α) Corrig. *Wrech*, *Wrac*, *Wrag* res naufragæ. *Lethangs Withe* mulcta pro neglecta in expeditionem profectione. A. Magnæus.

*) Corrig. nunc. v. ita A. Magnæus.

β) Hæ duæ voces *quantum eſt*: ſuſpectæ ſunt, & earum loco ſubſtitui debere videtur nomen quoddam ſubſtantivum neutrius generis, quod nunc non occurrit, *Peculium* enim nimis ab hac ſcriptura diſcedit., A. Magnæus.

**) Corrig. licebit A. Magnæus.

ERICI Regis litteræ, quibus congregationi fratrum *Ringſtadienſi* in Memoriam Sti *CANUTI* offert *Mitſommersgield* de villa *Ringſtad*, duos manſos in *Biarge*, duos manſos in *Amaca* in *Gly* & in *Almstofr*, dimidietatem nemoris *Ringſtadienſis* & omne ius Regium, quod in prædiis & terris eccleſiæ Regi attinuit.

Ex apographo. Chart. No. 3.

1135.

ERICUS Secundus Dei gratia Rex *Danorum*, omnibus Eccleſiæ Catholicæ filiis perpetua pace gaudere. Fratre meo felicis memoriæ *KANUTO* crudeliter enecato, ob recordationem ipſius, quem præ cunctis mortalibus unice dilexi ad honorem Dei & ſtæ Mariæ, congregationem fratrum regulariter uiuentium in loco ſepulturæ ejus, *Ringſtadenſi* uidelicet Eccleſia, coadunavimus, qvibus victum & ueſtitum, copioſe, ut competit, Regali munificentia, Domino iuuante ſubminiſtrabimus. In præſentiarum autem fratribus illis decem Marcas ex ejusdem villæ cenſu, qvi dicitur *Mitſommersgield*, ſingulis annis oportuno tempore perſolvendas ad ueſtituram fratrum, ſtabili donatiuo concedimus, poſſeſſionem uero noſtram cum attinenti terra duobus fere manſis in *Biarge*, duos nihilo minus manſis in *Amaca*, in *Gly*, etiam in *Almstoft*: verum & dimidietatem *Ringſtadienſis* nemoris eisdem Dei famulis contulimus. Sed & plura deinceps ad ſublimandam Eccleſiam uita comite conferemus. Libertatis etiam talem ibidem promulgavimus legem, quod in omnibus prædiis uel terris jam collatis vel adhuc conferendis eidem eccleſiæ, quicquid quolibet modo in omni negotio & cauſa jure Regio nobis attinuit, ob reuerentiam beatæ Mariæ ſemper Virginis fratriſque mei amantiſſimi *KANUTI* ſibi famulantibus, perpetua libertate præſentis priuilegii confirmatione donauimus. Qvod ſiquis forte in poſterum, Diabolo ſuadente, hæc infringere præſumpſerit, niſi condigne ſatisfecerit, reus æternæ damnationis examini ſubjaceat. Acta ſunt hæc in Eccleſia beatæ Mariæ. coram ſacro altari Anno Dnicæ incarnationis Mcxxxv. aſtantibus *Petro* filio B (*othildis*) *Ryco* Capellano — aliisque compluribus.

Eſtilli

Eſkilli Epiſcopi Roſkildenſis Fundatio Monaſterii *Neſtuedenſis* Ordinis Sti *Benedicti*, ex mandato *Petri Botilldis* filii, ejusque matris & fratrum. Ex apographo Chart. Nº. 4.

1135.

In nomine ſancte & individue trinitatis. Ego *Eſkillus* Roſkildenſis Eccleſie Dei gratia Epiſcopus, notum eſſe volo omnibus catholice eccleſie filiis, tam preſentibus, quam futuris in poſterum, qualiter, *Petrus* Botilldis filius, frater quoque ejus *Hemmingus*, atque Georgius una cum matre ſua, Karitate divina ſuccenſi, conſolatorii ſpiritus rore perfuſi, decorem domus dei ampliauerunt, & fundamento ejus que edificatur ut civitas, cuius participatio eius in id ipſum Gemmas, lapides politos precioſos, ſuperedificaverunt. In hoc igitur convalle lacrymarum, aſcenſionis in corde ſuo diſponentes, ut recipiant pro paruis magna, pro terrenis celeſtia, coheredem ſibi Deum fecerunt. & eccleſiam *Næſtwath*, qve curis eorum videbatur noſtra conceſſione, cum omnibus ſuis appendiciis, Deo & ſto Petro, ad Monaſticam in ibi inſtituendam vitam, ſecundum Beati *Benedicti* Regulam per manus noſtras delegaverunt. ad ſtipendia qvoqve ibidem, Deo militantium ſuum participati ſunt patrimonium. *Petrus* in *Lathbu* & *Bukkethorp* curiam ſuam ut ipſe poſſederat, cum omni familia & agris, pratis & ſiluis, manſum unum & dimidium & quadrantem dedit, & ſextam partem ſilue que *Toxingiworæ* dicitur in *Mön* in villa *Kælbii* quinque manſos & dimidium. *Hemmingus* in uilla *Alabach* dimidium manſum, & in Falſtria in *Getæsbu*, manſum unum: *Georgius* in eadem villa *Getæsbu*, & *Skoelbu* & *Valnæs* duos manſos eo jure predictorum bonorum ſilvarumque, ut ipſe habuerat. Mater vero ipſorum in *Næſtweth parva*, medietatem uille & ſilue que *Lathbuworæ* nuncupatur, & *Thorp* & in *Næſtweth majori* manſum unum & quadrantem & molendinum donauit. Hec pro remedio animarum ſuarum, ſuorumque pro ſalute, videlicet uiuentium, pro refrigerio decedentium, prefate eccleſie contulerunt, & ut nulli mortalium quicquam, nec ſibi, nec ſuis heredibus, ſalua in omnibus epiſcopali reverentia, debeant, manu noſtra roborari, banno noſtro confirmari petierant. Huic eorum pio affectui iuſte petioni libenter annuentes, Ego *Eſkillus* ſervorum Dei ſervus, ſimulque cum ipſis in reſurrectione partem Beatam habiturum me credens uolui in domi-

mino iuuare manus eorum. Memento ergo mei Deus in bonum. Et eandem Eccleſiam in *Næſtweth* & eam quę eſt in *Thiærbu* nec non & eam que eſt in *Haſlewæ*, & omnia eis attinentia, Deo ſanctoque *Petro* in eodem loco unacum predictis fratribus manumiſi. Et ut ſervi dei libera hec quiete poſſideant, omne exhinc Epiſcopale ſeruicium eis, quod moris eſt eccleſiarum remiſi, nec deinceps ſeculari aut eccleſiaſtice euicqvam perſone, in aliquo ſubjaceant, preter guod Epiſcopo, in cuius ſunt dioceſi debitam ſubiectionem, ut que ſanctos decet, obedientiam exhibeant. Ipſe vero omni ſollicitudine curam eorum gerat, conſoletur, ſuſtineat, ſiquid inter eos, quod abſit, controuerſie orrum fuerit, ſi prelatus eorum nequiuerit, per ipſum terminari & corrigi canonice debebit. Quia ergo annuente Deo propter ſpem retributionis eterne, ad memoriale ſempiternum tam noſtri quam & ſucceſſorum noſtrorum, uolumus Eccleſiam hanc in bonis omnibus augere. concedimus eisdem fratribus, noſtri juris decimam in toto quadrante in *Thiuthæbyers hæreth* in quo conſiſtunt: itemque decimas omnium ſuorum in noſtro Epiſcopio poſſeſſionum, & preſentium & futurarum in perpetuum, ut ſi quando pro utilitate matris eccleſie, infra uel extra prouinciam ad ſinodum uel concilium eundum fuerit prout Epiſcopo uiſum fuerit, aut cum eo, aut eius uice Abbas honeſtiori ſuo expenſo uadat. Hec ut rata & inconcuſſa permaneant, preſentis priuilegii ſanctione firmauimus, & ſigilli noſtri inpreſſione ſignauimus. Siqua igitur Eccleſcaſtica ſeculariſue perſona hec noſtra ſtatuta uiolare temptauerit & ſeruos Dei inquietare temerario auſu preſumſerit, ſecundo tertioue commonita, ſi non reſipuerit, diuine ultioni ſubiaceat, cum *Dathan* & *Abyram*, quos terra deglutiuit, diſpereat, duplici contritione conteratur, de libro uiuentium eradatur, induatur ſicut diploide confuſione ſua, ſitque Anathema maranatha, fiat! fiat! amen. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis Mc. XXX. V. Indictione XIII imperante *LOTHARO* Romanorum Ceſare Auguſto. Anno V. Erici Danorum Regis. Epiſcoparus autem Dompni *Eſkilli*, Roſkildenſis Eccleſie uenerabilis Epiſcopi Anno II in uilla *Næſtueth* hiis teſtibus. *Salomon* Prepoſitus, *Richardus* ejusdem Eccleſie Prior, *Hermannus* Epiſcopi Capelanus, *Elyas*, *Ericus*, *Yſaac*, *Boſo*, majoris eccleſie canonici, Laici quoque, *Karolus Agonis* filius, *Tholf Godeskalki* filius, & *Hemingus* filius ejus & *Ingulf Ubbi* filius, *Gunni Heyingi* filius, *Sibbi* in *Stænkils-*

Stænkilsſtorp; *Bo* ejus filius & *Sunie* de *Rinæbæck*, *Bo Aſceri* filius & complures alii. III Kalendarum Decembrium. Preſidente Catholice Eccleſie Dompno Uniuerſali Innocentio Papa ſecundo.

ERICI Regis Litteræ, queis *Hermanno* Epiſcopo curiam *Brunbi*, molendinum in *Lugen* & omnem juſtitiam Regalem de *Juliteberret* & dimidio *Smureunsberret*, unacum X marcſis ex *Mitſumersgelt* in *Lunda*, & villa, quæ dicitur *Willingaroth*. quibus uteretur donec decenter locaretur.

Ex apographo No. 5.

1138.

ERICUS Dei gratia Danorum Rex. Notum eſſe uolo omnibus in regno meo conſtitutis tam puſillis quam maioribus, qualiter *Hermannum* Epiſcopum tumultu & ſeditione populari ſede ſua privatum, liberalitate & clementia regali collegerim; quod illi beneficia ob reverentiam ordinis ſacri, & quia meis neceſſitatibus uiriliter aſſitit, quoadusque decenter locetur, conceſſerim, curiam meam in *Brunbi* cum omnibus ſuis appendiciis & molendinum in *Lugen*. Quæ ſi forte alienæ poſſeſſioni ceſſerint, æque ualentibus ſuppleri debebunt. Item *Juliteheret* & dimidio *Smureunshereth*. adhuc autem & alio *hereth*, quod primum deliberare potuero; omnem juſtitiam regalem illius concedo; De *Mitſumersgeld* meo in *Lunda* marcas X ſingulis annis. Quæ ut rata & omnibus diebus inconvulſa usque ad præſcriptum terminum ſine impedimento permaneant, Ego & primates mei fidem dedimus & hoc præcepto firmauimus. *Eſkillus* Archipieſcopus, *Magnus Saxiſun*, *Siunde Svenſun*, *Karl Ageſun*, *Ebbe Skielmſun*, *Eſkil* Roſkildenſis villicus, *Thord Staffneſun*, *Score Wagnſun* & plerique mei curiales. Acta *Lundis* in domo Archiepiſcopi. Præterea in Silva *Grivid* prædium quod *Willingeroth* dicitur, cum attinentibus terminis perpetuo illi poſſeſſionis jure, ut noſtræ legis mos eſt, contradidi. In domo *Sunde* coram hiis teſtibus, quorum hic notantur nomina, *Occo* Epiſcopus, *Magnus* Regis filius, *Aſcerus* Capellanus, *Toko* Regis Notarius presbyteri, *Walterus* & *Haroldus*, *Magnus Siunde*, *Petrus Lageſun Nicolaus* frater ejus. *Atte Dorſteinſum*, *Thurgils Gaut*, *Atte Eſpeſun*, *Ake*

Ake Fraudesun, *Bo Galle*, *Thort Throkilsun* & complures alii. Inconcussa ergo hæc perpetua stabilitate præsenti præcepti edicto esse sancivi, & sigilli mei impressione signavi. Siquis in posterum ea perturbare præsumserit omnipotentis dei iram & regalem experiatur vindictam.

Innocentii Papæ II. Privilegia data monasterio & Ecclesiæ *Ringstadensi*. Ex apographo No. 6.

1138.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio *Ormo* Priori Ringstadensis ecclesie eiusque successoribus substituendis. Quotiens illud a nobis petitur quod rationi & honestati conuenire dinoscitur animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impartiri suffragium ut fidelis deuotio celebrem consequatur effectum. Quocirca dilecte in Domino fili *Orme* Prior tuis postulationibus clementer annuimus, & *Ringstadensem* ecclesiam cui Deo Auctore præsides, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, eamque cum omnibus suis pertinentiis presentis privilegii pagina communimus, statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Sanctorum Patrum Regulam ibidem noscitur institutus, futuris perpetuis temporibus inuiolabiliter inibi conseruetur. Quecunque preterea idem uenerabilis locus in presentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum & Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Sanximus etiam ut nullus fratrum eiusdem loci post factam apud uos professionem absque licentia Prioris & Capituli, ad alium locum audeat transmigrare, nec discedentem presumat aliquis retinere, qui nimirum tertio euocatus, si redire noluerit uel contempserit, Prior, qui pro tempore fuerit, canonicam in eum sententiam proferendi habeat facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatam uestram ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum

[illegible] gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus profutura, salua nimirum iustitia canonica atque reuerentia Diocesani Episcopi. Siqua sane in posterum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita, si non congrue satisfeceret, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego *Innocentius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus Mppr. ss.
Ego *Egidius* Tusculanus Episcopus Mppr. ss.
Ego *bb.* Presbiter Cardinalis tt. Apostolorum Mppr. ss.
Ego *Conradus* Episcopus Sabinensis Mppr. ss.
Ego *Buido* Diaconus Cardinalis Storum Cosme & Damiani iuxta Templum Romuli Mppr. ss
Ego Crescentius Card. tt. stor. Marcellini & Petri Mppr. ss.
Ego *Comes* Presbiter Card. tt. Eudoxii Mppr. ss.
Ego *Grypho* Presbiter Card. tt. Pastoris Mppr ss.
Ego *Lucas* Presbyter Card. tt. Stor. Laurentii & Pauli Mppr. ss.
Ego *Chrysogorius* Presbyter Card. tt. Praxedis Mppr. ss.

Dat. Laterani per Manum *Aunerici* Sancte Rom. Eulesie Diaconi & Cancellarii Kal. Martii. Indictione II. Incarnationis Dominice Anno MCXXVIII. Pontificatus vero Dni Innocentii Pape II. Anno X.

ERICI Regis Priuilegia data monasterio Nestuedensi.
Ex apographo Chart. No. 7.

1140. 21 Martii.

Qvoniam & demonis instinctu & hominis consensu a perhenni fonte sapientie miserabiliter decidimus, in hanc iccirco lacrymarum & miseriei

nullem delecti inter ceteros humane nature defectus passionem obliuionis incurrimus. Nuperrime itaque & nouiter acta uix ad memoriam reuocare ualemus nedum longe preterita dudumque remota memoriter teneremus. Uerum omnipotentis Dei benignitas, que nobis utcunque opus est, misericorditer consulit, tandem imperitie nostre benignum & ammirabile remedium contulit, ut uidelicet pactiones & beneficia, que a fidelibus in sta ecclesia, ad remissionem peccatorum conceduntur, literis & memorie mandaremus, quatenus quod perire fragili poterat immemoria, uiua ei conseruaretur littera. Pulcherrime itaque consuetudinis usus apud nos inoleuit, qui de illis, que ste ecclesie necessaria sunt, scriptis legitimos & idoneos testes adhibendos edocuit, quatenus siquis proditionis atque discordie filius aduersus iustitiam aliquid iniuste machinari conabitur, carta in medium prolata, ex eorum qui subscripti sunt testimonio, qui ex aduerso fuerit indubitanter conuincatur. Notum itaque sit omnibus fidelibus ste dei ecclesie curam gerentibus, tam futuris quam presentibus, quia Ego *ERICUS* Rex Danorum, pro salute anime mee, & pro Regni tranquillitate, domino monente, ac rogatu domini *Petri* necnon fratrum suorum *Georgii* & *Hemmingi*, Monachis ac sto Petro in Cenobio *Nestweith* servientibus, forum uille prenominate ac omnia fori iura, cum omni iustitia ac Danorum consuetudine concedo. Nominatum autem trium marcarum ac quadragintarum forisfacturam, quod ad Regiam dignitatem pertinet cum debito quod Danico vocabulo dicitur *Mitfomerschield*. Pro expeditione que ad homines ejusdem uille & ceteros colonos monachorum pertinet, statuo, ut me uel meas ad *Falstriam* uel *Lalandiam* uel ad alias insulas circumiacentes deducendo, semel in anno si necesse fuerit, per unum diem deseruiant. Siquis autem de his proprietatibus & donis uel de aliis postea acquisitis, aliquid iniuste auferre molitus fuerit, uel fratres uel ecclesiam eorum, que hereditario iure, (inquietare presumserit) sub mea tutela est, regie uindicte cum excommunicatione atque perpetua maledictione, secundum canonica instituta subjaceat. Fiat. Fiat. amen. Actum & confirmatum apud *Eggeslef.* anno Domini Mcxl indictione III. xii Kal. Aprilis Presentibus iltis testibus. *Petro*, *Georgio* Comite atque *Hemmingo*, fratribus. *Ingemaro Ubbonis* filio, *Astero* Capellano Regis & *Reinbaldo* atque *Helia* Preposito cum multis aliis, Auctore Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula Amen.

Sueno-

SUENONIS Regis Litteræ, quibus Ecclesiæ Ringstadiensi syluam *Thislund*, *Mitsommers Geld* de uilla *Ringstad* & laborem metendi *Daguerke* dictum offert.

Ex apographo Chart. Num. 8.

1148.

SUENO Dei gratia Rex Danorum omnibus, in *Selandia* fideliter conuersantibus in Domino salutem. Notum sit uestre dilectioni, me ob reuerentiam singularis meriti Virginis *Marie* nec non uenerabilis Patrui mei *KANUTI*, Ringstadiensi ecclesie, cum primo regnum adeptus essem contulisse dimidiam partem agrorum eiusdem uille. Pratum etiam & locum aptum molendino, qui fundis occidentalibus subiacet. Processu uero temporis fratrem Johannem electum canonicum, illic Abbatem ordinari feci ea uidelicet ratione ut sub tuitione Regalis Auctoritatis iuxta Patris mei constitutionem, qui specialiter locum istum amauit & honorauit, sine cuiuslibet grauamine, plena libertate gubernaret. Exinde miseratione Dei omnipotentis, totum Regnum Danorum adeptus in gratiarum actione plenitudinem sylue *Thislund*, totumque censum *Mithsomers Gield* eiusdem uille, ad uestituram fratrum ibidem Deo famulantium concessi, cum laboribus metendi, dictis *Dagsuerke*, in autumno, secundum antiquum & uerum taxum. Hec igitur ut in seculum rata permaneant, presens pagina signato Sigillo confirmat. Sed ne quauis persona forte in posterum huius Ecclesie possessiones aut libertatis priuilegia, collata uel conferenda, inuadere, diripere uel alienare presumat, Dominus *Eskillus* Archiepiscopus nihilominus me presente in ipsa ecclesia iuxta sententiam Domini Pape *Innocentii*, cuius priuilegio autorizatus est locus prenominatus sub eterne damnationis anathemate omnia hec confirmauit. Acta sunt hec in *Hareldstæd*, Anno Dominice Incarnationis Mcxlviii astantibus in Ecclesia *Thokone* Episcopo, *Absalone* priore, *Ascero* Capellano, Domino *Karlone*, *Petro* filio *Thurstani*, *Ulf Ripensi*, *Magno* filio *Henrici*, cum aliis quam plurimis.

VALDEMARI Regis litteræ, quibus fratribus Ecclesiæ Ringstadiensis Ecclesiam de *Hof* cum omni adjacenti reditu donat. Ex Apograph. Chart. No. 9.

1152.

In nomine Ste & indiuidue trinitatis Ego *VALDEMARUS* Dei gratia Rex Danorum Omnibus Catholice fidei cultoribus tam futuris quam presentibus perpetue salutis gaudium. Uniuersitatis uestre dilectioni notum fieri uolo, me donasse fratribus Ecclesie Ringstadiensis, ob remedium anime Mee meorum Parentum, Ecclesiam de *Hof* cum omni adiacenti reditu: prata uidelicet & arua syluamque nec non & loca in quibus crescit myrtus; capturam quoque piscium, que euenerit omni decima die ac nocte, qualiscunque uel qualicunque arte fuerit. Quod ut ratum sit, & in futurum a cunctis Successoribus meis inuiolabiliter usque in mundi finem obseruetur, placuit hoc sigilli mei impressione per chyrographum confirmare. Si quis in posterum, ausu diabolico hec infringere nisus fuerit, usque ad condignam satisfactionem Regie Majestatis reus existat atque uinculo Anathematis subiaceat: sitque conuersatio ipsius cum his, qui dixerunt Domino Deo, Recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus. Huic rei multi exstiterunt testes idonei, e quibus hi fuerunt precipui. *Magnus* filius *Herlui*, *Burius* cognatus meus, *Helias* Episcopus, *Radulphus* Cancellarius meus, *Stephanus* Prior Othensis, *Lino* Prepositus, *Fridericus* notarius meus. Anno Dominice incarnationis M. C. L. II. Acta sunt hec *Othnis*.

SUENONIS Regis Confirmatio data monasterio *Esromensi* super uilla *Esrom*, quam *ERICUS* Rex *Eskillo* Archiepiscopo Lundensi dederat, & villa *Widlingherud* per eundem empta ab Herede *Hermanni* Episcopi Slesvicensis, ut & Privilegium, quo coloni fratrum ab omni servitio Regio absoluuntur.

Ex Apographo Chart. No. 10. manu b. *Arne Magnæi*.

1153—55.

In nomine sancte & individue trinitatis. Ego *SUENO* Dei gratia Rex Danorum, notum esse cupimus tam futuris quam præsentibus, qualiter

villa que *Efrom* dicitur, que ex Regum deceſſione & ſucceſſione pertinebat Regio cum omnibus appenditiis cultui mancipata divino. Qvippe beate memorie *Eſkillus* ſancte Lundenſis Eccleſie Archiepiſcopus villam prefatam ab anteceſſore meo *HERICO* Rege, precariando acquiſivit, et uſui immo neceſſitati fratrum ibidem Deo ſervientium ſubſtituit. Ego autem, qui Regni poſt ipſum adeptus ſum apicem, quam libet Regalis Majeſtas talem donationem legitime quidem datam, juxta ferre poſſet: videns tamen id multorum profuturum ſaluti non conductus prece vel pretio, quod factum erat laudavi, & quibus debui modis corroboravi. Et qvia multorum uſui pauca & tenuia non valent ſufficere: prenominatus Archiepiſcopus villam aliam, *Widelingeruth* videlicet, quam ab herede *Hermanni* Eccleſie Stesvicenſis Epiſcopi pecunia conquiſivit, ſumtui fratrum prenominatorum adjecit. Ego etiam ut tam mihi quam meis predeceſſoribus uel ſucceſſoribus portum aliquem, poſt huius mundi prepararem naufragium colonos ipſorum fratrum de omni quod michi uel meis ſucceſſoribus debebant, abſolui ſervitio. Ut autem hec donatio omni poſteritati rata & inconuulſa permaneat. carte mee inſcriptione firmavi; ſigilli mei inpreſſione ſignavi.

Eſkilli Archiepiſcopi Lundenſis Confirmatio ſuper donatione villæ *Wixebothe* Eccleſiæ Stæ *MARIÆ Eſromenſis* ab *Nicolao* Comite facta. Ex apographo Chart. No. 11, manu b, *Arnæ Magnæi.*

1158.

In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis. Ego *Eſkillus* Dei gratia Lundenſis Archiepiſcopus & Apoſtolicæ ſedis legatus, notum eſſe cupio cunctis dei credentibus tam futuris quam præſentibus, quod felicis memoriæ *Nicolaus* comes contemptorum mundi veſtigia ſequens, res ſuas primitus, quas poſſidebat, Chriſti pauperibus erogare cœpit: deinde ſe ipſum Deo totum obtulit; utile valde per hoc opus poſteris ſuis Exemplum relinquens, ſibiqve memoriam cum cæteris fidelibus ex hac luce ſubtractis perhennem comparans, unde factum eſt, ut de terrâ ſuâ quam poſſidebat in villa, quæ dicitur *Wixebodhe*, ipſe faceret donationem beatæ & gloriosæ ſemper Virgini *MARIÆ* de *Eſrom* ut neceſſitati fratrum ibidem

deo famulantium iugiter ſubſerviret. Igitur poſt mortem ipſius, dum quidam pater familias cum filio ſuo, a quo terram illam emerat, huic factioni ab eodem Comite rite celebratæ calumniam inferre voluiſſet, Deo illis inſpirante, mente mutati ſunt, & calumnia omni poſtpoſita, ad pacem & gratiam conuerſi. Nam cum ego quadam die in loco ſupra nominato conſecrandi altaris gratia conſiſterem, eadem die, poſtea quam ibidem ejusdem altaris conſecratio, miſſarumque ſolempnia de dedicatione rite celebrata ſunt, prædictus homo, nomine *Sueno* & filius eius cum eo, nomine *Rane* eo advenerunt, terraqve, de qua ante calumpniam mouerant pariter michi ſcotaueruut, multis coram aſſtantibus, ut prædictæ eccleſiæ jure perpetuo ſubjaceret. Hanc igitur *Nicolai* comitis primam donationem cum ipſa prædictorum bondonum *Suenonis* ſcilicet & filii ejus *Rane* ſecunda ſcotatione, ut in perpetuum rata, inviolataqve permaneat, ipſis quibus oblata eſt præſentis paginæ inſcriptione, et ſigilli mei impreſſione teſtiumqve ſubnotatione confirmare ſtudui. Nomina autem teſtium hæc ſunt. *Aſe* villicus, *Fader Rufus*, *Johannes Avirgaſt*, *Sven* villicus, *Durſtein* de *Slohteholte*, *Jacob* de *Blideſtorp*, *Beorn Achis* filius. Qvicunqve igitur infideli deterior ſacrilegii reatum non metuens, neque diſtrictum æterni Judicis examen, contra hanc noſtræ conſtitutionis paginam rebellare tempraverit; & irrita facere, quæ pontificali auctoritate noſtra corroboravimus, laborauerit: aut aliqua de bonis eccleſiæ eiusdem, quæ vel a prædicto Comite *Nicolao* vel aliis fidelibus oblata ſunt, de manibus fratrum illorum iniuſte ea poſſidentium auferre præſumpſerit, ultioni divinæ ſubjaceat & auctoritate beati Petri Apoſtoli & beati Laurentii Martyris noſtraque, a Conſortio fidelium ſequeſtratus, ſi non reſipuerit, perpetua excommunicatione intereat. Facta ſunt autem hæc VI. Idus Auguſti Anno Dni MCLVIII Epacta XVIII concurrente II. indictione VI.

WALDEMARI Regis fundatio monaſterii Vitæſcholæ.
Ex apograph. Chart. No. 12.

1158.

Ego *WALDEMARUS* Dei gratia Danorum Rex notum eſſe cupio univerſis tam præſentibus quam poſteris, quod quidam perfidi, qui mecum dulces capiebant cibos, & amica miſcebant colloquia, ex improviſo inermem me & nil tale verentem eductis gladiis confodere conati ſunt. Porro miſeratio diuina non defuit, quæ me, nullo opem ferente, protexit & de medio armatorum cuneis potenter eripuit; fruſtrati itaque periuris, ſeditioſis atque ſceleratis, quorum ingens copia eſt; rurſus aperta bella adorſi, quo me vita & regno, populum vero pace ſpoliarunt. Deo pro nobis dimicante, cum Principe ſceleris contriti ſunt. Ea propter diuinæ memor benignitatis & uoti quod uoueram *Henrico* & fratribus eius eorumque ſucceſſoribus, ſecundum Ciſterſienſem ordinem uiuentibus in Roſchildenſi ſynodo uillam de patrimonio meo, quæ *Withſcuele* uocatur, cum omnibus eodem loco pertinentibus ad conſtruendam Abbatiam ſolenniter atque legaliter donatione ſancta contuli præſente venerabili Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato *Eſkillo*, atque id ipſum confirmante, cum ſex Epiſcopis & multis Abbatibus & omni clero & populo. Ut autem hæc donatio fratribus, quibus collata eſt, rata & inconuulſa ſemper permaneat, Regia auctoritate & figilli mei impreſſione cum teſtium annotatione confirmavi, quorum hæc ſunt nomina.

Eſkillus Lundenſis Archiepiſcopus
Æcerus Roſkildenſis
Helias Ripenſis
Eſkillus Arhuſienſis
Nicolaus Vibergenſis
Tocho Burglanenſis
Oſbernus Slesvicenſis
Canutus Dux, & frater ejus *Buris*.
Radolphus Capellanus Regis
Hmricus Palli qui dicitur *Albus* &
Carolus & multi innumeri alii, quos longum eſt enumerare.

WALDEMARI Regis Litteræ, quibus Eccleſiæ B. *Mariæ* Virginis in *Eſrom* ſilvam *Widelinghovit* dictam offert.
Ex Apograph. Chart. No. 13.

1164.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Ego WALDEMARUS Dei gratia Danorum Rex. Qvia regiæ Majeſtati non ſolum honorificum, ſed & omnibus regimini ſubjectis noſtro ſaluberrimum fore credimus, ut hii, qvi in regno noſtro divinis mancipati ſunt obſequiis, & pace noſtra tueantur, & Regia liberalitate fulciantur ne egeant; maxime hii qvi artam vitam profeſſi panem in ſudore vultus ſui comedunt, qvia in orationibus ſalus noſtra protegitur, & regni noſtri ſtabilitas firmatur. Notum eſſe volumus univerſis fidelibus tam præſentibus qvam futuris, qvoddam temporalis beneficii donum Eccleſiæ Dei genitricis *Mariæ* in loco qui vocatur *Eſrom*, ad utilitatem fratrum inibi Chriſto regi militantium, devotiſſime me contuliſſe. Dedi hoc utiqve ob remedium animæ meæ meorumqve parentum, & non tantum dedi; ſed & ſcotavi ſupradictis fratribus ſilvam videlicet, qvæ vocatur *Widelinghovit*, Dominoque *Abſaloni* Epiſcopo *Roſkyldenſi* & *Simoni* cognato ejus jubendo injunxi, ut diviſionem & certos terminos de ſilva illa eqvitando, ſicuti moris noſtri eſt, facere curarent. Qvæ & facta eſt de *Wichinbrot* verſus orientem uſqve *Horniſſeu* & in deſcenſu per rivum qvi dicitur *Hornisbech* uſque ad mare, quo uſque pervenitur ad *Widelingbec*. Qvoniam igitur Regum eſt, quæ faciunt, corroborare, ſtuduimus & nos quibus modis oportuit confirmare, qvod fecimus, & præſentem paginam in teſtimonium factionis iſtius fratribus contradidimus, ea de cauſa, ut ſi forte quis eos de eadem ſilva impetere præſumpſerit, Regiæ ſit reus Majeſtatis. Eſt quoque terminus ejusdem Sanctæ & canonicæ collationis verſus occidentem a *Wichinbrot* uſque *Widelingbec*. Præſentibus quoque & verax teſtimonium ſuper hoc uſqve quaque dantibus *Thacone Feonienſe*, *Thorberno* qvondam *Roſkildenſe* præfecto, *Thorth Lundenſe* præfecto, *Herbiorn* de *Ulfruth*, *Svenone* filio *Atti*. *Berone*, multisque aliis, tam noſtris, quam Domini *Abſalonis* Epiſcopi fidelioribus circumſtantibus & ſupradicta teſtificantibus.

Abſalo-

ABSALONIS Episcopi Roskildensis literæ, quas Claustro Efromensi portionem suam in *Langholm* donat.

Ex apographo Chart. No. 14.

Circa 1164.

Universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus tam ecclesiasticis qvam secularibus prælatis, *Absalon Roskildensis* Episcopus, pie vivere, feliciter mori, perhenniter coronari. Dilectioni vestræ, qvæ magnam habet Spem & remunerationem in Christo, humiliter insinuamus plenius notificantes, qvomodo villæ *Langholm* portionem omnem, qvam habuimus, & à *Biorn* legitime commutavimus, carissimis fratribus & claustro de *Efrom*, plena & integra largitione contulimus. Ne igitur in posterum maligni suggestio aut perversa iniqvorum machinatio siniſtrum aliqvid aut contrarium huic collationi interserere valeat, præsentis paginæ testimonio, & subscriptarum personarum auctoritate eam fiducialius communire procuravimus. Ego *Ysac* Præpositus affui & subscripsi. Ego *Walterus* capellanus ſſ. Ego *Gregorius* presbyter ſſ. Ego *Ascerus* presbyter ſſ. Ego *Herbiorn* laicus subscripsi. *Eskil*, *Thord*. *Petrus*, *Bovi*, *Gorm*, villicus, laici omnes, & multi innumerabiles viri boni & honesti, *Dani* & *Normanni* subscripserunt. Datum in *Ulffruth* xiii Kalendas Decembris. Ego *Anund* & *Fuit* frater meus. *Normanni* ambo & homines nobis attinentes subscripsimus in gaudio. Gaudium itaqve & lætitia omni Christiano hæc videnti legenti & retinenti ab eo, qvi est & fuit & qvi eventurus est Amen.

FLORENTII Canonici Ste Laurentii Lundensis Abdicatio prætensi antea juris in villam *Willingerud* Monasterio Efromensi ab Eskillo Archiepiscopo collatam.

Ex apographo. Chart. No. 15.

Circa 1164.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *Florentius* Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Laurentii* Canonicus, notum facio tam propinqvis meis, qvam extraneis, præsentibus atqve futuris, qvod qverimoniam qvam

adversus Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* in *Esrom* de terra *Willingeroth*, qvam avus meus *Johannes* Decanus Domino Archiepiscopo pretio congruenti accepto distraxit, aliqvo modo habere videbar; pleno corde, coram Domino Archiepiscopo & multis aliis personis, ac devota voluntate postposui. Et ut nullus consanguineorum meorum per succedentia tempora prædictæ Ecclesiæ calumpniam struat, Sigillo Ecclesiæ nostræ præsentem Kartulam actionemqve munire decrevi. Personæ autem coram qvibus hoc feci, & qvæ eidem actioni in testimonium affuere, hæ sunt. Venerabilis Roskildensis Episcopus Dominus *Absalon*. Abbas *Marcus* de omnibus sanctis. Abbas *Johannes* de Sancta Trinitate. Summus Præpositus Ecclesiæ nostræ Dominus *Ascerus*. Magister *Walterus* Domini Episcopi *Absalonis* capellanus. *Kanutus* filius *Karuli*. *Nicolaus Phalstre* & multi alii tam de curia domini Archiepiscopi, qvam de curia domini Episcopi *Absalonis*. Cum vero & ego & frater meus, qvi sic ut & ego prædictum prædium *Willingeroth* hæreditario jure possidere debuerat, præfatæ Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* in *Esrom* partim pro elemosina, partim pro convention inter nos pacta v Kalendas Septembris in claustro nostro *Lundensi*, scoraremus, Personæ, qvæ infra notatæ Subscripsere; testes affuêre. Dominus abbas *Johannes* de Sancta Trinitate, cujus sic ut suscriptione ita & sigilli appensione præsens munita est scedula. Dominus *Estericus* Sancti *Petri* Prior, qvi & propria manu subscripsit, & sui Sancti Conventus Sigillo præsentem Scedulam munivit. *Othmarus* Ecclesiæ nostræ Decanus, qvi & ejusdem Ecclesiæ nostræ sigillo pro nobis præsentem actionem confirmavit, & testis subscripsit. Et caeteri qvam plures nostri canonici testes affuerunt, qvi & subscripserunt.

Ego *Benedictus* frater Florentii subscripsi.
Ego *Ebbo Canonicus*, Subdiaconus Sancti Laurentii subscripsi.
Ego *Martinus* Sacerdos subscripsi.
Ego *Sveno* Canonicus Sancti *Laurentii* ſſ.
Ego *Nicolaus* Canonicus Sancti *Laurentii* ſſ.
Ego *Biörn* Sanctæ Lundensis Ecclesiæ subdiaconus ſſ.
Ego *Andreas* Canonicus Sancti *Laurentii* ſſ.
Ego *Othmarus* Decanus Ecclesiæ ſſ.
Ego *Johannes* Abbas Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis ſſ.
Ego *Marcus* Abbas Ecclesiæ omnium Sanctorum subscripsi.

ESKILLI

ESKILLI Archiepiscopi Lundensis Testimonium de *Florentii* Sti Laurentii Lundensis Canonici Abdicatione prætensi in Willingeruth juris.

Ex apographo Chart. No. 16.

Circa 1164.

E Dei gratia Sanctæ Lundensis Eclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus *Daciæ* & *Sueciæ* primas. Omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris salutem & dilectionem. Notificamus Universitati vestræ; qvod possessionem qvandam, qvæ *Willingeroth* vocatur, ab *Johanne* Decano Ecclesiæ nostræ convenienti pretio emimus, & fratribus Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* in *Esrom*, pro nostræ animæ remedio perpetuo possidendam tradidimus. Aliqvanto autem evoluto tempore, qvidam adolescens *Florentius* nomine, filius filiæ prædicti Decani, eandem possessionem qvasi non legitime a se alienatam calumpniam aliqvantulum qvasi submurmurando cepit. Qvi coram me vocatus, ratione veritatis accepta, præfatam calumpniam, præsente Episcopo *Absalone*, *Ascero* præposito, Abbateqve Ecclesiæ omnium sanctorum nec non & Abbate Sanctæ Trinitatis Ecclesiæ, & aliis multis tam nostræ qvam *Selandensis* Ecclesiæ personis, prorsus postposuit: & ne deinceps aliqvo modo aliqvis inqvietudinem præfatis fratribus inferret, modis omnibus sub testimonio prædictarum personarum fideliter repromisit. Valeat igitur qvisqvis fidelium.

WALDEMARI Regis Confirmatio super villa *Widelingeruth* ab *Eskillo* Archiepiscopo Lundensi, oblata.

Ex apographo Chart. No. 17.

Circa 1164.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Ego *WALDEMARUS* Dei gratia Danorum Rex. Notum esse cupio tam futuris qvam præsentibus, de villa qvæ vocatur *Wildelingeruth*, qvæ aliqvando juri subjacebat Regio, qvia a Domino *Eskillo Lundensi* Archiepiscopo recte & legittime juxta morem *Danorum* nacta est & possessa, ab eodem etiam Eccle-

 siæ

ſtæ Sanctæ *Mariæ* de *Eſrom*, quam ipſemet fundavit, ad honorem Dei & militarem fratrum Deo illic ſub regula Sancti *Benedicti* militantium oblata eſt & collata. Sed quia ex hoc quod aliquando Regii juris extitit, ab aliquo Regum nobis ſuccedentium ſive ab aliquo hæredum Domini *Hermanni Slesvicenſis* Epiſcopi, cujus & aliquando videbatur eſſe, facile calumniari poſſet. *SVENO* Rex prædeceſſor noſter eandem oblationem approbans, ſcripto & Sigillo ſuo non ſolum confirmavit, ſed & eandem villam prædictæ Eccleſiæ ex Regio jure donavit. Nos quoque Saluti noſtræ noſtrorumque cupientes providere, non minori de jure ac devotione eandem villam cum omnibus appendiciis ſuis præfatæ Eccleſiæ, ad honorem Dei & Sanctæ *Mariæ* Sanctique *Benedicti* contulimus. Inſuper &, ut plenam perfectamque nobis noſtrisque prædeceſſoribus vel ſucceſſoribus requiem poſt hujus mundi naufragium compararemus, colonos eorundem fratrum ab omni ſervitio quod nobis vel noſtris Succeſſoribus debebant, abſolvimus. Ut autem ratum & inconvulſum, omni poſteritati, permaneat, quod fecimus, præſentem ſcedulam Sigilli noſtri impreſſione confignatam, ob munimentum eis tradidimus. His coram teſtibus, Domino *Abſalone* venerabili *Roſkildenſium* Epiſcopo, & Domino *Thiderico* Caſtellano de *Seoburgh*, Domino *Girardo* Priore de valle Sancti *Johannis*.

WALDEMARI Regis literæ queis Monaſterio Ringſtadienſi confirmat Privilegia illi a ſuis anteceſſoribus data, variis articulis aucta.

Ex apographo Chart. No. 18.

1164.

WALDEMARUS Dei Gratia Danorum Rex Omnibus fidelibus, tam futuris quam præſentibus in Domino proſperare. Univerſitati fidelium notum ſit, quoniam beatæ memoriæ Innocentius Papa Ringſtadienſi Eccleſiæ libertatem rerum ſuarum non ſolum contulit tuitionem, ne quis dilapidare aut alienare præſumeret, ſub excommunicatione prohibuit, ſalua tamen juſtitia canonica atque reverentia Dioceſani Epiſcopi. Propterea Dignum Ducimus filios Dei latere non debere, quod ERICUS Rex Patruus noſter prædictæ Eccleſiæ & congregationi fratrum bene univerſitum

tium ibidem, et pro redemptione peccatorum suorum & pro dilecta anima patris nostri uidelicit fratris sui, & primo ac præcipue ad honorem Dei & matris Domini, in eadem uilla omnem censum, quem dicunt *Mitsommers Geld*, per additamentum filii sui *SUENONIS* Regis æternaliter & sine contradictione contulit. Insuper in *Bearge* fere duos Mansos & duos in *Amaco*, unum in *Gly Lerbearth*, & dimidietatem *Ringstadensis* silvæ prædictus E. obtulit. S. uero filius E. plenitudinem silvæ Thislund præfatæ ecclesiæ donauit. Nos autem non minori debito adstricti quam ceteri antecessores nostri illi etiam ecclesiæ obtulimus in ipsa uilla *Ringstæd* totam reliquam partem agrorum & decimationem & unam mansionem i *Linache* & mansionem unam in *Bearge* & tertiam partem unius silvæ, quæ vocatur *Arvesne* & unum mansum in *Benlosse*, & tres mansos & unum dimidium in *Meon*, omnem justitiam & exactionem regalis juris super omnes mansiones & omnia prædia Ecclesiæ, a quocunque collati sint. Siquis uero, temerario ausu horum quicquam dirimere aut diminuere uel etiam infringere præsumpserit, Anathema est. Hoc itaque factum est in ipsa Ecclesia Anno incarnationis Dominicæ MCLXIII.

ABSALONIS Episcopi Roskildensis Litteræ queis Monasterio Esromensi villam, *Thumæthorp* cum sylva suis limitibus descriptam, confert pro duobus mansis in *Giasnetofth* & tertia parte vicinæ villulæ *Woresthorp* appellatæ.

Ex apograph Chart. No. 19.

Post 1164.

In nomine patris & filii & Spiritus sancti. Tam præsenti fidelium universitati, qvam futuræ in *CHRISTO* renascenti posteritati in perpetuum; Ego *Absalon* non humanis meritis sed divina ordinante gratia sanctæ *Roskildensis* ecclesiæ vocatus Episcopus, hujus inscripto paginæ notifico & manifesto; atqve oculis videre & audire volentium fideliter antepono. Veniet namqve dies, in qvo pastor pastorum Dominus appareat, & unius cujusque facta in publicum deducat, & qui tunc dominici talenti dispensator fidelis ac prudens comprobatus fuerit, de paucorum dispensata fidelitate ad magnitudinem supernæ beatitudinis cum Domino perhenniter regnaturus, gaudens & exultans intrabit. Continetur hic

ſiqvidem qvædam legalis & autentica commutatio cujusdam ſilvæ inter me & clauſtrum de *Eſrom* facta. Qvam videlicet ſilvam ſubſcripti termini diſtingvunt & declarant, qvamqve a Domino Rege *WALDEMARO* partim emptione concambio & dono, partim ab aliis poſſeſſoribus juſte rationabiliter ac voluntarie Domino cooperante acqviſivi, videbaturqve michi a rectitudinis tramite nullatenus diſcordare, qvotiens juſtis modis adepta in propenſiores aliarum eccleſiarum uſus placuiſſet diſpenſare. Qvid enim vicarius Beati *Lucii* ſede *Roſkildenſi* ſubtrahit aufert vel derogat, qvi genitricem Domini votis ſupplicibus & munere devoto ſincerius colit & amplius honorat. Sunt igitur præſentes termini ſupradictæ ſilvæ & villulæ *Tumethorp* ex omni parte concluſivi. Primi in valle, qvæ tertia eſt *affliſtehaghe* in *Lanſumning* per qvam foſſa tranſit, qvæ inibi in ſignum termini foſſa eſt, videlicet ad diſtingvendum qvid prædicto clauſtro contuli, et qvid michi meisqve ſucceſſoribus reſervavi, qvod & cuidam *Helgeni* inhabitandum præſtiti. Cæteri autem infra annotati termini inter *Tiwithorp* & alias circumjacentes villas diſtingvunt. Incipiunt ergo ipſi termini in prædicta valle, & ab ipſa cum adjacente *moſe* flectuntur & per ipſam, donec flexi hac & illac, ſicut ipſa *moſe* perveniunt uſqve in *Wrangebet, up fra dams moſe* in qvandam *Liunge moſe up* cum *Tranebolm* ad orientem *Dambet, aff Dambet* in *Withebet, aff Withebet* in *Waſebet*, ad meridiem in *Ulfricſiodal*, & ſic in *Exemoſe*, ſicqve in *Threhögsmoſe*, deinde in *Blankahag ſtatbech*, poſtea in *Nadebet*, deinde in *Kobet*. Silvam planitiem, culta, qvæ infra hos concludunt terminos, ſuſceperunt de manibus meis Fratres Sanctae Mariae de *Eſrom*, vulgari ſcoratione & plena collatione conferentes michi meisqve ſucceſſoribus duos manſos in *Giaſnetofth*, & tertiam partem in villula, qvae *Worethorp* haut illic longe vocatur. Neqvis igitur ſuccedentium Regum ſive Pontificum improvide inæqvaliterqve eccleſiaſtica acqviſita diſpenſaſſe culpet, vel ullatenus me reprehendere valeat, ſuprafato concambio induſtriam aſſcribat non imperitiam.

Nam canonica auctoritate & licentia eccleſiaſtica, ſalvatori noſtro ſuisqve ſanctis arbitratus ſum neqvaqvam poſſe fieri ingratum, qvicqvid marri ſuæ digniter impenſum ac ſolempniter fuerit exhibitum. Sed qvoniam variorum volubilitate temporum, ab aliqvibus veritatem occultare volentibus dubia pro certis, & certa pro dubiis ſiniſtro intellectu accipi poſſunt & ſolent, ad univerſum cujuslibet dubietatis tollendum vel deſtruendum

ſtruendum errorem, determinatum pro libera voluntate, & induſtria, prædictarum prædiorum concambium, præſentis privilegii tuitione taliter confirmo, communio atqve corrobero, ut rata & inconvulſa, atqve perpetuis temporibus permanſura, divina auctoritate & ſuperſtantium teſtium teſtificatione hæc pagina & commutatio, prædiorumqve collatio perduret & perſeveret. Statuens eqvidem & digna procuratione adjiciens, ut qvisqvis (qvod defendat Dominus) illicitis & contra Deum auſibus, hujus contentum paginæ & commutationis tenorem deſtruere & ad nichilum redigere voluerit & attemptaverit; propria accuſatus conſcientia, ardentis judicii fervorem ſine læſione animæ & corporis evadere non poſſit. Sunt igitur hii teſtes, qvi in præſentium prædiorum canonicam commutationem, & corporaliter viderunt, & nomina ſua ad declarandum in poſterum veritatis teſtimonium hic conſcribi decreverunt. *Simon* Abbas de *Sora*. *Ritardus* Monachus de *Sora*. Laici ſeculares, *Nithohus Falſtrenſis*, *Cunradus* villicus de *Ramlor*, *Auto* filius ejus, *Othen* filius villicus de *Autheruth*, qvidam *Saſcerus* de *Silva* & multi alii, qvi ſi recitantur, non minus ſunt audientium onerivqvam utilitati. Ego *Walterus* capellanus Epiſcopi *Abſalonis* ſſ. *Oſeus* vero *Glug*, *Toke* filius *Karpli* de *Gerthorp*, *Agi* præcentor de *Falſtria*, & alii qvam plures de curia noſtra affuerunt, qvando terminum in valle ſuprædicta fecimus.

ALEXANDRI Papæ III. Literæ Protectoriæ datæ Eccleſiæ Stæ *Margaretæ* de *Aſmiald*.

Ex apographo Chart. No. 20.

1169.

ALEXANDER Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Præpoſito & Capitulo *Vibergenſis* Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Paſtoralis officii debito prouocamur, ut qui Romane Eccleſie regimen domino diſponente tenemus de uniuerſis eccleſiis curam gerere & eis Apoſtolicum impertiri preſidium debeamus. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus clementius annuentes Eccleſie Ste *Margarete* de *Aſmiald*, in qua Sorores veſtre diuinis ſunt obſequiis mancipate cum pertinenciis ſuis ſub beati *Petri* & noſtra protec-

tione

tione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum & beati Auguſtini Regulam noſcitur inſtitutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Hanc autem eccleſiam ſicut hactenus ipſa racionabiliter & pacifice poſſedistis & in preſentiarum etiam poſſidetis, vobis & per vos predicte Viburgenſi Eccleſie auctoritate Apoſtolica confirmamus, ſtatuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis & protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Siquis autem hoc attemptare preſumſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe nouerit incurſurum. Dat. Laterani X Kal. Martii.

ALEXANDRI Papæ III Litteræ protectoriæ & Priuilegia data Præpoſito Eccleſiæ Stæ Mariæ Vibergenſis.

Ex apographo Chart. No. 21.

1169.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Sueuoni Prepoſito eccleſie ſancte Marie Wibergenſis eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuum. Pie poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri ut & devocionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat & utilitas poſtulata uires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus & predeceſſoris noſtri pie recordationis Innocentii P. P. veſtigiis inherentes prefatam eccleſiam Sancte *Marie*, in qua diuino obſeqvio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione recipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum & beati Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largicione Regum & Principum, oblacione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma uobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam beate Margarete Virginis;

quam

quam venerabilis frater noster Nicolaus Episcopus uester sicut ex literis eius accepimus, uobis resignavit. Nec non & Ecclesiam beati *Martini* que in Insula *Phar*, ita quod utraque illarum de cetero in ordinacione ac disposicione vestra consistat, deuocioni uestre auctoritate Apostolica confirmamus. De dicto eciam quadragesimali, quem Episcopus in ecclesia uestra aliquando habuit, unde contenciones & religio uestra non modicum turbari consuevit, statuimus, ut sicut iam dictus Episcopus, eum uobis per priuilegium suum equa consideracione resignasse dinoscitur, & in posterum remisisse, ita de cetero conseruetur nec ei uel successore suo uictum a uobis contra hoc aliquo tempore exigere liceat. Prohibemus insuper, ne Episcopus de oblacionibus, que ad corpora sanctorum in vestra offeruntur Ecclesia nisi ultra quartam partem, quam consueuit habere, recipiat, adhec uobis significacione presentium indulgemus ut predia uel possessiones ecclesie uestre siue infra ciuitatem uestram siue extra constistant, nullus iniuste contra dispositionem uestram inuadere uel retinere presumat. In electione uero Episcopi uestri primam uocem cum sitis Cathedralis ecclesie canonici, habeatis, quemadmodum noscitur uobis de canonum iure competere & de antiqua consuetudine usque adhec tempora obseruata nec aliunde quis in uestrum Episcopum eligatur quamdiu secundum statuta canonum in Ecclesia uestra que Cathedralis est reperitur ydoneus, qui de canonico & concordi assensu sine omni prauitate possit assumi. Consuetudines autem claustrales, que in eodem loco uestro laudabiliter hactenus conseruate noscuntur nemo peruersus in deterius audeat commutare, sed semper inconuulse in suo robore perseuerent. Ad hec adjicientes statuimus ut nulli omnino principum absque prepositi & fratrum consensu aliquem de claustro liceat ammouere siue noualium. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum deuocioni & extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci preposito, uel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surrepcionis astucia seu uiolencia preponatur nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum Deum & beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Decernimus igitur ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet

buslibet uexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernacione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura ſalua ſedis Apoſtolice auctoritate & Epiſcopi uestri canonica iuſticia. Siqve igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona, hanc noſtre conſtitucionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit ſecundo tercioue commonita nec reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque dignitate careat reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inueniant

Ego Alexander Catholice eccleſie Epiſcopus ſſ.
Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus. ſſ.
Ego Bernardus Portuenſis & S. Rufine Epiſcop. ſſ.
Ego Hubaldus Preſbiter Card. titulo St. ccis in Jerm. ſſ.
Ego Johannes Preſbiter Cardinalis ſanctorum Johannis & Pauli titulo Pomachii ſſ.
Ego Ildebrandus Baſilice xii Apoſtolarum Preſbiter Card. ſſ.
Ego Johannes Preſb. Card. tit. Ste Anaſtaſ. ſſ.
Ego Albertus Preſb. Card. tit Sti Laurencii in Lucina ſſ.
Ego Giulielmus tit: Sti Petri ad uincula Preſb. Card. ſſ.
Ego Petrus Preſb. Cardin. tit. Sti Laurencii in Damaſco. ſſ.
Ego Buſo Preſb. Cardin. Ste Gudenciane tit. Paſtoris ſſ.
Ego Johannes Presbiter Cardin. tit Sti Marci ſſ.
Ego Theodinus Preſb. Card. tit. Sti Vitalis tit. Veſtine ſſ.
Ego Jacintus Diac. Card. Ste Marie in Cosm. ſſ.
Ego Cinthius Diac. Cardin. Sti. Adriani ſſ.
Ego Maufredus Diac. Card. Sti Georgii ad uelum Aureum ſſ.
Ego Hugo Diaconus Card. Sti Euſtachii iuxta templum Agrippe ſſ.
Ego Petrus Diac. Card. Ste Marie in Agro ſſ.

Datum Beneuenti per manum Gratiani Ste Romane eccleſie ſubdyaconi & Notarii IX Kal. Marcii Indictione III. Incarnationis Dnice Anno

Anno M.c.lx.ix. Pontificatus uero Dni Alexandri PP. III. anno undecimo.

ALEXANDRI Papæ III. Bulla, qva *Canutum* Ducem Sanctorum Catalogo infert.

Ex Apograph. Chart. No. 20.

1170.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Lundensi Archiepiscopo Apostolicæ sedis Legato Episcopis & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus & aliarum ecclesiarum Prælatis per Daniam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex literis Karissimi in Christo filii nostri W. illustris Danorum Regis, necnon ex scriptis vestris atque ex diligenti narratione venerabilis fratris nostri Wplatensis Archiepiscopi & illorum, qui secum uenerunt, accepimus, qualiter recolendæ memoriæ *KANUTUS* quondam Danorum Dux jam dicti Regis Pater adhuc uiuens, honestæ & laudabilis uitæ & uitæ conuersationis exstiterit, & quomodo etiam post mortem suam iuxta sepulcrum ipsius sons quidam emicuerit, cæcus lumen ceperit, & multis alias miraculorum uirtutes circa eum omnipotens & misericors dominus dignatus fuerit operari, sicut præfatus Archiepiscopus & ejus socii parati erant, si uellemus recipere, sub jurisjurandi religione confirmare. Inde siquidem est, qui nos prædicti Regis & nostra super eo Canonizando petitione susceptâ, & de misericordia dei atque beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus meritis præsumentes ipsum, de communi fratrum nostrorum consilio, sanctorum Catalogo duximus adscribendum; Auctoritate Apostolica statuentes, ut diem natalis sui septimo Kalendas Julii celebretis, nos enim iuxta uotum & desiderium uestrum ipsius Sancti Corpus ita glorificandum censuimus, & debitis in terra preconiis honorandum. Sicut omnipotens & misericors Dominus eum per suam gratiam glorificauit in cœlis, ut uidelicet inter sanctos de cetero numeretur, qui hoc ipsum, prout ex testimonio nostro, supradicti quoque Archiepiscopi & sociorum ejus, necnon & multorum aliorum nobis innotuit, signis & uirtutibus meruit obtinere. Quia igitur nostræ synceritatis prudentiam decet, eum pia colere deuotione

& toto studio uenerari, quem Auctoritate apostolica uestra postulat uniuersitas honorandum, deuotionem uestram per apostolica scripta rogamus, monemus & exhortamus in domino, quatinus eum ita de cetero congruis studeatis honoribus præuenire & obsequio debito uenerari, ut apud bonorum omnium retributorem multiplicem possitis per hoc mercedem recipere & ejus meritis atque intercessionibus apud altissimum multimodis adjuuari. datum Beneuenti sexto Idus Nouembr; Anno Domini MCLXX.

WALDEMARI Regis literæ, queis Monasterio *Esromensi* uillas *Urmirruth* & *Sande* confirmat.

Ex apographo Chart. No. 21.

Circa 1170.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *WALDEMARUS* Dei gratia Danorum Rex, cunctis Christi karactere signatis. Quoniam nostrum est prouidere, quomodo hii, qvi in regno nostro sunt in pace & quiete uiuant, & maxime illi, qui in communi uita religiose vivunt, & pro nostra salute & Regni stabilitate Deum orant. Notum esse volumus tam posteris quam præsentibus, quod villulam illam, quæ vocatur *Urmisruth*, quam *Dorth Semundi* filius regio munere à cognato nostro Rege *KANUTO* nostro assensu accepit, cum fratribus de *Esrom* pro terra qvam habebant in *Gudingesseui* minori, & tribus marcis argenti concambium fecit. Termini autem inter uillam istam & illam, quæ uocatur *Avetofh*, sicut diuiserunt homines nostri, sunt à *Brocker* usque ad *Arlundeenge*. Hoc autem factum est in præsentia nostra, astantibus & uidentibus hominibus nostris, *Selegrino*, *Magno* filio *Walff*, *Tacha* filio *Algothi* de *Funa*. Sed & hoc nichilominus cunctis fidelibus notum esse cupimus, quod dimidiam uillam, quæ uocatur *Sande*, quæ antiquitus juri Regio subjecta erat; & cujusdam Regis in Regno nos antecedentis permissione ad alios transierat possessores, juro Regio à *Petro Lagi* filio, qui tunc temporis forte eam possidebat, recepimus & supradictis fratribus, quia terminis eorum esset contigua & utilitatibus ipsorum ualde congrua; tam ipse idem *Petrus*, quam nos pariter eam scotauimus, & modis, qui-

bus

bus congruebat, quod fecimus, ſtabiliuimus. Attamen ipſi fratres, ut hoc factum ratum foret & indiſſolubile in perpetuum, ad deaurandum Patris noſtri *Canuti* ſcrinium marcam auri appoſuerunt. Cujus rei etiam teſtes ſunt *Eſbernus* Epiſcopus *Sleswicenſis*, *Selegrimus*, *Pallus*, *Erlendus*, *Nicolaus Noit*, aliique quam plures.

ABSALONIS Epiſcopi Litteræ, queis Monachis Sti Mariæ & Sti Kanuti Ringſtad. Collectas nummorum, *Knuts ſcut* & *Marie ſcut* de *Veſtre Sysle* & *Myadleſyſſe* donat.

Ex Apographo Chart. manu b. *Arnæ Magnæi* No. 22.

Circa 1170.

In nomine Sanctæ Trinitatis, notum ſit uniuerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ dilectis filiis, Selandenſibus, clericis & laicis, tam futuris omnibus quam præſentibus, quod Ego *Abſalon* Dei gratia, Sanctæ Roſkildenſis Eccleſiæ Epiſcopus, authoritate diuinæ juſtitiæ, ſecundum ſcita canonicarum Sanctionum, impreſſione ſigilli noſtri confirmauerimus id antiqui juris retinendum fratribus monachis regulam Beati *Benedicti* profeſſis in Cœnobio Sanctæ *Mariæ* ſemper uirginis & Beati *KANUTI* Martyris conuerſantibus *Ringſtade*, ſuper illas duas collectas nummorum, quas appellamus *knuts ſcut*; & illud quidem totum; ſicut ab initio conſtitutum eſt. Et alteram, ſcilicet ſanctæ *Mariæ ſcut* de duabus *Suſle*: tantum uidelicet de *Weſtre ſuſle* & de *Myadle Suſle*, ut deinceps ita pleharie ac uoluntarie ab illis duabus prædictis *Suſlum* ſingulis annis & cæteris ac præfinitis quibuscunque temporibus exſoluantur, ſicut a diebus antiquis melius & plenius exhibitæ dinoſcuntur. Quod ſane, ut fiat in remiſſionem peccatorum digne & juſte ſimul & ſponte faciemibus, ita nunc nihilominus quemadmodum & prius fuit legali teſtamento, ut noſtræ auctoritatis priuilegio, ſicut ſupra prætaxatum eſt, ſecundum antiquiſſimam inſtitutionem patrum noſtrorum corroborantes conſanximus. Quo ſi forte aliquis temerario auſu ſeductus, aut ſpiritu ſuperbæ præſumtionis inflatus, hanc noſtræ ſanxionis paginam infringere uel adnihilare temptauerit, certiſſime ſciat ſe perpetui anathematis gladio feriendum, pariter & æternæ dam-

pnationis uinculo innodandum, niſi condignæ pœnitentiæ ſatisfactione emendatus reſipuerit.

WALDEMARI Regis litteræ, quæ Monaſterio Eſromenſi uillam *Steinholt* cum agris & pratis ſcotat.

Ex apograph. Chart. No. 23.

Circa 1170.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *WALDEMARUS* Dei gratia Danorum Rex cunctis Chriſti karactere ſignatis. Quoniam noſtrum eſt prouidere, quomodo hii, qui in regno noſtro ſunt, in pace & quiete uiuant, & maxime illi, qui in communi uita unanimes habitant; & pro noſtra ſalute & Regni ſtabilitate Deo ſupplicàne. Notum eſſe uolumus tam poſteris quam præſentibus, quod locum, qui vocatur *Steinholt* cum aquis & pratis, ob redemptionem animæ noſtræ in uſus fratrum Domino in *Eſrom* ſeruientium, ſcotauimus hoc tempore. Si qvidem prædicti fratres locum prætaxatum a bundonibus ſex marcas redimentes, ignorabant eum ſub regali exactione & jure eſſe conſtitutum. Unde factum eſt, ut quod ratum opinabantur haberi, noſtra non quidem poteſtate ſed proprietate poſt modum reſcinderetur. Porro ne ipſorum dampnum nobis forte redundaret in detrimentum, eundem locum cum aquis & pratis ſublata omni calumpnia ſcotauimus ſupradictis fratribus, & quibus oportuit modis, confirmauimus. Verum ipſi fratres, ut hoc factum ratum foret & inconvulſum perpetuo, IIIIor marcas argenti nobis ultro amminiſtraverunt. Hujus autem rei teſtes ſunt. *Rodulfus* capellanus, *Sune Ebbi* filius, *Tache* de *Phionia*, *Selegrinus*. *Stige Naſche*, *Gernoit*, & *Johannes* de *Rochelde* gener ejus. Hæc omnia facta ſunt in ſtuba *Gerardi* monetarii. Termini autem inter uillam, ſcilicet *Steinholt* & *Sedorph* uſque ad *Hoterbeke* primum tenduntur. Abinde uſque ad *Gron Holtesbec*. Inde uſque ad *Scarne* contra meridiem. Inde uſque ad *Outewech*, uſque ad *Hoterbeke* verſus occidentem ubi lacui influit, ſicut diviſerunt homines noſtri, ſcillicet villicus de *Slangethorp Tovo*, & villicus de caſtro *Thurbernus*. *Tovo* de *Frithisleve*, *Börn* de *Lanchalme*, pluresque alii. Datum in Caſtro per manum Domini *Abſalonis* ſanctæ

ſanctæ *Roſchildenſis* Eccleſiæ Epiſcopi, & *Sunonis* cognati ipſius. IIII Idus Decembris.

ABSALONIS Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ protectoriæ & priuilegia data Monaſterio b. Thomæ de *Eſkilſö*.

Ex apographo Chart. No. 24.

1171.

Abſalon Dei gratia Sancte Roſchildenſis Eccleſie Epiſcopus, kariſſimo filio *Willelmo* Abbati ſancti *Thome* de *Æſkilſö*, ejusque fratribus tam præſentibus quam futuris, ſalutem & paternam benedictionem. Diu prouulgatum eſt per os *Iſaye* dicentis. Ponam flumina in inſulas & ſtagna arefaciam. Educam cæcos in viam, qvam neſciunt, & in ſemitis qvas ignoraverunt ambulare eos faciam. Hæc autem promiſſio jugiter in eccleſia Dei adimpletur, dum & hii, qvi diu in tenebris & umbra mortis ſederunt, illuſtrati lumine ſuperne claritatis ad viam redeunt veritatis, & in illam eccleſiam gens ſancta populus acqviſitionis ad divinum famulatum inducitur, in qua quidam habitum religionis aſſummentes, ſed virtutem religionis non amantes ſua turpi converſatione vituperantes miniſterium clericorum uidebantur antea converſari. Hoc nimirum ex divina miſeratione in eccleſia beati *Thome* de *Æſkilſö* accidiſſe videmus, in qua cum inhoneſte ſatis olim & enormiter qvidam canonici morarentur, per ſtudium tamen & induſtriam noſtram, vos eſtis ad diuina dependenda obſeqvia introducti, & eccleſia ipſa ſuperno rore perfuſa plantationem fidelem & germen Deo gratum accepit; que antea ſpinas & tribuſos peccatis exigentibus proferebat. Unde quoniam noſtris temporibus hoc accidiſſe videmus, Domino omnium conditori gratias exſolventes, qve religioſe inſtitura videmus, inviolata in ſuo ſtatu volumus immobiliter conſervari, & prædictam eccleſiam cum tota inſula in qva ſita eſt, ſub Dei & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio roboramus. In primis ſtatuentes, ut ordo Canonicus, qui ſecundum Dei & Beati *Auguſtini* regulam, & inſtitutionem & obſervantiam fratrum Sancti *Victoris Pariſienſis* ibi inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus obſervetur. Præterea quascunque poſſeſſiones, quecunque

cunque bona eadem ecclesia juste & canonice in præsentiarum possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum & illibata permaneant. Ex qvibus qvedam propriis nominibus duximus exprimenda, villam de *Terby* cum omni possessione sua & ecclesiam ejusdem ville, qvam pro salute anime nostre liberam & absolutam ab omni inquietatione & exactione omnium successorum nostrorum vobis in beneficium contulimus. agros & silvas ejusdem ville, vel qve prius habebatis, vel qve pro cambio terre de *Hals* inibi de manu nostra postmodum suscepistis. Terciam quoqve decime partem qve nobis in eadem tota parochia cedebat habenda, vobis habendam & ad horreum uestrum intra ipsam parochiam situm, ab omnibus, qvi terras ejusdem parochie colunt, deducendam propriis suis curribus præsenti pagine confirmamus. Ad prædicte vero ville ecclesie officium persolvendum, semper qvem malueritis de fratribus vestris inibi substituetis, & eum, cum vobis placuerit pro qvacunqve necessitate & utilitate ad claustrum vestrum revocare licebit, dum tamen ecclesia ipsa servitium suum debabere non possit. Si vero forte contigerit ut ejusdem ecclesie servitium non per canonicum vestrum sed per alium sacerdotem magis expleri velitis, in nostro nichilominus arbitrio volumus contineri, qvod si forte vel nobis v. alicui nostrorum successorum necessitas ingruerit, ut alia ecclesia vicina debeat construi, qvia qvibusdam eadem parochia videri potest nimis in longum extendi, nec nobis nec alicui successorum nostrorum aliqvid decimarum prædicte ecclesie vestre ultra qvartam partem subtrahere & nove ecclesie assignare licebit: Terram qve est apud *Hathelöse* tam in agris qvam in pratis & molendino prope posito, & ecclesiam ejusdem ville, cum decimis & oblationibus ad eandem ecclesiam pertinentibus qvam nichilominus tenore supradicto in perpetuum vobis habendam contulimus. Terciam qvoqve decime partem qve in eadem parochia nobis cedebat habenda vobis habendam, & ad horreum vestrum intra ipsam parochiam situm ab omnibus qvi terras ejusdem parochie colunt deducendam propriis suis curribus præsenti pagina confirmamus. Mansionem qvam apud *Guthensö* habetis, cum agris ac pratis ad eandem mansionem pertinentibus. Terciam qvoqve partem decime qve in tota parochia eadem, nobis cedebat habenda, vobis habendam & ad horreum vestrum intra ipsam parochiam

situm

ſitum ab omnibus qvi terras ejusdem parochiæ colunt deducendam propriis ſuis curribus, præſenti pagina confirmamus. Tertiam qvoqve partem decimæ qvæ in tota parochia *Kyrkethorp* qvæ nobis cedebat habenda, vobis habendam, & ad horreum veſtrum intra ipſam parochiam ſitum ab omnibus qvi terras ejusdem parochiæ colunt deducendam propriis ſuis curribus præſenti pagina confirmamus. Manſionem qvam apud *Gerethorp* habetis, cum agris & pratis ejusdem manſionis. Manſionem qvam apud *Synderby* habetis cum agris & pratis & ea parte qvam in ſilva ejusdem villæ hactenus habuiſtis. Terram qvæ eſt apud *Thureſlöuæ*, Terram qvæ eſt in *Aranathæ*. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel ſuorum qvotlibet ſucceſſorum nullus ibi qvaliber ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi qvem fratres communi conſenſu vel fratrum pars ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem & beati *Auguſtini* regulam providerint eligendum. Statuimus qvoqve & interdicimus, ut nulli de canonicis veſtris poſt profeſſionem in monaſterio veſtro factam liceat ad aliud clauſtrum tranſire. Suſceptum vero ſine licentia veſtra nullus audeat retinere. Decrevimus ergo ut nulli hominum omnino liceat eandem eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre aut ablatas retinere, ſeu aliqvibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro qvorum guberatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qvæ igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculárisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, temere contraire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi præſumtionem ſuam ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſve ſui dignitate careat, reamqve ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniqvitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſangvine Dei redemptoris noſtri IHESU CHRISTI aliena fiat atqve anathematizata, in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat, Amen. Ego *Abſalon* Roſchildenſis Epiſcopus ſubſcripſi, Anno Domini Milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo. Datum per manus *Abſalonis* Epiſcopi Roſchildenſis. Ego *Walterius Capellanus* ſ.

ESKILLI Archiepiſcopi Lundenſis confirmatio ſuper bonis, quæ variis temporibus Monaſterio Eſromenſi dederat.

Ex apographo Chart. No. 25.

Ante 1174.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ego *Eſchillus* Dei gratia *Lundenſis* Archiepiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis tam præſentibus qvam futuris. Notum eſſe volumus qvanta ſollicitudine & induſtria ſatagebamus per omnes *Daniæ* terminos religionem chriſtianam & cultum Divinæ Majeſtatis dilatari. Qvam ob rem de diverſis ordinibus fideles collectos per prædictæ regionis partes paſſim ordinavimus. Ac ne Ciſtertienſis ordinis fratres nobis deeſſent, ad beatiſſimum *Clarevallenſis* cœnobii Patrem Dominum *Bernardum*, qvamvis multo labore & ſumptu pervenimus, de cujus filiis ſemen, unde ſeges poſtea fidelium animarum pullularet, nobiscum in terram noſtram adduximus. Qvorum nos utilitati & qvieti conſulentes, locum qui vocatur *Eſrom* eis providimus, qvem ab HERICO Rege legitime noſtro patrimonio commutatam juſte poſſedimus. Qvem locum iccirco neceſſitati pauperum Chriſti deſtinavimus, pro eo qvod habundet utilitatibus in agris, in nemoribus, in aqvis & piſcationibus, in pratis & paſcuis. Superaddentes eis villam qvæ vocatur *Widelingeruth* cum ſilva & piſcatione & cœteris appendiciis ejusdem loci; & villam qvæ vocatur *Awolme* cum ſilva & appendiciis ejus. Superaddimus & manſionem unam noſtram in *Sande* cum ſilva & cœteris appendiciis ejus; alteram vero manſionem, qvæ ibidem habebatur, *WALDEMARUS* Rex eisdem fratribus in elimoſinam ob remedium animæ ſuæ contulit, cui ad deaurandum patris ejus ſcrinium fratres prædicti tradiderunt marcas auri duas. Poſtea vero proceſſu temporis numero fidelium ibidem creſcente, animadvertentes pauca pluribus non poſſe ſufficere, ne ipſorum neceſſitate qvicqvam deeſſet, præter illa qvæ ſupra taxavimus, ſuperadjecimus in uſum ipſorum villam, qvæ dicitur *Aswarboth*, qvam partim pecunia noſtra redemimus, partim vero a poſſeſſoribus ſuis terram pro terra cambientes commutavimus. Sed & hoc notum facimus cunctis fidelibus, qvod *Nicholaus* comes carne & ſangvine michi proximus, qvicqvid in *Therbi* proprietatis habebat, fratribus largitus eſt, ſuperadjiciens

jiciem & aliam villam, qvæ dicitur *Doredorp*, ut hac liberalitate sua in pauperes Christi exhibita recipi mereretur in æterna tabernacula. Bundo qvidem *Bo* nomine in prædicta *Therbi* habitans, hæreditatem suam, quam illic possidebat pro Xcem marcis argenti vendidit prædictis fratribus. Has villas scilicet *Therbi* & *Doredorp* cum suis tenementis, Domino *Absalone* Episcopo *Roskildensi* fratres ipsi commutaverunt, receptis in concambio his, *Davidistorp*, dimidia *Lancholme*, & tota *Eschilsholme*, eo quod finibus suis adjacerent. De villa autem qvæ dicebatur *Tanga*, idem fratres concambium fecerunt cum antecessore ejus bonæ memoriæ Episcopo *Azzero*, restituentes ei villam, qvæ dicitur *Seveholme*. Nec hoc prætereundum, qvd Reges *WALDEMARUS* & *KANUTUS* pari assensu prædictis fratribus donationem fecerunt de VI partibus VI villarum cum silvis & cœteris tenementis earum. Igitur ut labor noster posteris in salutem proficiat animarum hæc semina benedictionem præjacientes, oblationum nostrarum usuariis prædictos fratres dotavimus. Nec minus ipsi Reges nostri largis donationibus suis humanos se eis exhibuerunt, juxta consilium *Danielis* peccata sua redimentes elemosinis, qvod & cœteros fideles imitari affectamus, ut simul gaudeant, & qvi seminat, & qvi de seminatis metunt. Nos autem ne qvis temerarius hoc donum nostræ piæ donationis aliqvando violare præsumat, scripto nostro confirmamus, sigillo munimus & sub anathemate interdicimus. Qvicunqve huic nostræ scedulæ obviare præsumpserit, anathematis jaculo perfodiatur, & a sanctæ matris Ecclesiæ gremio seqvestretur, donec resipiscat, & ad satisfactionem veniat. Conservantibus vero eidem loco qvæ sua sunt, sit pax Domini nostri *IHESU CHRISTI*, qvatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem prœmia æternæ pacis inveniant. Amen. Hujus rei testes sunt.

Ego *Symon* Episcopus ss.
Ego *Nicolaus* Archidiaconus ss.
Ego *Johannes* Decanus Ecclesiæ sancti *Laurentii* ss.
Ego *Alardus* sancti *Laurentii* subdiaconus ss.
Ego *Petrus* sancti *Laurentii* Diaconus ss.
Ego *Marcus* Abbas Ecclesiæ omnium Sanctorum ss.
Ego *Othmarus* sancti *Laurentii* Thesaurarius ss.
Ego *Robertus* Abbas *Herivadensis* ss.
Ego *Walterus* Præpositus de Scania ss.

WALDEMARI Regis confirmatio ſuper dimidia villa *Sande* data fratribus de *Efrom*.

Ex apographo Chart. No. 26.

1174. 25 Februar.

WALDEMARUS Dei gratia Rex Danorum cæteris fidelibus tam præſentibus qvam futuris ſalutem: Qvoniam memoria mortalium tenuis invenitur & labilis, niſi ſcripturæ amminiculo fulciatur, dignum duximus, ad poſteros litteris actionem, qvæ inter fratres de *Efrom* & *Petrum Stalle* filium *Nicolai* facta eſt, ne videlicet elabatur transmittere. Ego enim primo regni mei anno dimidiam villam, qvæ *Sande* dicitur, prædictis fratribus pro meorum remedio peccatorum, tam legaliter qvam devote contuli: qvam & ipſi poſtea per nonnullos annos in pace & abſqve calumpnia poſſiderunt. Succedente vero tempore, præfatus *Petrus* eandem qvam ego dederam villæ partem, conſilio pravorum calumpniatus eſt, ſuum patrimonium fuiſſe confirmans, & fratribus exinde plurimum inqvietudinis inferens. Qvi tandem ab incepta conſilio ſaniori deſiſtens calumpnia, eandem, qvam calumpniatus fuerat terram ſuper altare more terræ ſcotavit; & alia ſimiliter vice, qvo magis ratum videretur, in civitate *Lundenſi* coram me & multis optimatibus meis eundem ſcotationis modum ſollempniter & devotiſſime, ſponteneæ voluntatis arbitrio iteravit. Ad omnem igitur dubitationem a poſteris ſecludendam, præſentem paginulam noſtri ſigilli impreſſione ſignavimus, & hujus qvoqve facti teſtes idoneos ſubnotavimus. *Kanutus* filius meus, Epiſcopus qvoqve *Selandenſis Abſalon*. *Marcus* Abbas Eccleſiæ omnium ſanctorum. *Aſſerus* majoris Eccleſiæ Præpoſitus. *Georgius* qvoqve filius *Petri* & *Thurbern*. *Magnus* filius *Wolf*. Et alii multi, qvorum hic nomina brevitatis cauſa ſunt omiſſa. Acta ſunt autem hæc dominicæ incarnationis M. CLXXXIIII. anno, Regni qvoqve noſtri XVII. Datum Lundis V. KL. Martii.

Nicolai Wibergenſis Epiſcopi litteræ, qveis eccleſiam de *Limum Suenoni* Cathedralis ſedis præpoſito ejusqve ſucceſſoribus contradidit.

Ex apographo. Chart. No. 27.

1176. 17 Januar.

Ego *Nicolaus* Wibergenſium Epiſcopus vocatus, Tibi dilecto filio tuisque ſucceſſoribus canonice ſubrogandis in perpetuum. Qvum bonus Iheſus noſter ſacerdos & Rex factus eſt nobis via in Exemplo, vita in premio, cuius actio noſtra lectio & perfecte ſalutis inſtitucio, condecet nos officii noſtri inſpecta ſublimitate, per totius boni auctorem minus utiliter diſpenſata in eccleſia medicinali manu apparare. Adhoc enim Evangelico gladio accingimur quatinus quemcunqve valemus; in melius reformemus. Hinc eſt quod communicato conſilio præpoſitorum & clericorum noſtrorum eccleſiam ſancti Vincentii de *Limum*, que peccatis provocantibus usque nunc in dilapidationem & direptionem poſita eſt & in ſibilum omni transeunti per viam facta eſt: Tibi *Suenoni* Cathedralis ſedis prepoſito, ſanctoqve conuentui Eccleſie noſtre majoris, qvæ eſt *Vibergis*, ut in redemptionem peccatorum noſtrorum defuncto fratri ſuſcites ſemen in apoſtolice vite reformatione; ſub teſtimonio eccleſie conſenſu Parrochianorum contradidimus. Nam Henricus Capellanus piè memorie *Suenonis* Epiſcopi tunc ſedis noſtre Canonicus in plena ſynodo Wibergenſi coram Epiſcopis & duobus Regibus & Archiepiſcopo Eſkillo noſtro conſenſu acclamantibus parrochianis illius eccleſie inveſtituram ad ordinem canonicum conſervandum ſuſcepit & aliqvantis annis ibi permanſit. Qvorundam autem inſipientium violencia eum contra omnem iuſticiam illinc removit. Itaqve omnimodis eccleſiaſtice moderacioni conſonat, ut eccleſia, qve a ſacre memorie viris patribus noſtris religioni eſt dedicata, nulla in poſterum perturbatione debeat refragari. Sed ne Ordo Canonici vigoris confundatur, te *Suenonem* cathedralis noſtre prepoſitum prefate eccleſie a moderamine auctoritate Dei & noſtra conſenſu parrochianorum inveſtimus, ut tua moderacione eorumqve ſucceſſorum talis ibi preficiatur, per quem apoſtolice vitè lilia deinceps reſplendere dextera Dei patrocinante poſſint: & ut omnia, qve illius eccleſie ſunt integre conſervemur. *Bo* vero filius *Ketilli* aliqvando in predicta eccleſia profeſſus & oblatus Canonicus ad Apoſtaſiæ vomitum & ad uxoris adulterina

cubilia mirabiliter, ut prolis eius numerositas testatur, prolapsus est. Insuper &. sacrilega presumpcione predia secum ablata alienavit, & se a ministerio ecclesie exauctoravit, ne deinceps aliquo iusticie uel racionis intuitu eam habet repetere. Qvicunque autem hanc paginam nostre constitucionis sciens contra eam uenire presumpserit, dampnacionem sibi thesaurabit, Observatoribus autem ejus sint premia eterne beatitudinis. Amen. Ego *Nicolaus* Episcopus ſſ. Ego *Tuvo* prepositus ſſ. Datum *Wibergis* xvi Kalendas Februarii Indictione ix Incarnationis dominice Anno M.C. lxx. vi. Episcopatus uero Domini Nicolai Episcopi Anno xiii.

Nicolai Wibergensis Episcopi Interdictum, ne qvis iniurias Ecclesiæ B. Mariæ Wibergensis afferat.

Ex apographo Chart. No. 28.

1176.

Nicolaus divino munere sancte *Wibergensis* ecclesie dictus Episcopus universis sue diocesis in Christo dilectis sacerdotibus cum electis in fine, premia iustorum. Ad hoc summus pastorum dominus Ihesus, qvi sibi sacrosanctam Catholicam Ecclesiam non habentem maculam neqve rugam sui sangvinis impendio comparavit, seniorum nos Cathedram pie benignitatis intuitu residere fecit, qvatenus decorem domus dei sincere diligamus & eorum qvieti & paci, qvi mundum cum arido flore perfecte consideracionis pede conculcaverunt intente prospiciamus & amore iusticie fidelibus intendamus. Aliqvin auctoritatis excellentia, qva refulgemus, obscuratur, nisi per nos talibus necessitatis articulo subveniatur. Hinc est, qvod universitati uestre preceptum noscatis, si qvicunqve uestrum Parrochianus ecclesie beate *Virginis Marie* Vibergis, qvam diligimus, cui patrocinari desideramus, molestus aut infestus elemosinam de mundo transmigrancium defraudans, aut qvamlibet iniuriam irrogans exstiterit, ter sub testimonio probabilium convictus non satisfecerit, huic tam pertinaci nec eius familie preter baptisma parvulorum & penitenciam & viaticum infirmorum, divina non communicetis, donec letetur

ecclesia

ecclesia recepta, quam perdidit iusticia. Amen. Dat. Wibergis XVI Kal. Febr. Indictione IX Incarnacionis Dominice Anno M. C. LXX. VI. Episcopatus uero Dni *Nicolai* Episcopi Anno XXII.

Nicolai Episcopi Wibergensis Littere, queis Eccl. siam b. *Petri* de *Grindesle* auctoritate sua munit.

Ex apographo Chart. No. 29.

1176.

Ego *Nicolaus* Sancte Wibergensis ecclesie divino munere constitutus Episcopus, Tibi S. dilecto filio cathedralis Ecclesie preposito tuisque successoribus canonice subrogandis in perpetuum per succedentia seculorum secula. Quia messis sue magnus agricola Christus Jhesus nos qualemcunque constituit operarium decet nos in spiritu sancto eius agriculturam noxiorum exstirpacione fideliter excolere & salubrium insercione non pigritando plantare. Ager enim humani cordis nisi discipline vomere primo scindatur messem virtutum laturus minime probatur. Hoc enim sacrificium suavitatis probat altissimus, si ad se regulariter qvisqve, socialiter ad proximum, fideliter ad Deum vivere studuerit. Qvapropter sacro sancte ecclesie filiis societatis & fraternitatis confederacionem qvam propicia diuinitate inter cathedralem locum & ecclesiam beati Petri de *Grindesle* nostra auctoritate & eiusdem Ecclesie parrochianorum unanimi consensu dispensando construximus, presenti paginula notificare cupivimus. Majori Ecclesie sepius dicta beati Petri Ecclesia omnimodam reuerenciam & subjectionem secundum Deum exhibere debebit. Major vero minori tanqvam mater filie patrocinium sicut necessitas expostulat, exhibere non dissimulabit. Prior eciam, qui ibidem substituendus erit a fratribus qvidem ibidem degentibus, secundum regulam eligendus est, sed dignioris Capituli consilio & auctoritate censetur confirmandus. Post hec uero si studia de qvacunqve re emerserint diversa, prepositi, cujus est major auctoritas, in cunctis sentencia prevalebit. Ipse vero in evellendis, plantandis, judicandis, timore Dei sit semper constrictus, ut non plus sibi voluntarius, qvam iustitie probetur consentaneus. Hujus autem constitucionis temerator ultime districtionis compunacioni cum reprobis

reprobis ſemper ſubjaceat. Anno incarnacionis dominice M. c. LXXVI. Indict. IX, concurrente IV, Epactæ VII.

WALDEMARI Regis litteræ, quibus Monaſterio in *Eſrom* terram in *Hollandia* offert, eiusqve inhabitatoribus liberam ligna cædendi facultatem concedit.

Ex apographo Chart. No. 30.

1176. 6 Julii.

WALDEMARIUS Dei gratia Rex Danorum, tam poſteris qvam præſentibus ſalutem & pacem in perpetuum. Ad noſtri nominis pertinet dignitatem, veri Dei cultoribus veris, & præcipue nobis regiminis ratione commiſſis paternam impendere providentiam; & de indulta nobis-deſuper gratuita beneficii portione, qvo dignum eſt devotionis intuitu eorum indigentiæ ſubvenire. Hanc enim humanitatis gratiam priorum temporum duces adepti fuiſſe leguntur, qvi poſt brevem regni temporalis amminiſtrationem, patriæ felicioris principibus meruere perhenniter ſociari. Horum itaqve exemplum imitatione procul dubio dignum, ad noſtram ſimul & poſteritatis noſtræ cupientes retorqvere ſalutem, fratribus in *Eſrom* Deo famulantibus terram qvandam in *Hollandia* ad nos hactenus pertinentem eorum utilitatibus admodum neceſſariam, in perpetuum poſſidendam contulimus. Et ut liberam habeant ſicut cæteri terræ illius inhabitatores, cædendorum lignorum facultatem, ſancivimus. Ne vero alicui calumpniandi pateret occaſio, poſſeſſuris prædictam terram ſcoravimus, his fidelibus & nobis dilectis in teſtimonium aſtantibus viris, *Nicholao* Domini Regis *Kanuti* filio, *Kanuto Priſzlavi* filio, *Sunone Ebbonis* filio, *Georgio Petri* filio, *Gangulfo* de *Neſbu* & aliis qvam plurimis noſtris viris. Et terminos ejusdem terræ præſenti paginæ annotari juſſimus. Qvorum hæc ſunt nomina. Primus *Lindebiarg*. Secundus *Lindedal*. Tertius *Holebech*. Qvartus *Phyalzmoſe*. Qvintus *Bineruth*. Et eandem paginam ſigillo noſtro ceræ impreſſo munivimus, ſtatuentes ex Dei & ab ipſo nobis collata regiæ majeſtatis auctoritate ratum & inconvulſum in poſterum haberi, qvod nos feciſſe in ipſa atteſtamur. Qvisqvis igitur inſtitutionis hujus paginam ſigilli noſtri impreſſione munitam, & illuſtrium,

strium, qvæ simul aderant, personarum credibili attestatione roboratam, ausu temerario violare præsumpserit, transgressionis infidelitate notatus, ultoris Dei iram incurrat, cujus iidem fratres singuiari servitio salubriter occupantur. Qvietis autem & pacificis erit retributio qvietis & pacis. Facta est autem hæc scotatio in *Sklandethorp*, anno ab incarnatione Domini Mmo C. Septuagesimo sexto, Indictione VIIII. concurrente IIII, pridie Non. Julii Monarchiæ autem regni nostri anno IXX.

Absalonis Episcopi Roskildensis Litteræ, qveis *Wilhelmo* Abbati Sti *Thomæ* de *Paraclito* confirmat *Næveth* & *Clonæ*, decimas ecclesiarum *Crækym*, *Helsinge*, *Annesse* & *Alsenthorp*, *Therby* & *Fretersloff*.

Ex Cod. Rantzoviano fol. 3. apograph. Chart. vid. No. 31.

1176.

Absalon Dei gratia *Rochildesis* Ecclesie Episcopus omnibus in Christo fidelibus tam posteris quam presentibus in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas. vt in his, que religiosorum deposcit utilitas segnes non inueniamur aut desides, sed prompti. sed deuoti. sed alacres. Sic enim poterimus. deo gratum exhibere nostre seruitutis obsequium, si nostrum inuenerit paratum in sua necessitate suffragium. Nouerint itaque tam futuri quam presentes uenerabilis & karissimi filii nostri *Willelmi* abbatis sancti *Thomæ* de *paraclito* & ejusdem Ecclesie fratrum nos ita precibus inclinatos, ut ea que iusto Cambio aut spontanea donacione a nobis optinuerunt, speciali privilegio muniremus. Quia igitur super hoc facto nolumus nec predictam Ecclesiam vel fratres eiusdem Ecclesie prauorum hominum incursibus vel aliquibus calumpniis aliquando fatigari ea presenti pagine commendari curavimus. Pro tota villa *Næveth* cum silua pratis & agris, & piscacionibus ejus & *Clönæ*, pro *Therby* & *frethersloff*, cum silua pratis & agris earum diversis in locis multas terras suscepimus. Pro tercia parte decimarum qvam in quatuor Ecclesiis *Thorstenstorp*. *Akætorp*. *Kyrkætorp* & *Guthensö* quam prius habuerant. in aliis qvatuor Ecclesiis *Crækym*. scilicet *Helsinghe*. *Annessæ*. & *Alsæntorp*. incompensauimus. Duas vero ecclesias de *Therby* & *fretherslöff* earum decimis pro anime nostre remedio eis contulimus. Possessiones vero

eorum nie quis decimas de his quas propriis laboribus ac sumptibus excolunt exigere. aut colonos eorum propter ipsos fratres pro nostra justicia perturbari præsumat. libertati donauimus. Quicunqve hanc paginam irritare attemptauerit.

Absalonis Archiepiscopi Lundensis Litteræ, qveis Sororibus Ecclesiæ B. Mariæ Roschildensis ecclesias *Sæugelöse* & *Gadstorp*, canonica donatione tradit.

Ex apographo Chart. mann b. *Arnæ Magnæi* No. 38.

1177.

In nomine patris & filii & Spiritus sancti Amen. Ego *Absalon* Dei gratia *Lundensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, Universis tam renatis qvam adhuc in spiritu sancto regenerandis Christi fidelibus, pie ac feliciter mori, perhenniter coronari. Ad sanctæ hujus Ecclesiæ regimen, non nostris meritis, sed providentiæ cælestis dispensatione evocati, vineam domini, qvæ diutino sterilis permanserat, convenire debebamus & fecundare, & ramos ejus latius expandentes, superni juvaminis irrigatione & ubertate multiplicare. Sed iniunctum officium brevis & tenera prohibuit semper prosequi, & vacuæ manus assiduitas non sinebat decenter per omnia effectui manicipare. Attamen cessare debuit vivax & inextinguibilis caritas, ubi non suppetebat bene copiosa facultas? neqvaqvam. Subveniat exhaustæ manui prona & parata (o. *semper*) voluntas; excolet imperitiam industris & matura liberalitas. fecimus qvod potuimus, minus quam debuimus. Verumpramen ne omnino infructuosi & dormitasse videamur, præsertim cum in hoc positi sumus ut paterna sollicitudine condolere pauperibus Christi debeamus. Idcirco pauperibus honoribus in Ecclesia beatæ Mariæ Roskyldensis Deo jugiter servientibus, qvas speciali affectu fovere decrevimus, pia devotione puraqve intemione in posterum providere curavimus ut de nostra habundantia, qva Deo largiore in præsentiarum fruimur, illarum, cum ex hac vita translati fuerimus, relevetur inopia, ut beneficiorum nostrorum (*semper*) memores indefessis precibus Domini misericordiam nobis conciliare satagant. Igitur, sicut de rebus vel terminis Ecclesiæ nostræ multiplicandis sive dilatandis

cura

cura nobis incumbit: ita constat dispensationem nobis concreditam esse easdem res fideliter dispensare & conservis nostris inde in tempore mensuram tritici erogare. Quapropter Ecclesias duas non procul a civitate *Roskyldensi*; videlicet *Siangelöse* & *Gadstorp*, prædictis sororibus tradidimus, & canonica donatione in sempiternum confirmavimus, & præsentis cartæ stipulatione atque sigilli nostri impressione munivimus. Ne autem aliquam inquietationem super hac donatione ab aliquo Successorum nostrorum sustineant, ex auctoritate Dei omnipotentis & beatæ virginis Mariæ omniumque Sanctorum sub anathemate interdicimus. Testes: *Symon* Abbas, *Henricus* sororum præpositus, Magister *Johannes* & plures aliæ satis ydoneæ personæ.

WALDEMARI Regis Edictum, quo omnibus in *Pharaonsheerreth* interdicit sylvam *Gulomstenschog* datam fratribus in *Esrom*.

Ex apograph. Chart. No. 33.

1177.

WALDEMARUS Dei gratia Rex Danorum. Omnibus de *pharaonsheereth* spiritum timoris Domini. Spiritu timoris Domini opus habere non dubitamus, qvi Ecclesiam Dei non timetis depauperare, impediendo vel omnino subtrahendo fidelium elemosinas, & ideo unde ipsi sua redimunt, vos vestra accumulatis peccata, silvam siqvidem in *Gulomstenschog*, qvam Archiepiscopus in suorum redemptionem peccatorum fratribus nostris de *Esrom* contulit, vos in vestram damnationem auferre conamini. Saluti igitur vestræ, qvia & hoc nobis attinet, consulere cupientes, ea qvam a Deo habemus Regiam majestatem, vobis præcipimus, ut de cætero præfatis fratribus nostris de *Esrom* in nullo contrarii sitis, sed omnimodis præfata silva sua æqve vobis uti permittatur: Videlicet, stantia & virentia in ea succidere, ut vos, vetera vero dejecta sustollere ut vos, sal coqvere, glandibus porcos pascere, & in omnimodam utilitatem suam ut vos vertere, & veniendo tam per mare, qvam per terras nullo prohibente ad sua loca deducere. In qvibus omnibus si nostro consilio & præcepto, sicut expedit, obedieritis, gratiam a nobis, & in fine vitæ vestræ a Domino Deo, quod oculus non vidit, nec auris audivit &

in cor hominis non aſcendit, recipietis. Si vero aliter feceritis, regiæ majeſtatis reos vos eſſe noveritis, & qvia aliena rapere non timetis, propria pro eis, nam & hoc juſtum eſt, reddituros vos ſciatis. Scriptum qvippe eſt, in qvo qvis peccat, in eo punietur. Et ſicut vos fratres a præfata ſilva prohibetis, ita & nos ex regiæ majeſtatis auctoritate, ab eadem ſilva vos prohibemus. Præterea præcipimus *Bare* & *Atti* de *Othem*, ut mulierem qvam in ſervitutem redegerant, de libera facientes ancillam, propriæ libertati reſtituant. Qvod ſi non fecerint, gladium noſtræ majeſtatis ultorem ſentiant. Si vero fratres præfatæ fœminæ eis aliquid debent, libenter, qvod juri eorum debetur, reſtituant.

Abſalonis Archiepiſcopi Lundenſis Interdictum, neqvis ſylvis in *Farthuſaberie* ad fratres de Efrom pertinentibus aliqvam calumpniam infligat.

Ex apographo Chart. No. 34.

1177.

Abſalon Dei gratia ſanctæ *Lundenſis* eccleſiæ Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, Daciæ & Svethiæ primas, omnibus tam præſentibus qvam futuris in perpetuum. Recordantes ſtudiorum hominum impiorum, qvæ plerisqve fidelium nota eſſe credimus, & nos freqventi experientia experti ſumus, qvibus pios & præcipue ſeculi contemptores moliuntur qvaſi de terra eradicare, famam eorum ſiniſtris oblocutionibus fuſcando, vel neceſſarias & juſtas poſſeſſiunculas injuſte ſibi uſurpare calumpniando, ſuasqve clamando, dignum duximus ſcripto in præſenti paginula notam facere & fidele teſtimonium tam præſentibus exhibere qvam poſteris relinqvere, qvod factum eſt in præſentia Domini *KANUTI* Regis filii Domini *WALDEMARI* Regis Danorum invictiſſimi & noſtri. In campis *Farthuſa* non longe ab amne *Ethra*, *Johan Moſum*, *Salter Megindoris* filius, & alii habitatores *Farthuſaheriæ*, calumpniati ſunt ſilvas fratrum noſtrorum de *Eſrom Mothorp* attinentes in præſentia Domini noſtri venerabilis regis *WALDEMARI*. Qvi adjudicavit prædictis fratribus & cæteris qvi præfatam villam & calumpniatas ſilvas in poſſeſſione habebant, ſacramento comprobare easdem ſilvas a juſtis poſſeſſoribus ſe adeptos fuiſſe, & ipſo ſacramento præſtito, de jure easdem

ſilvas

ſilvas in perpetuum debere abſqve ulla calumpnia poſſidere. Præſtitum eſt ſacramentum, ſicut ſupra teſtati ſumus, in præſentia Domini *KANUTI* Regis & noſtra & præfatæ ſilvæ de jure, ab ipſo, fratribus in perpetuum ſunt adjudicatæ, omni calumpnia in poſterum abjudicata. Ea propter ſicut tunc poſt præſtitum ſacramentum viva, ita & nunc poſt teſtimonium ejusdem præſtiti ſacramenti voce ſcripta precamur, ut ille qvi cœlis & terris præſtitit, veram & perpetuam pacem donet omnibus, qvi pacem præfatis fratribus de *Eſrom*, & præfatis ſilvis & poſſeſſionibus ſervaverint. Qvi vero de cœtero præfatis ſilvis præfatorum fratrum de *Eſrom* aliqvam calumpniam inflixerit, ponat Dominus partem ejus cum *Dathan & Abiron*, & ſit in perpetuum anathema niſi reſipiſcat. Amen. fiat, fiat. Facta autem hæc ſunt Anno Domini M. C. LXXXII, qvo & ipſi Rex KANUTUS a patre ſuo Princeps Halliadiæ conſtitutus eſt. Teſtes autem horum hii ſunt, qvi & affuerunt, *Petrus* filius *Palni*, *Thove Skelmi* filius, *Magnus* filius *Ulff*.

Wilhelmi Abbatis Interdictum, ne *Eſkilli* inſulam a Monaſterio fratres unqvam abalienent.

Ex Cod. Ranzoviano fol. 45. b. Apograph. manu b. *Arnæ Magnæi* vid. No. 35.

1177.

Ad omnium ſpectat prelatorum officium ut ſubiectis non ſolum celeſtis patrie appetenda gaudia nuncient, verum etiam eisdem prouidere commoda temporalis vite procurent, ne ſi horum altero careant in prelatis diuina ſeueritas negligencie redarguat culpam Ego igitur *Willelmus* Dei gratia dictus Abbas precauens hominum iniquorum inſidias, & luporum morſus a caulis ouium volens arcere Sic nolo rebus exterioribus operam dare quatenus a diuinis officiis nulla temporalium ſollicitudo mentes eorum poſſit auertere Itaque prouidens & bona preponderans, que nobis gracia diuina contulerit, ad *Eſkilli* inſulam aciem oculorum noſtrorum infleximus Et tam in percepcione fructuum arborum, quam animalium in eius paſcuis alendorum, eam agnouimus eſſe perutilem Communi igitur fratrum noſtrorum conſilio atque conſenſu, eam nobis,

ſine omni commutatione terrarum, perpetuo cenſuimus eſſe retinendam. Et qui ab hac conſtitucione diſſentiret. & eam infringere vellet. ſe cognoſceret omnium ſacerdotum, qui tunc præſentes affuerunt, ore, anathematis vinculis innodatum. Fiat. Fiat. Amen, Amen.

Walberti Abbatis de *Eſrom* Compoſitio cum Fratribus de *Paraclito*.

Ex Cod. Rantzoviano fol. 42. Apograph. manu b. *Arnæ Magnæi* vid. No. 36.

Circa 1177.

Walbertus Dei gracia Abbas de *Eſrom* omnibus ad quos littere iſte peruenerint, ſalutem. Quantum ſit bonum viris timentibus Deum, vinculis pacis aſtringi caſus angelorum inſiguat qui. cum potuiſſent concorditer viuere, perpetua felicitate donati a ſummo bono facti diſcordes, ceciderunt elati, Caſus autem maiorum cautela debet eſſe minorum, Ne igitur in eiuſdem malicie voragine ſimiles nos forma concludere fratres ac proximos noſtros de *Paraclito* quos aliqvando, quibusdam ex cauſis, percepimus aduerſum nos diſcordie felle commotos, Omni iam ceſſante querela, amoris erga nos legibus implicatos, amamus & gaudemus eſſe beniuolos, Nos uero pro bono concordie reformando, pacis federe colligati, nichil eis proponendum aduerſum nos reliquimus in querelis, Tenore preſentium preſentibus duximus annotari. Decima que Dominum Archiepiſcopum in *Lunztorp* contingebat Ipſius Epiſcopi conceſſione & dono pro decimis grangiarum noſtrarum quas in parochie de *Tyeraby* per fratres noſtros aramus videlicet in *Swenſterp*, *Skuröth*, *Sponholt* & *Thoœköpp*, terrarum quatuor ſolidorum eis in perpetuum poſſidenda relinquitur Canonicos eorum ſine communium litterarum cautione nobis nec recipere nec retinere licebit Parochiam eorum ac terras nisi per colonos ſuos poſſidendas, nullatenus nos intrare ſpoſpondimus Viam de *Toweköpp* ad *Sponholt* in territoria grangie noſtre congruam & omnimodam eis aperiemus Ut autem hec omnia integra & illibata permaneant ſigilli noſtri impreſſione preſentem paginam duximus roborandam, & noſtra & fratrum noſtrorum manibus conſignandam

Ego

Ego frater *Walbertus* Abbas de *Esrom* ss.
Ego frater *Torbernus* prior ss.
Ego frater *Helgo* supprior ss.
Ego frater *Petrus* cellerarius ss.
Ego frater *Petrus* ss.
Ego frater *Ebbo* ss.
Ego frater *Josep* ss.

Willelmi Abbatis b. *Thomæ* de *Paraclito* Compositio cum Fratribus de *Esrom*.

Ex Cod. Rantzoviano fol. 43. Apograph. manu b. *Arnæ Magnæi* vid. No. 37.

1177.

Willelmus Dei gracia Beati *Thome* de *paraclito* minister indignus omnibus ad quos hee littere venerint salutem. Quanto sacro sancte religionis cultus dignius in decore virtutum meritorum prerogatiua subtollitur Tanto amplius caritatis inimicus oppugnator justicie discordie fomes Uiciorum incentor filius perdicionis, dyabolus a sacris ouium caulis excluditur Nobis igitur qvi licet indigni locum regiminis sortiti sumus in Ecclesia Dei diligencius est attendendum ut grex Dominicus nobis commissus verbis & exemplis nostris proficiens ad meliora semper exsurgat & pacis tranquillitate congaudeat ne si forte supplicium cordi discordie venenum inficiat machina virtutum tota succumbat & dum honestorum morum graciam devenustet vituperetur ministerium nostrum apud Christiane fidei professores. Proinde ut inter nos & venerabiles fratres nostros de *Esrom* pax & dileccio conseruetur illesa ad omnium volumus peruenire noticiam quod omni iam cessante discordia que peccatis intervenientibus inter nos & ipsos videbatur exorta pro quibusdam decimis parochialis ecclesie de *Thereby* quas in usus suos in dampnum nostrum conuerterant & subrepcione cuiusdam cononici nostri quem ad ordinem suum contra tenorem priuilegii Domini Pape susceperant. Et pro via quadam que ducit ad *Sponholt* iteneri nostra conclusa pax & concordia regnat hac interposita condicione quod de cetero in parochia predicta terram nisi per colonos possidendam non adquirant. Fratres nostros

non-

non sine communium litterarum caucione recipient. Viam de *Towekopp* ad *Sponholt* in territorio grangie sue congruam & commodam nobis prestabunt. Pro decima terrarum quas modo possident in parochia de *Tyereby*: scilicet in *Sponholt* & in *Skwroth*, & in *Stry* & in *Towekopp*, nobis a Domino Archiepiscopo *Absalone* decimam in *Lwtztorpp*, que ad eundem pertinebat Episcopum habendam in perpetuum optinuerunt. Ut autem hec nullis tergiuersacionibus in posterum valeant infirmari vtriusque partis assensu nostre videlicet & ipsorum sigilli nostri impressione & nominis nostri caractere fecimus consignari fratrum nostrorum subter nominibus annotatis

Ego *Willelmus* Abbas sancti *Thome de paraclito* ss.
Ego *Hesbertus* prior ss.
Ego *Ricardus* supprior.

Absalonis Archiepiscopi Lundensis Litteræ, qveis Ordinem Fratrum b. *Thomæ* de *Paraclito* confirmat, eorumqve bona sub sua protectione suscipit.

Ex Cod. Rantzov. fol. 3, b. Apograph. vid. No. 38.

1177.

Absalon Dei gracia sancte *Lundensis* Ecclesie Archiepiscopus Dacie & Suecie primas. Omnibus in Christo fidelibus tam posteris quam presentibus in perpetuum. Ad hoc diuina prouidencia alios aliis disposuit in ecclesia preferendos. ut quos pietas non inuitaret ad premia iudicialis censura seuerius precelleret vel inuitos. Inde est quod & nos licet indignos dominus in episcopali cathedra sublimauit quatinus & viros religiosos paterno diligamus affectu. & rerum promoueamus effectu. & incredulos & subuersores, & pauperum oppressores si non uerbo valeamus corrigere vel exemplo ecclesiastico condempnemus iudicio, ut traditi Sathane in interitum carnis tandem recipiscant a laqueo dyaboli & spiritus saluus sit in die Domini. Quoniam igitur fratres religiosos in Ecclesia beati *Thome* de *Paraclito* diuinis cognoscimus officiis mancipari, patrocinium gracie nostre cum indiguerint & expecierint eisdem fratribus volumus suffragari ne vel eos vel eorum bona contingat aliquatenus sinistris incursibus impugnari Ordinem quoque qui nostro studio & labore secundum

Deum

Deum & Beati *Auguſtini* regulam & inſtitucionem fratrum ſancti *Victoris Pariſienſis* inibi dinoſcitur inſtitutus in eadem Eccleſia perpetuis temporibus inviolabiliter obſeruari nec aliquatenus immutari decreuimus, Predictam itaque Eccleſiam cum omnibus bonis ſuis ſub noſtra protecccione ſuſcipimus & preſenti pagina ſigilli noſtri impreſſione ſignata perpetuo communiri mandamus ſubter annotatis poſſeſſionum Eccleſie predicte nominibus. *Eſchilli* inſulam in qua prius manſiſſe noſcuntur, cum Eccleſia que in eadem continetur, quam inſulam cum eadem Eccleſia ad clauſtrum de *Paraclito* utpote membrum illius loci pertinere decreuimus Eccleſiam de *Julighe* cum terra & decima ad eam pertinentem Manſionem quoque in eadem villa ad locum eundem pertinentem cum omnibus appendenciis ſuis & molendinum iuxta *værebro* ſitum Eccleſiam de *Thæræby* & manſionem inibi ſitam cum agris pratis & ſiluis Manſionem in *Wlueröth* cum agris pratis & ſiluis. Manſionem in *Hathelöſæ* cum agris & pratis & ſiluis Villam totam que *Næueth* appellatur cum terra tota & pratis & ſiluis ſine omni reclamacione & calumpnia, & piſcacionibus *clönæ* & aliis quas cum ceteris homiuibus communes habent curiam in ciuitate *Roſkildenſi* cum domibus & propricio ſuo. Terciam partem decimarum in Eccleſiis *Æneſſæ*, *Hælſinghe*, *Crækhöm*, *Alſentorp* & totam decimam in Eccleſia de *Thærby* quam partim pro ſeruicio eiuſdem Eccleſie predicti fratres poſſident partim a nobis habent, partim a parochianis pro hujusmodi eccleſia in ſeruicio ſuo expetit exceptis in reficiendis campanis & parietibus ipſius Eccléſié ſi forte ceciderint in beneficiis ſunt aſſecuti villam que *frethersløff* appellatur cum agris & ſiluis & pratis & molendinis, & eccleſiam eiuſdem ville cum decimis ſuis. Ut autem hec pagina noſtre conſtitucionis integra rataque permaneat ne vel per calumpniam uel cuiuſlibet ſubrepcionis aſtuciam aliquatenus infirmetur decreuimus ut quisquis eam infringere temptauerit ſiue ſit Eccleſiaſtica ſecularisue perſona excommunicacionis vinculis innodetur & corpore & ſanguine Dei ac redemptoris noſtri in extrema examinacione priuetur ſi non tante temeritatis exceſſus fuerit condigna ſatisfaccione correctus.

ALEXANDRI Papæ III. Priuilegia data Monaſterio Sti *Thomæ* de paraclito in *Eskebolt*.

Ex codice Rantzoviano fol. 6. b. vid. Apograph. Chart. No. 39.

1178.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis *Wilhelmo* Abbati ſancti Thome de Paraclito eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Pie poſtulacio voluntatis effectu debet pro ſequente compleri & ut devocionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata in domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus & prefatam eccleſiam beati *Thome* de *paraclito* in qua diuino mancipati eſtis obſequio ſub beati *Petri* & noſtra proteccione ſuſcipimus & preſenti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo canonicus qui ſecundum Deum & beati *Auguſtini* Regulam atque inſtitucionem fratrum ſti *Victoris Pariſienſis* in Eccleſia ueſtra dinoſcitur inſtitutus. perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona eadem eccleſia in preſentiarum juſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largicione Regum, uel principum, Oblacione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma nobis ueſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam de *Eſkilli inſula* cum ipſa inſula & aliis earum pertinenciis. Eccleſiam de *Julækæ* cum terra & decima ad eam pentinente & aliis pertinenciis ſuis. Manſionemque in eadem uilla ad locum eundem pertinentem cum omnibus appendiciis ſuis, molendinum juxta *Wærebro* ſitum cum ſuis pertinenciis. Eccleſiamque de *Tiærehy* & manſionem inibi ſitam cum Agris pratis & ſiluis & aliis earum pertinentiis. Manſionem in *Hathelöſæ* cum agris pratis ſiluis & aliis ſuis pertinenciis. Villam totam que *Næueth* appellatur cum terra tota pratis & ſiluis liberam & abſolutam cum aliis ſius pertinenciis. Piſcaciones *Clönæ* & alias Piſcaciones quas cum ceteris hominibus illius Regionis communes habetis. Curiam in ciuitate Roſkildenſi cum domibus & earum pertinenciis. terciam partem decime in eccleſiis *Anneſæ*, *Hælſinghe*, *Crækom*, *Alſentorp* & totam decimam de eccleſia *Tieræby* quam venerabilis frater noſter *Abſalon* tunc Roſkildenſis epiſcopus nunc vero Lundenſis

Landensis Archiepiscopus uobis racionabiliter perpetuo concessit habendam Villam que *frethersliff* appellatur cum agris siluis pratis molendinis & aliis pertinenciis & ecclesiam eiusdem ville cum decimis suis. Sane noualium uestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas presumat exigere Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos & absolutos a seculo fugientes ad conuersionem recipere & eos sine contradiccione aliqua retinere Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in loco uestro professionem aliqua leuitate siue abbatis sui licencia possit de eodem claustro recedere Discedentem uero absque communium literarum caucione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat uobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis non pulsatis campanis suspensa uoce diuina celebrare. In parochialibus eciam ecclesiis quas habetis liceat vobis clericos eligere & episcopo presentare quibus si ydonei fuerint Episcopus animarum curam committat ut ei de spiritualibus uobis uero de temporalibus debeant respondere Paci quoque & tranquillitati uestri paterna solicitudini prouidere volentes Auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Grangiarum vestrarum nullus violenciam uel rapinam seu furtum committere, aut ignem apponere seu hominem capere uel interficere audeat. Sepulturam autem ipius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuocioni & extreme uoluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat. salua tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Secernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua apostolice sedis Auctoritate & Dyocesani episcopi canonica iusticia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hac nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tercioue commonita nisi reatum suum digna satisfaccione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine dei & dni redemptoris nostri Jesu Xpi aliena fiat atqve in extremo examine diuine ulcioni subjaceat. Cunctis

 autem

autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax dni noſtri Jeſu Xpi quatinus & hic fructum bone accionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen. Dat. Anno Dni MCLXXVIII pontificatus vero dni Alexandri Pape III anno XX.

Abſalonis Archiepiſcopi Lundenſis Confirmatio omnium bonorum Monaſterii de *Eſrom*.

Ex apographo Chart. No. 40.

Circa 1178.

Abſalon Dei gratia ſanctæ *Lundenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus Daciæ & Swethiæ primas, omnibus in Chriſto fidelibus tam poſteris qvam præſentibus, in perpetuum. Ad hoc ſcripto majora facta mandantur, ne uel oblivione uel impiorum hominum ſiniſtris incurſionibus infirmentur, qvi cum male fecerint, gloriantur, & ut exultent in rebus peſſimis, ſolis calumpniis innituntur. Cum autem auctoritas inſtrumentorum & teſtium idoneorum ſubterannotatio rei geſtæ ſeriem proteſtatur, malignantium præſumptuoſa temeritas deprehenſa confractaqve qvieſcit, ne qvod ſtultorum vota conceperant, contra juſtitiam expleatur. Nos igitur ſcientes multam filiorum hominum eſſe malitiam, operibus ſimplicium & religioſorum talem volumus ineſſe cautelam, ut ſiqvid ad honorem Dei & religionis augmentum, vel per nos vel per alios ſenſerimus affectui mancipari, omni vigilantia præcaveamus, ne qva poſſit illud circumvenientium aſtutia depravari. Noverint igitur tam poſteri qvam præſentes, qvod venerabilis & devotus amicus noſter *Walbertus* Abbas de *Eſrom* præſentiam noſtram expetiit, poſtulans & exorans qvatenus cœnobio, cui præeſſe dignoſcitur, ita gratiæ noſtræ favor accederet, ut ſuper omnibus poſſeſſionibus & terminis eisdem poſſeſſionibus vel a conferentibus in elemoſinam, uel a venditoribus præfixis, auctoritatis noſtræ privilegio congauderet. Nos igitur prædicti Abbatis juſtis deſideriis benignum impertientes aſſenſum ob reverentiam & honorem omnium conditoris Dei, & ſalutem animæ noſtræ, qvod religioſorum expetebant vota, libenter annuimus, & eandem eccleſiam cum omnibus poſſeſſionibus ſuis & terminis eisdem præfixis, ſub noſtra protectione ſuſcepimus, & præſenti

pagina

pagina nominis noſtri præfixo karactere, communiri mandamus, poſſeſſionum ejusdem Eccleſiæ ſubterannotis nominibus. *Eſrom* in qvo ipſum cœnobium eſt conſtitutum, & locum in qvo erat villa, qvæ quondam vocabatur *Tanga* cum omnibus piſcationibus & pratis & ſilvis & cœteris appendiciis. *Withlingeruth*, & terras, in qvibus qvondam fuerant villulæ *Eſchilsholm*, *Langaholm*, *Davisthorp*, cum pratis & ſilvis & piſcationibus. *Haversholm* cum terra in qva qvondam fuerat villa dicta *Aholm*, cum ſilvis & pratis & ad eam pertinentibus. *Birgirsholm* cum villulis ſuis. *Saceſthorp*. *Horſeruth*. *Mulnethorp*. *Nuthorp* cum ſilvis & pratis & ad ſe pertinentibus. Grangia *Sande* cum ſilvis & pratis & piſcationibus ſuis. *Agneſio* cum terris & ſilvis ad ſe pertinentibus & villulis. *Tumethorp*. *Haldensthorp*. *Halgersthorp*. *Karlestorp*. *Dachwortheholt*. *Jortheholm*. *Bothorp*. *Stenhas*. *Almsruth*. Dimidium *Totheholt* cum ſilvis & pratis & cœteris ad ſe pertinentibus. *Stenholt* cum villulis ſuis *Grousholt*. *Thorthethorp*. *Sunsphialholt*. *Birſethorp*. *Mulneholt* cum ſilvis & pratis & piſcationibus ſuis. *Saxolfsthorp* cum ſilvis & pratis & piſcationibus ſuis. *Mothorp* in *Hallandia* cum ſilvis & pratis & cœteris attinentiis ſuis. Tertia pars decimæ totius parochiæ *Eſbiörnsthorp*, qvam nos eis perpetualiter dedimus. Si qvis igitur ſciens hanc noſtræ conſtitutionis paginam contraire temptaverit, ſi non propriæ temeritatis audaciam corrigere condigna ſatisfactione voluerit, tranqvillitatis & pacis religioſorum fratrum perturbator, excommunicationis vinculo innodatus, ſancti Spiritus mucrone perfoſſus intereat, atqve cum judicii dies advenerit, extremæ damnationi ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jheſu Chriſti, qvatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia pacis æternæ inveniant. Amen.

Ex Apographo Chart. emendato manu b. *Arne Magnæi* No. 41.

1180.

Ego Voldemarus D. G. Rex Danorum &c. Hic concedit illis omnia priuilegia. Sed decem coguntur illi eqvites alere cum ſit Othiniæ. Datum Anno Domini 1180.

KANUTI Regis Compoſitio de Piſcatione in *Clõna* inter fratres b. *Thomæ* de *Paracliſto* atqve colonos.

Ex Cod. Rantzoviano fol. 44. b. Apograph. Chartac. manu b. Arnæ Magnæi vid. No. 40.

1182.

KANUTUS Dei gracia Danorum Slauorumque Rex. Omnibus fidelibus, tam preſentibus quam futuris, in perpetuum. Ad hec in populis diuina nobis clemencia contulit principatum ut quicquid fuerit in eis, dyabolo ſvadente, diſcordie per errorem inductum per ſtudium noſtrum ſit falce judicii mediante purgatum Sic enim Deo gratum & debitum perſoluemus obſequium, & corone Regali proueniet bonorum excellencior gloria meritorum Scimus enim nec diffiteri valemus qvod quanto ſacro ſancte religionis cultus dignius in decorem virtutum meritorum prerogatiua ſubſtollitur Tanto amplius caritatis inimicus oppugnator juſticie, diſcordie fomes, viciorum incentor, filius perdicionis dyabolus a ſacris ouium caulis excluditur. Nobis igitur, ut prediximus qui gubernacula regni ſuſcepimus diligencius eſt attendendum ut grex Dominicus clauſtralis diſcipline ſubjectus ſub noſtre proteccione ad meliora ſemper exſurgat & pacis tranquillitate congaudeat ne ſi forte ſimplicium corda diſcordie venenum inficiat machina virtutum tota ſuccumbat & dum honeſtorum morum graciam deuenuſtet eorum miniſterium promat apud chriſtiane fidei profeſſores. proinde quoniam Abbas ſancti *Thomæ* de *paracliſto* & eiuſdem Eccleſie fratres, & coloni noſtri, pro quadam piſcacione que *clõna* appellatur, qvam *) ſuam eſſe dicebant erant diſcordes ad noſtram preſenciam conuenerunt, & utraqve pars querelam ſuam ſcriter propoſuerunt. Noſtri ſiquidem dicebant ſe non mediocrem paſſos eſſe iniuriam quod predicti fratres piſces quos ceperant vi cum rapina ſuſtulerant E contra fratres dicebant quoniam eosdem piſces jure poſſederant, affirmantes quod aqua ex qua extracti fuerant ad ius Eccleſie pertinebat Quia igitur huius rei plenam non poteramus habere noticiam eorum volentes dirimere litem, Cancellarium noſtrum A. ſancti *Lucii* Præpoſitum & fratrem eius *Ebhonem*, cum *Torberno* fideli noſtro ad inquirendam ueritatem a latere noſtro transmiſimus, & compoſicionem quam inter utroſque fecerunt gratam & illibatam in futurum exiſtere

Regia

*) *Corrig.* utriqve. *A Magnæus.*

Regia auctoritate precipimus Compoſitio autem talis eſt, Si voluerit villicus noſter cum ſuis in eam aquam quam fratres ſuo iuri vendicant & quam ab Archiepiſco in cambicione terrarum habuerunt piſcari licebit eis ita tamen quod de captura que eis proueniat, fratres clauſtrales ſortem que uni cuilibet continget obtinebunt Quod ſi clauſtrales in aquam quam dicunt eſſe noſtram piſcari voluerint hoc eciam eis ſine contradicione licebit, & noſtri partem, que contingit alicui ex eis, ſimiliter obtinebunt A loco autem illo qui Danice *yadehr* vocatur uſqve ad ſepes nec ipſi clauſtrales in noſtram nec noſtri in ſuam partem intrabunt ſine utriusque partis licencia. Quod ne valeat oblivioni deleri nominis noſtri caractere & ſigilli noſtri impreſſione preſentem paginam fecimus communiri teſtium nominibus qui affuerunt ſubtus annotatis Dominus *A.* Cancellarius & *Ebbo* frater eius *Nicolaus* prepoſitus *Torbernus* fidelis noſter *Thurgotus* ſacerdos de *Strø Swnnæ* de *Wlveröth*, *Awti* villicus de *Ramlöſæ* & plures alii.

CANUTI Regis Confirmatio Libertatis a gravaminibus exactionum Monachis (*Otbinienſibus*) a Patre conceſſæ, & ſcotatio bonorum in *Arſterſorp* & *Eſetoft* iisdem facta, pro bonis in *Sundrus*.

Ex Apograph. Chart. Correcto manu *Arn. Magnæi* No. 41.

1183.

CANUTUS Rex Danorum confirmat libertatem a gravaminibus exactionum, Monachis conceſſam a patre, & facta permutatione bonorum (recepit enim Rex *Sundrus*) prædia ab *Aſtrado Trugulſi* F. empta care, attribuit; ut in *Arſtertorp*, in *Eſtoft* & prata ab hæredibus *Gunneri* empta per *Aſtradum* & per eundem a *Petro* in *Lyki*. Hæc ſcilicet omnia bona qvæ fuerunt *Aſtradi*, æterno Regi Chriſto, S. Martyri & Regi *Canuto* ad ſuſtentationem fratrum eis militantium, pro ſalute & remedio animæ patris, ſtabili jure poſſidendi, utendi dedit, Acta *Hiuuleby* anno 1183. Indictione I Epactis xxv. Hujus glorioſi Regis Danorum *CANUTI* Qvarti anno primo. Datum per manum Emeri Capellani

Ego *Symon* Othonienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.

Ego *Omerus* Ripenſis ſſ.

Ex apographo Chart. emendato manu b. *Arn. Magnæi* No. 44.

1183.

KANUTUS *Priſlavi* filius Principis, dat Monachis jam ipſe initiatus, duos manſos in *Tandeslethæ* & terras omnes in *Alſia*. Actum anno Domini 1183 xij Kal. Decembris, anno ſecundo glorioſi Regis Canuti qvinti Danorum, teſtes fuerunt.

Abſalonis Archiepiſcopi Lundenſis Teſtimonium de Scotatione dimidii prædii *Sande* fratribus de *Eſrom* a *Petro Stalli* facta.

Ex apographo Chart. No. 45.

1184. 25 Februar.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *Abſalon* ſanctæ Roſkildenſis Eccleſiæ Epiſcopus licet indignus, ſicut meis in temporibus, ſic & in poſt me futuris, paci ſanctæ Eccleſiæ deſudare deſiderans. univerſis ejusdem ſanctæ Eccleſiæ filiis tam præſentibus qvam futuris notum facio, quod *Petrus Stalli Nicolai Doti* filius dimidietatem prædii, qvod *Sande* dicitur, me aſtante cum reliqvis teſtibus, qvorum nomina infra inſcripta ſunt, fratribus de *Eſrom* legittime ac ſolenniter in conſpectu Domini mei Regis *Waldemari* ſcotans, in ſuorum patrisqve ſui remiſſionem peccatorum, libenti ac ſpontanea voluntate, in meliis conſilio calumpniæ mutato contulit. Ipſam ſed & ante dimidietatem præfati prædii ipſe Dominus meus Rex *Waldemarus* primo monarchiæ ſuæ anno, eisdem prædictis fratribus de Eſrom jure perpetuo poſſidendam, in ſuorum remiſſionem peccatorum contulerat. Ut ergo de cætero omnis calumpniæ occaſio excludatur, & qvod ſcripto affirmemus ratum atqve indiſſolubile permaneat inſcriptam a nobis paginam imagine propria ſigillo cæræ impreſſa munivimus. cui ſi qvis obviare temptaverit, niſi ceſſando reſipiſcat, anathema ſit Teſtium autem mecum aſtantium hæc ſunt nomina. *Canutus* Rex filius Domini mei Regis *Waldemari*. Marcus Abbas Eccleſiæ omnium ſanctorum *Aſcerus* ſancti Laurentii Eccleſiæ Summus Præpoſitus. *Georgius Petri* filius *Thurbernus* Caſtellanus. *Magnus*

Ulf

Ulf filius, Et alii qvam plures, qvorum nomina hic brevitatis causa sunt omissa. Facta sunt autem hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIIII. vto Kalendas Martii in Lundis nostra metropoli.

Grimolphi Wiffsun literæ, queis Monasterio Sti Thomæ de Paraclito in *Ebleholt* bona sua in Mynghe Offert.

Ex Codice Razoviano fol. 52. b. vid. apograph Chart. No. 46.

1185. 29 Junii.

Omnibus presens scriptum cernentibus *Grimolphus Wiffsun* Salutem in domino notum facio per presentes natis & nascituris me viris discretis & religiosis Abbati Wilhelmo totique conuentui monasterii Sti Thome de Paraclito in *Ebleholt* bona mea in *Mynghe* sita videlicet unam mansionem cum totis pertinentiis suis prope vel remote positis nullis exceptis in remedium & salutem anime mee & meorum progenitorum integraliter donasse jure perpetuo possidenda. Tali cum condicione ut dicti domini annuatim missam cum uigiliis michi & meis parentibus deifice persoluant. Et post mortem liberam habebo ibidem sepulturam. In cuius rei testimonium & firmiorem cautelam sigillum meum presentibus est appensum. Datum *Mynghe*. Anno ab incarnacione Dni Mclxxxv vigilia Apostolorum Petri & Pauli &c.

URBANI Papæ III Bulla confirmatoria data *Absaloni* Archiepiscopo Lundensi super Castro Hafn cum bonis adjacentibus datis Ecclesiæ Roschildensi per *WALDEMARUM* Regem.

Ex Tomo Bartholin. in fol. ipsius manu script. pag. I. Apograph. Chart. vid. No. 47.

1186. 21 Octobris.

URBANUS Episcopus servus servorum dei. Venerabili frati *Absaloni* Lundensi Archiepiscopo Apostolice sedis legato salutem & apostolicam benedictionem. Fratres & Episcopos nostros tam propinqvos

qvam longe poſitos ſincera tenemur caritate diligere, ipſosqve in hiis qve iuſte reqvirunt, libenter & efficaciter exaudire. Eapropter tuis iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu Caſtrum de *Haſa* qvod illuſtris memorie *WALDEMARUS* olim Rex Dacie tue fraternitati contulit & tu tali condicione interpoſita Roſkildenſi Eccleſie pia conſideratione dediſti, ut ipſum debeas qvoad vixeris detinere poſt deceſſum tuum ad eccleſiam ipſam libere devolvendum ſub jam dicte condicionis tenore, ſicut ipſum iuſte & ſine controverſia poſſides cum omnibus pertinentiis ſuis auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Videlicet villam ipſam de *Haſa*, *Oterslef* cum omnibus pertinentiis ſuis, ſcilicet *Særeslef*, *Solbiergh*, *Wanlöſæ*, *Wighesleſ*, *Walby* manſum unum, *Brunshöw*, *Tmbrethorp*, manſionem de *Giefnetofte* cum omnibus pertinentiis ſuis, *Myrthigæ* cum omnibus pertinentiis, *Bakſuerthe*, *Wigherom*, *Husfrucöp*, *Awerthe*, *Burgheby*, *Mertherom* cum omnibus pertinentiis ſuis preterea univerſam partem eorum qve adqviſivit *Nicolaus* Caſtellanus tuus iuxta tenorem pacti qvod inter vos convenit. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siqvis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. *Witerby* XII Kal. Novembr.

KANUTI Regis Privilegia Data *Wilhelmo* Electo Sleſvicenſi.

Ex Tomo Bartholin. in fol. ipſius manu ſcripto pag. 299 Apographa vid. No. 48.

1187.

KANUTUS Dei gratia Rex Danorum dilecto conſobrino ſuo W. Schlesvicenſi Electo, cæterisque ſuis ſucceſſoribus Schlesvicenſis Eccleſiæ Epiſcopis in perpetuum. Cum totius regni proviſores a cuncti potenti creatore ſimus inſtituti merito ingrati nomen incurriſſemus, ſi ſanctæ Eccleſiæ utilitatibus dominique miniſtrorum protectionibus, a quo omnia poſſidemus, per quem vivimus & ſumus, ſummopere cæterisqve negotiis

negotiis diligenter non intendiſſemus. Qvi nobis ſceptrum Regiæ conceſſit majeſtatis, uirgam commiſit regni, u rgam directionis, ad vindictam malefactorum, laudem uero honorum; iuſti ut proteganturne inluſtis ſuccumbant oppreſſionibus: diſtorti uti dirigantur ne a via regia exorbitantes, ad dextram declinent ſiue ad ſiniſtram, obſtinati uti conterantur, membra enim putrida reſecanda ſunt, uvaqve livorem conſumta ducit ab uva. Qvod & ipſe dominus legitur feciſſe, qvi etiam angelis non pepercit peccantibus, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in judicium cruciandos reſervari. Verum iacula quæ prævidentur minus ferïunt, & ſcintilla cum aut vix aut omnino non ſit accenſa, minori de labore ſuffocatur, qvam ignis, poſtqvam incendium convaleſcat extingvatur. Hinc eſt qvod divina inſpiratione admoniti prædeceſſorum tuorum innumeros attendentes tribulationes & anguſtias, te cum omnibus tuis ſucceſſoribus, veſtrisqve hominibus & rebus ſub Regiæ Majeſtatis protectione dignum duximus confovere. Qvippe ne occaſionem damni præſtare videamur poſtulationibus tuis clementer annuere diſponentes ſtatuimus atqve privilegii ueſtri munimine roboramus, videlicet omnes tuos villicos & colonos, tuorumqve ſucceſſorum qvos in præſentiarum habes, ſeu in futurum tu vel tui ſucceſſores iuſte & canonice habueritis in remiſſionem peccatorum noſtrorum liberos ab omni fore gravamine vobisqve concedimus ſuper illos cauſarum omnium executiones Regio iuri debitas, ut nulli alienæ dominationi, ſed tantum tuæ tuorumqve ſucceſſorum ſint ſubiecti poteſtati. Siqvis ergo præſentis privilegii paginam ſciens, temerario auſu ei contraire tentaverit, niſi tibi tuisqve ſucceſſoribus congrue ſatisfecerit, ſciat utiqve ſe tanqvam majeſtatis reum Regali auctoritate diſtrictiſſime puniendum. Datum *Gunerſtorp* XII Kal. Decembr, Anno ab incarnatione Domini M. C. Lxxxvii. concurrente in Epacte IX. Ego *KANUTUS* Rex ſubſcribo. Ego *Waldemarus* ſleſvicenſis Electus ſubſcribo. Ego *Abſalon* Lundenſis Archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis Legatus ſubſcribo.

Abſalonis Archiepiſcopi Lundenſis Confirmatio compoſitionis inter *Wilhelmum* Epiſcopum Sleſvicenſem & ejus Dioceſanos, ſuper Decimarum ſolutione.

Ex Tomo Bartholiniano in fol. ipſius manu ſcripto pag. 301. Apograph. No. 49.

Circa 1187.

Abſalon Dei gratia ſanctæ Lundenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus, Sveciæqve primas. *Waldemaro* eadem gratia *Sleſvicenſi* Epiſcopo ſucceſſoribusque ſuis canonice ſubſtituendis in perpetuum. Mediator Dei & hominum Chriſtus ex alto patris ſui conſilio exinanivit ſe formam ſervi accipiens, ut genus humanum reatu primi parentis perditum redimeret & debitæ redderet libertati. Verum poſt tam immenſam bonitatis redemptionem, profunditatem divinæ præſcientiæ non latuit, hominem ipſum in ergaſtulo diabolicæ captivitatis privatum virtutibus, & in naturalibus vulneratum, auxilio ſui creatoris & divinis fomentis indigere; unde miſerator & miſericors Deus depravationem humanæ naturæ & inſufficientiam conſiderans, apoſtolos & apoſtolicos viros necnon & alios ſacerdotes eſſe voluit, qvi divina ſcientia & intelligentia ſpecialius ceteris imbuti, pabulo divinæ inſtructionis ieiuna hominum corda reficerent & a regione diſſimilitudinis reverſos in cognitionem creatoris ſui plenius informarent. Hos eccleſiaſticos viros & vicarios verbi divini ſpeciali qvadam prærogativa præ cæteris dominus honorari voluit & diligi, cum ait: Qvi vos tangit, pupillum oculi mei tangit, & alibi: Nolite tangere chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Voluit præterea huiusmodi caractere, divinæ militiæ ſtipendio, non ſolum divinæ ſed & terrenæ retributionis decorari, ut qvibus ſpiritualia ſeminarent, iuxta Apoſtolum, eorum meterent temporalia, oblationes & decimas recipiendo fructum perſolventium; Iſta organa ſpiritus ſancti beatus etiam *Auguſtinus* inſinuat dicens: Qvicunqve peccatorum indulgentiam deſiderat, reddat decimam. Et alibi: Qvi dedit decimam non ſolum abundantiam frugum recipiet, ſed ſalutem animæ & corporis conſeqvetur. Spe ergo tantæ retributionis, univerſi tuæ dioceſis homines, ſicut multorum teſtimonio in veritate comperimus, decimam a canonibus Epiſcopis diſtinctam, ſponte & concordi

concordi devotione tibi & ſucceſſoribus tuis contulerunt. Verum tamen propter diverſitatem & diſtantiam locorum convenit inter vos & populum, tibi ſubditum, ut variæ fuerunt diſtinctiones decimarum, ut omnes qvi habitant tam citra *Sle*, qvam ultra meridiem verſus, primam in uſus ſacerdotum, ſecundam partem in ædificationem eccleſiarum, tertiam partem Epiſcopo qvidem ſolvere debeant. In *Utlandia* in tribus navigiis juxta *Ederam* ſcilicet *Tunnighenhæret*, *Getthinghæret*, *Hollnebohæret*, totam decimam, tam unam, quam & aliam de omnibus plenarie ſolvere debeant. Nos ergo iuſtis petitionibus tuis, tanqvam dilecti fratris noſtri in ommibus aſſenſum facilem præbentes, decimam illam eo ordine, quo diſtincta eſt & ordinata, præſentis paginæ auctoritate & noſtri Sigilli impreſſione, tibi & ſucceſſoribus tuis in perpetuum confirmamus, auctoritate ſedis Romanæ qva fungimur ſtatuentes, ſi qvæ Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ confirmationis paginam temere infringere vel auſu temerario contraire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi ſuum reatum digna ſatisfactione correxerit excommunicationis nodo inextricabiliter involvatur, cunctisqve eam, ſecundum id, qvod dictum eſt, ſervantibus, ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, qvatenus hic bonæ actionis fructum percipiant, & æterna retributione redonentur. Amen. Ego *Abſalon* Lundenſis Archiepiſcopus ſubſcribo. Ego *Homerus Ripenſis* ſubſcr. *Ego Joh.* Ottonienſis ſubſcribo.

CLEMENTIS Papæ III Literæ protectoriæ datæ Eccleſiæ Stæ *Mariæ* Vibergenſis.

Ex apographo Chart. No. 50.

1188. 8 Junii.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Tuchoni* præpoſito Eccleſie Ste Marie *Wibergenſis* ejusqve fratribus tam preſentibus qvam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Pie poſtulacio voluntatis effectu debet proſeqvente compleri; ut devocionis ſinceritas laudabiliter innoteſcat & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat, Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer

annuimus & prædeceſſorum noſtrorum pie recordationis *INNOCENTII* & *ALEXANDRI* PP. Romanorum Pontificum veſtigiis preſtatam eccleſiam ſancte *Marie*, in qva divino eſtis obſeqvio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiqvidem ſtatuentes ut ordo canonicus qvi ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam in eadem eccleſia inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea qvascunqve poſſeſſiones, qvecunqve bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largicione Regum vel Principum, oblacione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisqve ſucceſſoribus & illibata permaneant. In qvibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam B. *Margarete* virginis qvam Venerabilis frater noſter Nicolaus Epiſcopus veſter ſicut ex literis eius accepimus vobis reſignavit. Nec non & eccleſiam B. Martini, qve in inſula *Phur* eſt, ita qvod utraqve illarum de cetero in ordinacione & diſpoſicione veſtra conſiſtat: devocioni veſtre Apoſtolica auctoritate confirmamus. De victu etiam qvadrageſimali, qvem Epiſcopus in Eccleſia veſtra, aliqvando habuit, unde contenciones & religio veſtra non modicum turbari conſvevit, ſtatuimus ut, ſicut iam dictus Epiſcopus eum vobis per privilegium ſuum eqva conſideracione reſignaſſe dinoſcitur & in poſterum remiſiſſe, ita de cetero conſervetur, qvod nec ei vel ſucceſſori ſuo victum a vobis contra hoc aliqvo tempore exigere liceat. Prohibemus inſuper ut Epiſcopus de Oblacionibus, qve ad corpora ſanctorum in veſtra offeruntur eccleſia nichil ultra qvartam partem, qvam conſuevit habere, recipiat. Adhec ſignificacione preſencium indulgemus ut predia vel poſſeſſiones eccleſie veſtre ſive infra Civitatem veſtram ſive extra conſiſtant nullus iniuſte contra diſpoſicionem veſtram invadere preſumat. In electione vero Epiſcopi veſtri primam vocem, cum ſitis Cathedralis eccleſie Canonici, habeatis, qvemadmodum noſcitur vobis de canonum jure competere, & de antiqva conſuetudine usqve ad hec tempora obſervata nec aliunde qvis in veſtrum Epiſcopum eligatur; qvamdiu ſecundum ſtatuta canonum in veſtra eccleſia, qve cathedralis eſt, repperitur ydoneus, qvi de Canonico & concordi aſſenſu, ſine omni pravitate poſſit aſſumi. Conſvetudines autem clauſtrales, qve in eodem loco veſtro laudabiliter hactenus conſervate

ſervate noſcuntur, nemo prorſus in deterius audeat commutare, ſed ſemper inconvulſe in ſuo robore perſeverent. Adhec adhicientes ſtatuimus, ut nulli omnino Principum absqve Prepoſiti & fratrum conſenſu aliqvem de Clauſtro liceat ammovere. Sane novalium veſtrorum qve propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nurimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorqvere preſumat. Sepulturam qvoque ipſus loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devocioni & extreme volumati, qvi ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſticia illarum eccleſiarum, a qvibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero Te nunc ejusdem loci Prepoſito uel tuorum qvolibet ſucceſſorum nullus ibi qvalibet ſurreptionis aſtucia ſeu violencia preponatur, niſi qvem fratres communi conſenſu, vel major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Auguſtini Regulam providerint eligendum. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus proſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu qvibuslibet vexationibus fatigare Sed omnia integra conſerventur eorum, pro qvorum gubernacione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura ſalva ſedis Apoſtolice Auctoritate & Epiſcopi veſtri canonica juſticia. Siqva igitur eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo tercioue commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisqve ſui dignitate careat, reamqve ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniqvitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore ac ſangvine Dei & Domini Redemtoris noſtri *JESU CHRISTI* aliena fiat, atqve in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri *JESU CHRISTI* qvatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

(L. B.) Ego *CLEMENS* Catholice Eccleſie Epiſcopus ſſ.
Ego *Theobaldus* Hoſtens. & Welltrens Epiſcop. ſſ.
Ego *Johannes* Pbr. Card. tit Sti Marci ſſ.
Ego *Laborans* Epiſcopus Presbr. Cardin. *Ste Marie* trans Tiberim tit Kalixti. ſſ.
Ego *Pandulf* Pbr. Card. Baſilice XII Apoſtol. ſſ.

Ego

Ego *Mellor* Pbr. Card. Sanctorum *Johannes & Pauli* tit. *Gamail.* ſſ.
Ego *Petrus* Pbr. Card. tit. Ste *Cecilie* ſſ.
Ego *Rad.* Prbr. Card. Tit. Sti *Praxedis.* ſſ.
Ego *Petrus* tit. Sti *Clementis* Prbr. Card. ſſ.
Ego *Bob.* tit. Ste *Anaſtaſie* Pbr. Card. ſſ.
Ego *Alexius* Prbr. Card. tit. ſte *Suſanne* ſſ.
Ego *Petrus* Pbr. Card. tit. Sti *Petri* ad vincula ſſ.
Ego *Jordanus* Pbr. Card. Ste *Prudentiane* tit. Paſtoris ſſ.
Ego *Jac.* Diac. Cardinalis ſte *Marie* in *Cosmydon.* ſſ.
Ego *Gratianus* Sanctorum *Coſme* & *Damiani* Diac. Card. ſſ.
Ego *Johannes* Sti *Theodori* Diac. Cardin. ſſ.
Ego *Octavianus* Storum *Sergii* & *Bachi* Diac. Card. ſſ.
Ego *Bernardus* Ste *Marie* nove. Diac. Card. ſſ.

Datum *Lateranis* per manum *Moyſi* Sti Romane Eccleſie Subdiaconi vicem agentis Cancellarii Sexto Idus Junii. Indictione ſexta. Incarnationis dominice M. C. Lxxx. viii. Pontificatus domini *CLMENTIS* PP. III anno primo.

CELESTINI Papæ III Bulla data *Petro* Epiſcopo Roſkildenſi ne cui Epiſcoporum eius ſucceſſorum Caſtrum *Hafn* ab eccleſia alienare liceat.

Ex Tomo Bartholiniano in fol. ipſius Manu Apograph Cart. vid. No. 51.

1193. 12 Febr.

CELESTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *Petro* Roſkildenſi Epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, qvod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, qvam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Proinde iuſte petitioni venerabilis fratris noſtri *A.* Lundenſis Archiepiſcopi Apoſtolice ſedis legati grato concurrentes aſſenſu preſenti pagina, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne cui Epiſcoporum, qvi in Eccleſia tua pro tempore fuerint Caſtrum de *Hafn*, qvod poſt obitum eiusdem Archiepiſcopi ad ullam Eccleſiam

Ecclesiam devolvetur ab ipsa ecclesia vestra liceat alienare. Decernimus autem ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siqvis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Lateran. II Idus Februarii Pontificatus nostri anno secundo

CELESTINI Papæ III. Bulla confirmatoria donationis *WALDMARI* Regis super Castro de *Hafn* concesso Ecclesiæ *Roskildensi*, cum multis aliis possessionibus, inserta est *Centii* Cardinalis confirmatio super eodem Castro.

Ex Tomo Bartholin. in fol. ipsius manu. pag. Apograph. Cart. vid. No. 52.

1193. 20 Martii.

CELESINUS Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri A. Lundensi Archiepiscopo Apostolice sedis legato salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur qvod iustum est & honestum tam vigor eqvitatis qvam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Venerabilis in Christo frater tuis iustis precibus inclinati Castrum de *Hafn*, qvod illustris memorie W. Rex Datie tue fraternitati contulit sicut ex eius donatione iuste illud & pacifice possides, & ipsum tibi dilectus filius noster *Centius* tit. Sancti *Laurencii* in *Lucina* Presbyter Cardinalis tunc apostolice sedis Legatus Auctoriate, qva fungebatur, tibi confirmavit, tue devotioni auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem qvoqve huius rei evidentiam autenticum scriptum confirmationis eiusdem Cardinalis hic inferius duximus annectendum, cuius tenor talis est.

Centius Dei gratia tit. Sancti *Laurentii* in *Lucina* Presbyter Cardinalis apostolice sedis Legatus. *A.* Eadem gratia Lundensis Ecclesie Archiepriscopo Apostolice sedis legato Suethieqve primati salutem & intime dilectionis affectum. Cum legationis officio in Dacia fungeremur, indubitanter cognovimus, qvod illustris memorie *W.* Rex Dacie

Caſtrum de *Hafn* tue fraternitati contulit & tali conditione interpoſita *Roſkildenſi* Eccleſie pia conſideratione dediſti ut ipſum debeas qvoad vixeris detinere poſt deceſſum tuum ad Eccleſiam illam libere devolvendum. Habita igitur ratione confirmationum Dni PP. *URBANI & CLEMENTIS*, necnon & Canonicorum Roſkildenſium ſub iam dicte conditionis tenore, ſicut ipſum iuſte & ſine controverſia poſſides cum omnibus pertinentiis ſuis, auctoritate qva fungimur tibi confirmamus & patrocinio preſentis ſcripti communimus. Videlicet villam illam de *Hafn* manſionem de *Ottherslef* cum omnibus pertinentiis ſuis ſcilicet *Særeslef, Solbiarga, Waleſe, Wikisleſ, Walbi* manſum unum, *Brunshoga, S.brethorp* manſionem de *Graſnatofte*, & de *Mirthega*, & de *Barsvertha*, & de *Wigarum* cum omnibus pertinentiis earum, Manſiones de *Husfrekop*, de *Averahi*, manſiones de *Burgabi* & de *Martharum* cum omnibus pertinentiis earum. Preterea univerſam partem eorum qve bone memorie Nicolaus Caſtellanus tuus ſive in *Falſtria* ſive in *Sialandia* acqviſivit iuxta tenorem pacti, qvod inter vos convenit, utrum in facta partitione ante mortem habita diviſione cum eius heredibus tibi obvenerit, preſenti pagina dilectioni tue confirmamus. Adhec Eccleſiam de *Hafn* & de *Brunshoga* & de *Amabe*, qvos prius Caſtro aſſignaveras tue proviſioni regendas committimus, qvatinus omni reclamatione ceſſante liberam habeas de eis disponendi facultatem, & poſt diſceſſum tuum, tam eccleſie, qvam univerſe dicte poſſeſſiones ad Eccleſiam *Roſkildenſem* & eius Epiſcopum libere & absqve heſitatione aliqva revertantur. Preterea qvoniam ſicut cognovimus & utilitas Sialandenſium & negotia regni converſationem tuam in Sialandia ſepius expoſtulat, preſentis ſcripti Auctoritate tibi confirmamus, qvatinus qvicunqve in Epiſcopatu Sialandenſi canonice in Epiſcopum fuerit ſubſtitutus, cum eo, qvotiens adeſſe volueris ſub debito honore & reverentia tanqvam pater familias communem menſam habeas, ipſe vero in agendis ſuis conſilio ſuo & diſpoſitione utatur, & tanqvam filius patri per omnia obediens ad allevandum tibi in Scania laborem qvotiens volueris & neceſſitas poſtulaverit diſſimulare non preſumat. Qvoniam hec perſone tue, iuſtis exigentibus rationibus indulſimus, volumus ut perſonam non excedant, ſed poſt diſceſſum tuum qvicunqve in Dacia pro tempore fuerit Archiepiſcopus intuitu huius noſtre confirmationis nullum in iam dictis ad Epiſcopum Sialandenſem vel eius Epiſcopatum reſpectum habeat.

Nulli

Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siqvis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. XIII Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

KANUTI Regis Emancipatio fratrum de *Eſrom* ipſorum colonorum ab omnibus ſervitiis & exactionibus regiæ iurisdictioni debitis.

Ex apographo Chart., No. 53.

1194. 22 October.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *KANUTIS* Dei gratia Danorum Slavorumqve Rex, tam præſentibus qvam futuris ſalutem in perpetuum. Conſiderantes noviſſima noſtra idqve ſolum hominis de univerſo labore ſuo qvo laborat ſub ſole videntes reſervari in poſterum, qvod terrenis mente adjectis voluptatibus, ſervitio divino mancipatis impenditur, qvoqve indigentium tenuitas relevatur; Religioſos *Eſrom* commorantes, qvos *WALDEMARUS* pater noſter & *KANUTUS* avunculus noſter Danorum Reges, cœleſtis ſibi ſedem habitaculi comparare volentes, elemoſinæ ſuæ largitione donaverant, expertes relinqvere nolumus muneficentiæ noſtræ amminiculo. Divinæ itaqve clementiæ magnitudinem fragilitati noſtræ reconciliare volentes, ne aliqvibus præmiſſi religioſi de poſſeſſionibus ſuis moleſtentur injuriis, ſed emunitatis & pacis ſecuri, qviete divinis invigilent ſervitutibus, univerſas poſſeſſiones ipſorum & colonos omnes, terram, qvam obtinent, incolentes, ab univerſis ſervitiis & exactionibus regiæ jurisdictioni debitis emancipamus & abſolvimus. Qvoniam ergo ætas temporisqve tractus diuturnior præſentia tenebris oblivionis denigrat & obducit, litterisqve præſentia oblivioni ſubtrahunt & præterita dudum priſtinæ reſtituunt novitati, ſategimus ſubvenire, nolentes hanc libertatem noſtræ donationis in irritum revocari in perpetuum. Datum Gronok, anno verbi incarnationis MCXCIIII, XII Kl. Novembris: anno Regni *KANUTI* Regis tertio decimo

Ego *KANUTUS* Rex propria manu ss.
Ego *CHRISTOFORUS* frater Kanuti Regis ss.
Ego *WALDEMARUS* Dux ss.
Ego *Salomon* Præpositus sanctæ Lundensis Ecclesiæ ss.

Petri Episcopi Arusiensis litteræ, qveis libros suos donat Ecclesiæ B. *Clementis*, in eius Armario reponendos.

Ex apographo. Chart. No. 54.

1195.

Petrus Dei gratia *Arusiensis* Ecclesiæ Episcopus universis Christi fidelibus, ad qvos pervenerit hæc præsens pagina, salutem. Sacrosancta mater Ecclesia in illis filiis lætatur plurimum, qvos decorem domus Dei diligere videt & honorem. Alimenta qvidem, qvæ corpus refovent magni sunt pretii, sed majoris sunt præcepta Theologa, qvæ pascunt animam cœlesti dogmate & informant. Innotescat itaqve tam præsentibus qvam futuris, qvod sancti Spiritus instinctu moniti, universos libros, qvos habemus, Beato *Clementi* conferimus in profectum servientium, in illius ecclesia ministrorum futurorum. Tamen adhibita cautione, nam speratis eveniunt sæpe contraria, illud juris ex integro nobis salvum esse volumus in prædictis libris, qvod eorum usus in nostro tempore juxta nostrum arbitrium disponantur. Ordinante vero Divina gratia, postqvam suam solverimus naturæ debitam, illos & volumus, & sub anathematis interminatione præcipimus reponi in Beati *Clementis* armario, à ministris ejus jure perpetuo possidendos. Ne autem cuiqvam qvandocunqve detur occasio, tanqvam in sua jura distrahendi libros, qvos tam sacro loco conferimus, distrahentem, nam Christi tunicam videtur scindere, excommunicationis pœna percellimus in præsenti pagina, qvæ donationi huic sigilli nostri munimine præstat perpetuum firmamentum. Datum *Thorp* per manum nostri notarii *Tirugilli*. V. Id. Februarii. Anno Dominicæ incarnationis M. C. XC. V. Ego *Petrus* Arusiensis Ecclesiæ Episcopus subscribo.

Ego *Ago* Præpositus de *Eyhorstathe* ss.
Ego *Tirugilus* subdiaconus de *Alnesi* ss.

CELESTINI

CELESTINI Papæ III Confirmatio ſex Præbendarum qvas *Petrus* Epiſcopus Aruſienſis fundavit.

Ex apographo Chart. No. 55.

1197. 23 April.

CELESTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri *Petro* Aruſienſi Epiſcopo, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Officii noſtri debitum & caritas ordinata reqvirit, ut qvæ â fratribus & coepiſcopis noſtris acta laudabiliter fuerint, auctoritatis noſtræ præſidio inconvulſam obtineant firmitatem, & plenam in futuro agendi fiduciam tribuant potiora. Sicut autem ex parte tua, venerabilis in Chriſto frater, noſtris eſt auribus intimatum, de bonis patrimonialibus & aliis, qvæ rationabiliter acqviſiviſti, ac de hiis qvæ commiſſa tibi eccleſia prius habuerat, ſex præbendas provide ſtatuiſti, canonicis aſſignandas, qvi ſeidem Eccleſiæ debeant deſervire. Nos igitur ſtatutum ipſum dignis in Domino laudibus commendantes, ut firmiter omnibus futuris temporibus obſervetur, pro ut circumſpecte ac provide factum eſt; ſicut in autentico venerabilis fratris noſtri *A.* Lundenſis Archiepiſcopi, Apoſtolicæ ſedis legati expreſſius continetur, auctoritate apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *PETRI* & *PAULI* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani IX, Kl. May Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

CELESTINI Papæ III. Indulgentia XL. dierum ad Fabricam Eccleſiæ Cathedralis Aruſienſis.

Ex apographo Chart. No. 56.

1197. 23 April.

CELESTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus in regno Dacie conſtitutis, & accedentibus ſeu tranſitum habentibus

tibus per *Aruſienſem* Eccleſiam, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Qvoniam inter varios humanæ fragilitatis eventus, non eſt facile habitantibus ſuper terram incurſus evadere delictorum: propoſita ſunt ad ſalutis noſtræ remedium opera pietatis, qvibus tanto amplius dominum valeamus habere propitium, qvanto devotius in neceſſitatibus exercuerimus proximorum. Cum autem venerabilis frater noſter *P.* Aruſienſis Epiſcopus, æternæ retributionis intuitu ad honorem Dei & laudabile commodum cleri & populi ſuæ curæ commiſſi, cathedralem eccleſiam, qvæ temporibus anteceſſorum ſuorum, de lignea ſolummodo materia conſtructa fuit, lapidibus conſtruere diſpoſuerit, qvod in terra veſtra fieri ſine gravi labore ac ſumptu non poteſt, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, exhortamur attentius, & per apoſtolica ſcripta mandamus, ac in remiſſionem peccaminum injungimus, qvatinus Divini amoris intuitu, & communis utilitatis obtentu, de bonis vobis â Deo collatis ad tam pium & laudabile opus explendum, grata & munifica impendatis ſubſidia caritatis, ut vobis aminiculantibus citius & melius eccleſia ipſa conſtrui valeat, & vos per hæc & alia bona, qvæ domino inſpirante feceritis ad æternitatis poſſitis glorìam pervenire. Hiis autem, qvi operi memorato juxta ſibi â Domino facultatem indultam manum porrexerint caritatis, de injunctis pro ſuis exceſſibus pœnitentibus XL. dies, de miſericordi confidentes creatoris clementia indulgemus. Datum Lateranis IX. Kl. May, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

CELESTINI Papæ III. Confirmatio Privilegiorum Monaſterii Sti *Thomæ* de Paraclito.

Ex Cod. Rantzoviano fol. 5. Apographum vid. No. 57.

1197.

Celeſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Wilhelmo Abbati eccleſie Sti *Thomæ* de paraclito ejusqve fratribus tam preſentibus qvam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Ad hoc univerſalis eccleſiæ cura nobis a proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt ut religioſas diligamus perſonas & uno placente religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliqvando famulatus impenditur

impenditur niſi de caritatis radice, procedens a puritate religionis fuerit conſervatus. Oportet igitur omnis xpiane fidei amatores religionem diligere & loca venerabilia cum ipſis perſonis divino ſervicio mancipatis attencius confovere ut nullis pravorum hominum inquietentur moleſtiis vel inportunis angariis fatigentur. Ea propter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & prefatam eccleſiam in qua diuino eſtis obſeqvio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & Preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiqvidem ſtatuentes ut ordo canonicus qui ſecundum Dni & beati *Auguſtini* regulam & inſtitutionem fratris ſti *Victoris* Pariſienſis in eccleſia veſtra inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunqve poſſeſſiones quecunqve bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisqve ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in qvo prefata eccleſia conſtructa eſt cum omnibus pertinentiis. Eccleſiam de *Therby* cum decimis. Tertiam partem Decimarum in eccleſia de *Alſentorp* tertiam eccleſie *Anneſſe.* tertiam partem decimarum de *Hælſinghe.* tertiam partem decimarum eccleſie *Crækom*, *Eſkilſo*, manſionem in *Synderby* cum ſilva agris & pratis. Terram in *Sirsloue*, manſionem in *Jullghe* cum eiusdem uille & pratis & agris & molendino ſito iuxta *Wæræbro.* Manſionem in *Hathelöſæ* cum ſiluis pratis & agris. totam uillam *Nætuet* cum ſiluis pratis & agris & piſcationibus. Villam de *Tiæreby* cum eccleſia ſiluis pratis & agris. Terram in *Holt* cum paticula ſilue, terram in *Tolletorp*, cum ſilua. terram in *Frithoph.* Manſionem in *Hælſingæ* cum ſilua & agris & pratis. Sane Grangiorum veſtrorum qve propriis manibus aut ſumtibus colitis ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat vobis quoqve clericos uel laicos liberos & abſolutos a ſeculo fugientes ad conversionem recipere & in veſtra eccleſia absqve contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco profeſſionem, fas ſit de eodem loco absqve licentia Abbatis ſui obtentu acrioris religionis diſcedere. Diſcedentem vero ſine ..... literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere.

nere. In parochialibus autem ecclesiis quas tenetis liceat vobis clericos eligere & diecesano Episcopo presentare. qvibus, si ydonei fuerint, Episcopus curam animarum committat ut ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus debeant respondere. Sepulturam qvoqve ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum devotioni & extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat. salua tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis excommunicatis & interdictis suspensa voce diuina officia celebrare. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi qvem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem & beati Augustini Regulam prouiderit eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra & illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis Apostolice auctoritate & diocesani Episcopi canonica justitia. Siqve igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tempraverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamqve se divino judicio existere de perpetrata cognoscat. & a sacratissimo corpore ac sanguine redemptoris dei nostri Jesu xpi aliena fiat, atqve in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura tua seruantibus sit pax dni nostri Jesu xpi, qvatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum judicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Abſalonis Archiepiſcopi Lundenſis donatio Decimæ epiſcopalis de *Toakre* Fratribus de *Sora* facta.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi. fol. XXXI. b.

1197.

Abſalon Dei gratia Lundenſis Eccleſie Archiepiſcopus Suecie primas Uniuerſis fidelibus hoc ſcriptum cernentibus in vero ſalutari ſalutem. Notum ſit uniuerſis tam preſentibus quam futuris nos fratribus de *Sora* partem illam decime de *Toakre* tam de manſione quam de coloniis ipſorum que ad nos pertinuit contuliſſe quam ut poſſint iidem fratres in perpetuum pacifice poſſidere dictam partem decime memorate eisdem fratribus duximus confirmandam. Nequis eis ſuper donatione iſta grauis vel iniuriosus exiſtat ſub interminatione anathematis inhibentes.

INNOCENTII III. Bulla confirmatoria ſuper Caſtro *Haſn*.

Ex Apographo Chartac. No. 58.

Data 1199. die 13 Novembris.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri *Abſaloni* Lundenſi Archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Fratres & coepiſcopos noſtros tam propinquos quam longe poſitos ſincera tenemur caritate diligere ipſosque in hiis que iuſte requirunt libenter & efficaciter exaudire. Eapropter Venerabilis in Chriſto frater tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu ad exemplar felicis recordationis Urbani Pape predeceſſoris noſtri. Caſtrum de *Haſn* quod illuſtris memorie *WALDEMARUS* olim Rex *Dacie* tue fraternitati contulit & tu tali conditione interpoſita *Roſkildenſi* eccleſie pia conſideratione dediſti ut ipſum debeas quoad vixeris detinere poſt deceſſum tuum ad eccleſiam ipſam libere deuoluendum ſub iam dicte conditionis tenore. Sicut ipſum iuſte & ſine controuerſia poſſides cum omnibus pertinentiis ſuis auctoritate tibi apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus Videlicet villam ipſam de *Haſn*. manſionem de *Öterslef* cum omnibus pertinentiis ſuis. ſcilicet

Sersleſ. *Solbiarge.* *Kvanloſe.* *Wigisleſ.* *Walbu.* Manſum unum *Brunshogæ.* *Imbretorp.* manſiones de *Gefuetoſte* & de *Murhoge* cum omnibus pertinentiis eorum. Manſiones de *Biergbu* & de *Martharum* cum omnibus pertinentiis eorum. Manſiones de *Barſuerthe* & de *Wigherom* cum omnibus pertinentiis earum. Manſiones de *Husfrecop* & de *Háuerthi* cum omnibus pertinentiis earum & uniuerſam partem earum que acquiſiuit *Nicholaus* caſtellanus tuus iuxta tenorem pacti quod inter vos conuenit. Nulli ergo omnino hominum licitum ſit hanc noſtre paginam confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Lateran.* Id. Nouembr. Pontificatus noſtri Anno primo.

INNOCENTII III. Privilegia data Monaſterio de Sora (1198. ſ. computationis Romanæ.)

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi. fol. XX. a.

1199 die 23 Novembris.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis *Gaufrido* Abbati monaſterii de *Sora* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis eneruet. Ea propter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & prefatum monaſterium de Sora in quo diuino mancipati eſtis obſequio ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtertienſium fratrum in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum. largitione Regum vel

vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum de Sora in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Grangias *Slagloſe. Liunghe. Guthem. Biarby. Wendloſe. Veteleby. Aſwartabothe. Egby.* cum adiacentibus siluis. pratis. & pascuis. piscariis. & molendinis. & grangia in *Hallandia* que dicitur *Toaker* cum siluis & ceteris pertinentiis suis. *Nytorp* cum adiacentibus agris. siluis & pascuis. *Gotstorp* cum adiacenti silua & exteriores similiter mansiones videlicet *Suartinghe. Gloſtorp. Wimminghe. Querkeby. Schirpinghe. Forneleff* cum adiacentibus terris & concoloniis suis. & partem decimarum quam habetis in parrochiis *Höleſeu. Haralſtad. Finnetorp. Geleff* & illud quod habetis in *Leeghe, Sundertorp. Suartatorp. Biærby* & *Gerleeu.* & illud quod habetis in prouentibus apud memoriam beate *Margarete* ecclesie Sancte *Marie Roſkildis.* Preterea donationem siue concessionem ab inclite memorie Waldemaro quondam rege Danorum & carissimo in Christo filio nostro *KANUTO* rege filio eius super libertate & immunitate colonorum vestrorum vobis pia deuotione factam sicut in eorundem regum scriptis autenticis continetur auctoritate vobis apostolica confirmamus & presentis priuilegii pagina communimus. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis. Siue de ortis & virgultis & piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere & eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in vestro monasterio professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Quodsi forte retinere presumserit. licitum sit vobis in ipsos monachos vel conuersos sententiam regularem proferre, illud districtius inhibentes ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari siue alio modo alienari absque consensu totius Capituli vel maioris partis & sanioris eiusdem.

Sique vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint eas irritas esse censemus. Adhec etiam prohibemus ne aliquis monachus siue conuersus sub professione domus vestre astrictus sine consensu & licentia abbatis & maioris partis Capituli vestri pro aliquo fideiubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium Capituli vestri prouidentia constitutum nisi propter manifestam vestre domus utilitatem. Quodsi facere presumpserit non teneatur conuentus pro hiis aliquatinus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis siue ciuilem siue criminalem contineat questionem fratrum vestrorum testimoniis uti ne pro defectu testium ius vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus ne ullus Episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel conuentus forenses vos ne vel iuditio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat. Nec ad domos vestras causa ordines celebrandi causas tractandi vel aliquos conuentus publicos conuocandi venire presumat nec regularem electionem abbatis vestri impediat. Aut de instituendo vel remouendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta Cistertientis ordinis se aliquatinus intromittat. Si vero Episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est. cum humilitate ac deuotione qua conuenit requisitus substitutum abbatem benedicere. et alia que ad officium suum pertinent vobis conferre renuerit. licitum sit eidem Abbati. si tamen sacerdos fuerit proprios nouitios benedicere & alia que ad officium suum pertinent exercere & vobis omnia ab alio episcopo percipere que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adiitientes ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur ea sint episcopi forma & expressione contenti que ab origine ordinis noscitur instituta ut scilicet Abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant & contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum. siue pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quidquam audeat extorquere. Sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam & communionem sacro sancte romane sedis habentem. qui nostra fretus auctoritate vobis quod postu-

latur

latur impendat. Quod ſi ſedes dioceſani epiſcopi forte vacauerit interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis epiſcopis accipere libere & absque contradictione poſſitis ſic tamen ut ex hoc in poſterum propriis epiſcopis nullum preiuditium generetur. Quia vero interdum propriorum epiſcoporum copiam non habetis. ſi quem epiſcopum romane ſedis ut diximus communionem habentem. Et de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit ab eo benedictionem vaſorum & veſtium conſecrationes altarium ordinationes monachorum auctoritate ſedis apoſtolice recipere valeatis. Porro ſi epiſcopi vel alii eccleſiarum rectores in monaſterio veſtro vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis excommicationis vel interdicti ſententiam promulgauerint. ſiue etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas non ſoluitis vel aliqua occaſione eorum que ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt. ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua benefitia vel obſequia ex caritate preſtiterint vel ad laborandum adiuauerint in illis diebus in quibus vos laboratis & alii feriantur eandem ſententiam protulerint ipſam tanquam contra ſedis apoſtolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ullam firmitatem habeant quas tacito nomine ciſtertienſis ordinis & contra tenorem apoſtolicorum priuilegiorum conſtiterit impetrari. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere. ignem apponere. ſanguinem fundere. hominem temere capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus ordini veſtro conceſſas nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare ſed omnia integre conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura ſalua ſedis Apoſtolice auctoritate Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſti-

 tutionis

iutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit ſecundo tertioue comonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui careat dignitate reamque ſe diuino iuditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine domini redemptoris noſtri Ieſu Xpi aliena fiat atque in extremo examine diuine ultioni ſubiaceat. cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini domini noſtri Ieſu Xpi quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen Amen Amen.

Ego *INNOCENTIUS* catholice Eccleſie Epiſcopus S.
Ego *Octauianus* Hoſtienſis & Uelletrenus Epiſcopus S.
Ego *Petrus* Porten· & ſancte *Ruſine* Epiſcopus. S.
Ego *Jordanus* Sancte *Pudentiane* Tituli Paſtoris Presbiter Cardinalis. S.
Ego *Johannes* Sancti *Clementis* Cardinalis Viterbienſis Epiſcopus. S.
Ego *Hugo* Presbiter Cardinalis ſancti *Martini* Tituli equitii S.
Ego *Johannes*. Tituli Sti *Stephani* in Celio Monte. S.
Ego *Antius* Tituli Sti *Laurentii* in *Lucina* Presbiter Cardinalis S.
Ego *Soffredus* Tituli Ste *Praxedis* Presbiter Cardinalis S.
Ego *Gerardus* Sti *Adriani* Diaconus Cardinalis. S.
Ego *Gregorius* Ste *Marie* in Porticu Diaconus Cardinalis. S.
Ego *Gregorius* Sti *Georgii* ad velum aureum. S.
Ego *Nicolaus* Ste *Marie* in *Coſmidyn* Diaconus Cardinalis. S.
Ego *Bobo* Sti *Theodori* Diaconus Cardinalis. S.
Ego *Gregorius* Sti *Angeli* Diaconus Cardinalis. S.
Ego *Centius* Ste *Lutie* in Orthea Diaconus S.

Datum *Laterani* per manum *Rainaldi* Dni Pape Notarii Cancellarii vicem agentis nono Kalendas Decembris indictione ſecunda incarnationis dominice anno Milleſimo Centeſimo nonageſimo octauo Pontificatus uero Domini *INNOCENTII* Pape tertii anno primo.

Petri, Epiſcopi *Roſkildenſis* Confirmatio eorum, quæ *Abſalon* (ab anno 1158 ad Ann. 1201.) Monaſterio *Soræ* dedit.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi fol. XXXI. a.

circa 1202.

Vniuerſis fidelibus chriſti tam preſentibus quam futuris *Petrus* dei gratia *Roſkildenſis* Epiſcopus in domino ſalutem & orationum ſuffragia. Cum omnipotens deus ſua nos dignatione ad regimen eccleſie *Roſkildenſis* vocauerit & in tali gradu conſtituerit vt ſuſcepti ratione officii omnibus ſeruis Chriſti in epiſcopatu noſtro degentibus in neceſſitatibus ſuis pro viribus adeſſe teneamur ſpecialiter tamen Monaſterio *Soræ* quod a progenitoribus noſtris in ſepulturam noſtre cognationis fundatum eſſe dinoſcitur paterna ſollicitudine prouidere quaſi naturali quodam iure conſtringemur & fratribus ibidem deo famulantibus patrocinii noſtri preſidium impendere. Eapropter preſentium poſterorumque noticie preſenti ſcripto notificare curauimus quod quascunque poſſeſſiones quecunque bona ex acquiſitis eccleſie noſtre felicis memorie predeceſſor noſter *Abſalon* quondam *Roſkildenſis* Epiſcopus poſtea uero *Lundenſis* Archi-Epiſcopus pia largitione prefato contulit monaſterio a tempore quo archiepiſcopus eſt ordinatus usque ad diem qua dominus eum ex hac vita vocauit nos rata eſſe & in conuulſa cupientes ſimili deuotione eidem contulimus loco & ſecundum leges terre huius ſcotauimus in quibus hec nominatim duximus exprimenda Manſiones in *Wetby* & terram in *Gloſtrop* & terras patrimonialibus manſionibus ipſius adiacentes cum ſiluis & pratis & paſcuis & ceteris pertinentiis quas nouiſſime memoratis fratribus aſſignauit. Preterea decimas quarundam parrochiarum ad ius noſtrum pertinentes ſub atteſtatione ſigilli ſui prefatis contulerat fratribus alias eis ad tempus permiſerat quas omnes jure perpetuo poſſidendas nos illis donauimus. in Parrochia videlicet *Olöshöjæ* & *Haraldſtadhe* & *Finnetorp* & *Geslöff* cum adiacente capella *Leogæ* *Synderoph* & *Swarterop* & *Broby* cum adiacente capella *Georlöff*. *Bromoghæ* & *Bierbii* *Wendlöſæ*. volentes itaque hec omnia perhennitatis robur optinere ex hoc & in omne tempus preſentis ſcripti atteſtatione & ſigilli noſtri impreſſione confirmare curauimus ſub anathemate interdicentes ne quis ſucceſſorum

ſorum noſtrorum noſtre donationis indulgentiam perturbare ſeu quomodolibet caſſare preſumat.

Libertas & exortatio *Waldemari* Regis ad *Farthuſahæreth*.

Ex Cod. Diplomat. Esromnenſi fol. CLXXVIII. apagraphum vid. No. 59.

circa 1203.

In nomine. ſancte & indiuidue trinitatis & in virtute eiusdem. Ego *WALDEMARUS. WALDEMARI* Regis filius. Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex. Dux *Jutie* & Dominus *Nordalbingie*. Conſiderans omnibus humani generis fragilitatem & incertam vniuscuiusque mortem. & timens ne talentum michi a Deo traditum. ſine lucro reportem. & nouiſſima mea mente ſedulo reuoluens. hoc ſolum michi intueor fructuoſum. ſi ſecundum mandatum Dei eiusque beneplacitum in hac breui vita vixero. & pacem & quietem regno michi commiſſo preuidero. & precipue religioſis. Deo. die noctuque famulantibus. & pro nobis contra aërias poteſtates armis ſpiritualibus pugnantibus. Inde eſt. quod fratribus noſtris de *Eſrom* omnes poſſeſſiones. quas habent in *Hallandia*. ſiue a patre meo. ſiue â fratre meo. vel ab aliis bonis viris. donatione vel emptione. ſeu concambitione adepti ſunt. Auctoritate regia corroboramus. & ſigilli noſtri teſtimonio confirmamus. Colonos quoque ipſorum omnes ab uniuerſis ſeruitiis & exactionibus regie iurisdictioni debitis. emancipamus. & abſoluimus. Si quis autem auſu temerario hoc donatiuum noſtrum atque priuilegium. infirmare preſumpſerit. non ſolum iram Omnipotentis Dei & indignationem. verum & noſtram ſentiet ultionem.

Petri

Petri Epiſcopi Aruſienſis Litteræ, qvibus Eccleſiæ Sti *Clementis* de *Arus* poſſeſſiones qvasdam, tam hæreditate, qvam emptionis titulo ad ſe delatas offert.

Ex Apographo Chartaceo No. 60.

1203. die 14 Novembris.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *P.* Dei gratia *Aruſienſis* Eccleſiæ Epiſcopus, univerſis hoc ſcriptum cernentibus in perpetuum. Teſtamentum ſuum non bene diſpoſuit, qvi terrenis tantum teſtatur hæredibus, & non facit Chriſtum ſubſtantiæ cohæredem. Sciant igitur tam præſentes qvam poſteri, qvod nos ad redemptionem peccatorum noſtrorum, Eccleſiæ ſancti *Clementis* de *Arus* contulimus poſſeſſiones qvasdam iure hæreditario ad nos devolutas, quasdam commutatione, qvasdam emptionis titulo acqviſitas. Unde ne qva poſſit in poſterum ſuboriri calumpnia, prædictarum poſſeſſionum nomina, & modum, qvo eas diſpoſuerimus, ſcripto dignum duximus, commendare. Sunt enim hæc communi menſæ deputatæ, *Giafs wath* cum molendino & caeteris appendiciis: *Hörboch*: *Starklint* cum colonis eidem manſioni adjacentibus. qvicqvid *Nixtæ* habuimus: *Kyſing*: & qvod *Kipæſtorp*, *Dyngeby*, *Pulſtorp* & *Saxwelruthii* poſſidemus. *Arslöf* cum molendino & aliis adjacentibus: undecim *Fiathring* in *Tislæſt*, *Kaldæbot*: duæ manſiones in *Albærn* cum molendino: manſio in *Strelhöch*: manſio in *Liſt*, terra in *Olguth* valens marcham auri: molendinum in *Greſne*: *Selnæthorp*: *Weddethorp*: *Ramptum*: *Dragmoſtorp* cum duobus molendinis & colonis, qvi eidem attinent manſioni; Terram autem valentem ſex marchas argenti in parochia *Holmæ*, & manſionem de *Helgenes* & eqvitia de *Nixtæ*, & eqvitia de *Dranmoſtorp* contulimus eidem Eccleſiæ, ut ex fructu iſtarum poſſeſſionum emantur luminaria in cenſum, & neceſſaria ad campanas. Ad veſtitum vero præbendariorum *Skialthwet* cum appendiciis, & qvod in *Haslöch* poſſidemus. *Swenhoc* cum molendino; eccleſia ſancti *Nicholai*, eccleſia beatæ virginis, & *Tuliſtorp*; Eccleſia de *Hallum* cum manſione *Akre*, cum molendino & ſilva in *Boenes*, *Biörnſtorp*, *Utby* in *Roxæ*, ſunt collata. Aſtantes itaqve fratres noſtri. Præpoſitus *Skælm*, *Nicholaus* & *Johannes*, fidem de-

derunt nobis in multorum præſentia, qvod & domum noſtrum defenderent, & a nulla ſinerent ipſum calumpnia perturbari. Cæterum ut hoc factum illibatum perhenniter maneat, nec deleri poſſit proceſſu temporis, advocati ſunt teſtes idonei, qvorum hic nomina ſubſcribuntur. *Ingemarus* Abbas de *Witherslef*, *Nicholaus* Prior de *Rind*. *Palno* & *Ebbo* eiusdem eccleſiæ canonici, *Thorkillus* filius *Thorchonis*, *Iſaac* filius *Gunni*, omneaqve noſtri familiares & pueri, qvi eo tempore in noſtra curia morabantur. Inſuper ut res iſta ſtabilis permaneret & integra, præſentem paginam ſigilli noſtri munivimus firmamento. ſi qvis autem hanc donationem auſu temerario infirmare attemtaverit, niſi a propoſito mature deſtiterit, indignationem ſanctæ *Mariæ* virginis, & ſanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & ſancti *Clementis* martyris, & omnium ſanctorum ſe noverit incurſurum. Actum publice in noſtra curia *Threlthorp* XVIII. KL. Decembris Anno verbi incarnati M.CC.III. Anno regni Regis *WALDEMARI* primo. Epiſcopatus noſtri XII.

INNOCENTII III. Bulla confirmatoria Præbendarum in eccleſia *Aruſienſi*.

Ex Apograph. Chartac. No. 61.

1204. die 3 Januarii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Capitulo *Aruſienſi*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Qvæ ad decorem domus Dei prouide ſtatuuntur, tanto ad eccleſiarum honorem intendimus amplius & profectum. Veſtris ergo & venerabilis fratris noſtri *Aruſienſis* Epiſcopi precibus inclinati, inſtitutionem præbendarum & beneficiorum per eum in Eccleſia veſtra provide factam & per bonæ memoriæ *Lundenſem* Archiepiſcopum, tunc legatum ſedis apoſtolicæ confirmatam, ſicut in eorum auctenticis litteris continetur, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam contraire. Si qvis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* III. Non Januarii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

WAL.

WALDEMARI II. Exemptio omnium poſſeſſionum Eccleſiæ *Aarhuſienſis* ab *expeditione*, *Stud*, *Qverſete* & omni jure Regio.

Ex Apographo Chartaceo. No. 62.

1204. die 16 Martii.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *WOLDEMARUS* Dei gratia Danorum Sclavorumqve Rex, Dux Jutiæ, Dominus Nordalbingiæ, univerſis hæc ſcripta cernentibus, in perpetuum. Licet juxta Apoſtoli teſtimonium, qvicqvid antiqvatur & ſeneſcit, prope eſt ad interitum: illud tamen qvodam modo cognoſcitur exitum devitare, qvod artificis diligetis circumſpectione provida, fuerit litterarum tenaci memoria commendatum. Ea enim, qvæ annoſa temporum revolutione ab humanis mentibus qvaſi innata radicitus exſtirpantur nam memorem eſſe omnium, potius divinum eſt, qvam humanum litterarum ſuffragio mediante non perveniunt ad occaſum ſed novi ſemper ſolis illuſtrata lumine, eodem curſu iterum ad ortum redeunt, & relegentes frequentia ad primæva nativitatis cunabula revocantur. Conſiderato itaqve pietatis ſtudio & ſanctæ caritatis deſiderio, qvo venerabilem Patrem *Petrum Aarhuſienſem* Epiſcopum, ei qvi ubi vult ſpirat, placuit, ut in Deo, cuius oculis nuda ſunt omnia, confidimus, inflammari, Regi ſeculorum, a qvo omnia bona procedunt, devotas gratias referentes, ipſius propoſitum, qvod optatum perducere non potuit ad effectum, divinæ remunerationis fieri participes affectantes, in qvibus eius pia devotio languit & defecit, regiæ dignum duximus munificentiæ conſummare. Ipſe ſiqvidem non parce ſeminans ut fructum perciperet pleniorem, ſemen ſuum more providi ſeminantis humo non ſterili commendavit, ſed ubi thesaurus ſuus, eſſet ibi & cor ſuum, in æternis coeli ſedibus theſaurizaſſe conſiditur, ubi nec ærugo nec tinea demolitur. Scire igitur volumus univerſos, qvod libertates qvas præmiſſus Epiſcopus eccleſiæ cum poſſeſſionibus ei collatis conferre non potuit, qvippe iuri regio attinentes, in univerſis poſſeſſionibus, qvas in remedium delictorum ſuorum Eccleſiæ Beati *Clementis* contulit & ſcotavit, decorem domus Domini præ univerſis prædeceſſoribus ſuis diligens affectuoſe, & efficaciter extollens; ab expeditione *Stud* & *Qverſete*, & omni ſervitio

regi debito liberas esse volumus & immunes, ut nulli exactorum nostrorum teneantur super qvocunqve negotio respondere. Ut igitur hæc nostræ devotionis constitutio rata permaneat, & in futuro ignorantiæ vel contradictionis non percipiat detrimentum, eam sigilli nostri & literarum testimonio confirmamus, mandantes & auctoritate regia districtius præcipientes, qvatinus nullus nec in præsenti nec in futuro hiis audeat obviare, si non solum velit regiæ ultionis animadversionem, sed & divinæ vindictæ metuendum iudicium, exigentibus temeritatis suæ meritis sustinere. Datum apud *Ruthe* XVII KL. Aprilis, Anno incarnationis Dominicæ M.CC.IIII. Anno Regni nostri secundo.

WALDEMARI II. Confirmatio Privilegiorum Monachis in *Nestvet* a prædecessoribus suis datorum.

Ex Apographo Chartac. No. 63.

circa 1205.

WALDEMARUS frater *CANUTI* & filius primi *WALDEMARI* confirmat omnia indulta concessa nobis a Prædecessoribus suis, *Nestvet* ex utraque parte Amnis *Gristorp*, *Ladby*, *Ladbytorp*. *Faxingæ*, *Tiæreby*, *Hōm*, *Halstat*, *Opetorp*, *Saxtorp*, *Nagby*, *Tvæloſæ*, *Gaffnō*, *Appenor*, *Nicholastorp*, cum aliis locis nobis pertinentibus. vult etiam ut utendi molendino sine iusto theoloneo nullus (uti ipsi fecit) habeat libertatem. Omnium prænominatorum possessionum cum villicis & colonis libertatem & universa iura, quæ Maiestati regiæ referri dinoscuntur in *Mitsommersgiald*, in *Stud*, in *Qværsæte*, in expeditione, in omni exactione regalis servicii & in causis omnium regalium actionum sicut ea Monachis ipsis a patre suo *WALDEMARO* & fratre suo *KANUTO* & omnibus aliis sunt collata, ita & ipse confirmat. Datum *Ringstadis*.

Andreæ

Andreæ Archiepiſcopi *Lundenſis* teſtimonium: ſe vidiſſe privilegia Monachis in *Neſtvet* a *WALDEMARO II*, data.

Ex Apographo Chartac. No. 64.

1205.

Andreas Archiepiſcopus *Lundenſis* teſtatur ſe vidiſſe literas regiæ confirmationis ſuper donatione libertatum poſſeſſionum Monachorum de *Neſtvet*, quos abſoluit a regiis exactionibus, & in ſuam tuitionem ſuſcipit, *Neſtvet* etiam ex utraque parte amnis *Grimſtorp*, *Ladby*, *Ladbytorp*, *Fuxinge*. Molendinum eorum cum iuſto theoloneo liberum eſſe conceſſit *Mitſommerſgiald*. Has poſſeſſiones ab expeditione, *Studt*, *qverſethe* & omni regis iure liberas eſſe voluit. M.CC.V.

Andreæ Archiepiſcopi *Lundenſis* confirmatio Privilegiorum Eccleſiæ *Othinienſis*.

Ex Apographo Chartac. No. 65.

1206.

Andreas Dei gratia *Lundenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus Sveticæ Primas univerſis Stæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus qvam futuris in perpetuum. Ex iniunctæ diſpenſationis officio & ſolicitudine nobis incumbente qvpscunqve ut ea qvæ recte & piè ordinata & facta comperimus; pio favore proſeqvamur atqve approbemus. Approbata qvoqve ne qvorumlibet iniqvorum ſeu fraudulentorum verſipelli malitia ſeu verſutia perturbari aut immutari vel irritari valeant, inducta nobis à Deo auctoritate confirmemus & manenti ſtabilitate Apoſtolorum clave, banno ſeu anathemate corroborando ſignemus, ut & perverſitas ſi contraria qvæ recto ordine ſunt ſancita & iuſtitiæ robore vallata, temerario auſu præſumere tentaverit, inveniat, ubi offenſa in ſe reſiliat, & ampli[illegible]anda religionis tranqvillitas hæreat, qvo ſcaturienti impetu malitiæ & aſſultu ſecura refugiat. Proinde ergo nos ea qvæ à *WOLDEMARO* Rege illuſtri & venerando pietatis intuitu anteceſſorum Regum laudabilibus atqve probabilibus exemplis inducto & informato, Eccleſiæ *Othenienſi* collata & ſancita confirmavimus, noſtri

ſtri ſigilli atteſtatione ac inditi à ſede Apoſtolica auctoritate confirmare decrevimus („Hic contenta privilegiorum a Rege *Waldemaro* & *Abſolone* Archiepiſcopo Eccleſiæ Ottinienſi collatorum inſeruntur, vid. pag. 261-66.“) Ne ergo præſens in poſterum autenticum a predeceſſore meo *Abſalone* bonæ memoriæ conſtitutum ab aliquibus revocari poſſit in dubium idem auctoritate pontificia ſicut rite ſactum confirmamus, invenimus privilegio per noſtri appoſitionem Sigilli roborantes teſtimonium veritatis ſicut ſcriptum invenimus in omnibus perhibentes.

Ego *Thomas* Abbas in Herivadø ſſ.
Ego *Andreas* Lundenſis Archiepiſcopus Sveciæ Primas ſſ.
Ego *Thord* Lundenſis Canonicus Notarius D. *Andreæ* Archiepiſcopi ſſ.
Ego *Magnus* Lundenſis Canonicus Domini *Andreæ* Archiepiſcopi Diaconus ſſ.

Skelmonis Electi *Arusienſis* Confirmatio bonorum Capitulo *Arusienſi* a *Petro* prædeceſſore ſuo oblatorum, cui addit omnes fundos epiſcopales infra civitatem variarumqve præbendarum ex parte decimas.

Ex Apographo Chartæ, No. 66.

1207.

S. Dei gratia Electus *Arusienſis* Eccleſiæ, univerſis fidelibus ad quos videndæ venerint præſentes litteræ, Salutem in vero ſalutari. Cautela eſt non inutilis rem geſtam ſcripturæ teſtimonio confirmare, ne ipſius memoria proceſſu temporis evaneſcat. Hinc eſt qvod tam præſentibus quam futuris ſignificaſſe volumus, qvod ad ſervitium Dei in *Arusienſi* Eccleſia, ubi ſedes eſt & caput noſtræ dioceſis, a venerabili fratre noſtro & prædeceſſore Domino Epiſcopo *Petro* felicis memoriæ inſtinctis perſonis, aliqvid de noſtro impertiri cupientes, eidem Eccleſiæ omnes fundos, qvos infra ambitum ipſius civitatis habuimus, ſive emptionis titulo acqviſitos, ſive alio qvocunqve iure ad nos devolutos, conferre decrevimus ad communem uſum Canonicorum, qvoscunqve in prædicta eccleſia in ævum contigerit ſuccedere. Præterea tertiam partem decimarum de his manſionibus, de *Thorp*

vide-

videlicet ad præbendam Archydyaconi: de *Wælef* ad præbendam Domini *Palnonis*: de *Östorp* ad præbendam Domini *Götonis*: de *Catthorp* & *Fiarstorp* ad præbendam Magistri *Ebbonis*: de *Thorstenstorp* ad præbendam *Ernesti*: de *Ech* ad præbendam *Asceri* Dyaconi, sicut frater noster contulit, ita qvoqve nos eosdem Canonicos in pace volumus possidere, & eis tam istorum, qvam prædictorum bonorum collationem præsentium litterarum testimonio & impressione nostri sigilli contra omnem calumpniam confirmamus. Insuper *Giaf* nostrum, & omne ius exactionis nostræ tam in spiritualibus qvam in aliis, de universis eorum tam villicis qvam colonis illis volumus concessisse.

INNOCENTII III. Bulla confirmatoria super bonis Capitulo *Arusiensi* a *Petro* Episcopo & *Skælmone* Electo oblatis.

Ex Apographo Chartae. No. 67.

1207. die 24 Martii.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis *Arusiensi* Capitulo, salutem & apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota, qvæ a rationis tramite non discordant, effectu proseqvente complere. Cum igitur bonæ memoriæ *P.* Episcopus vester, in ecclesia vestra, qvæ a prædecessoribus suis fuerat qvasi neglecta, de bonis suis patrimonialibus instituerit decem præbendas, & dilectus filius *S.* Electus vester, successor ipsius, ecclesiæ vestræ omnes fundos, qvos infra ambitum civitatis *Arusiensis* ad communem usum vestrum & ad qvarundam prædictarum præbendarum augmentum, de mansionibus *Thorp*, de *Wælöf*, de *Östorp*, de *Cattarp*, & *Fiarttorp*, de *Thorstenstorp* & *Ech* tertiam partem contulerit decimarum, concessis etiam vobis *Giaf*, & omni iure exactionis tam in spiritualibus qvam in aliis de universis vestris tam villicis qvam colonis, vobis & per vos Ecclesiæ vestræ, sicut ea omnia iuste & pacifice possidetis, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem

autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum *Lateranis* Nono KL. Aprilis, Pontificatus nostri anno Decimo.

Skælmonis Episcopi *Arusiensis* Declaratio se possessiones in *Aby*, cum Silva *Stath* & *Brendistorp*, sibi ab *Johanne* fratre suo jure hæreditario relictas, Ecclesiæ Sti Clementis obtulisse.

Ex Apogr. Chartac. No. 68.

circa 1207.

S. Dei gratia *Arusiensis* Episcopus, universis fidelibus hæc scripta cernentibus, salutem in vero salutari. Multos noviſſe credimus, qvaliter possessiones in *Aby* cum silva *Stath* & *Brendistorp*, mortuo fratre nostro *Johanne* bonæ memoriæ ad nos iure hæreditario sunt devolutæ. Qvarum cum verus essemus possessor, eas in remissionem peccatorum nostrorum, Ecclesiæ sancti *Clementis* in multorum præsentia contulimus possidendas. Et si qvis easdem possessiones impugnare attemptaverit, parati sumus eas defendere secundum leges Patriæ, & probare nos eas iuste possedisse, & iuste præfatæ ecclesiæ contulisse.

WALDEMARI II. Confirmatio Privilegiorum monachis in *Neſtued* a suis prædecessoribus datorum, qva, pro mansione *Ristorp* in *Falstria*, Immunitatem ab omni iure Regio consequuntur.

Ex Apographo Chartac. No. 69. desumto ex Tom. Bartholiniano A.

1209. die 23 Septembris.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis Amen. Universa negotia mandata litteris trahunt memoriæ firmamentum. Hinc est qvod ego *WALDEMARUS* Danorum Sclavorumqve Rex Dei gratia, Dominus Nordalbingiæ, Dux Jutiæ, omnibus tam præsentibus qvam futuris præsens scriptum cernentibus gratiam & salutem in domino. Attendens iuxta Evangelicæ assertionis veritatem, nihil homini prodesse, si mundum universum lucretur, animæ autem detrimentum patiatur, propterea rebus momentaneis & caducis diuina nobis in æternitatibus compatare dignum duximus. Cæterum qvia omnium pretiosissima res est liber-

libertas, ac agnoſcentes libertatem rebus quantumlibet pretioſiſſimis præualere, ideo uniuerſa, quæ fratribus uniuerſis religioſis ex monaſterio Beati Petri de *Neſtuid* a fratre noſtro felicis memoriæ rege *CANUTO* & ab aliis prædeceſſoribus in libertatem ſunt indulta, auctoritate noſtra, diuinæ remunerationis intuitu, ipſis eadem dignum habuimus erogare & ea ſigilli noſtri firmitate obnixius roborantes. Sunt igitur hæc prædictarum poſſeſſionum nomina ſcilicet *Neſtuid* tota villa ex utraqve parte amnis, *Grimſtrup*, *Latbytorp*, *Ladby*, *Foſſing*, *Holſted*, *Löbetorp* cum aliis locis eis appendentibus. Et quoniam eorum molendina ad ullum noſtrum quandoque abſque teloneo uti conſueuimus, ob hanc pravam conſuetudinem extirpandam, ne proceſſu temporis tantæ rei diſpendium eis ſuboriri valeat in poſterum, & nobis hoc in peccatum in præſentia judicis æterni debeat imputari, quam ob rem ſtatuentes regia auctoritate decernimus, ut utendi eorum molendino ſine juſto teloneo nullus neque noſtri juris neque alterius quilibet principum puerorum hanc habere præſumat libertatem. Inſuper appropriatum nobis debitum regale, quod uulgari nomine appellatur *Mitſumerstgiald*, in prædicta villa eorundem de *Neſtuid* totum in libertatem propriæ donationis contulimus; & ſuper hoc uniuerſas quoque eorum poſſeſſiones cum villicis & colonis relaxantes ab expeditione & *Studh* & *Querſeth* & ab aliis regalibus ſeruitiis, liberos eſſe volumus, & immunes perpetuo permanere. Ceterum huius donationis libertatem ſicut relegentes in priuilegiis prædeceſſorum noſtrorum quam inconcuſſam & plenario iure immunitatis habuerunt, ſic quoque eandem prærogatiuam libertatis quam longo tempore eis a nobis indultam diutiſſime poſſederunt. Sane ob quorundam exactorum noſtrorum prauitatem & nimis ſubtilem induſtriam, colonis eorum de *Neſtuid*, proceſſu nunc temporis, jugum aliud graue & valde inportabile invaluit, quod priorem libertatem oneris magnitudine denigrauit; & ſic nobis conſtitit, quod noſtræ libertatis donatio, quam a nobis conſecuti ſunt, attrita foret, in parte non modica & quaſſata, in uectigalibus perquirendis, & rebus noſtris de loco ad locum cum plauſtris eorum deducendis. Ex hoc quoque facto, quaſi de quodam onere graui ſeruitutis monachi ſæpius anguſtiati & nobis ſatis lacrymabiliter conqueſti relaxare huius afflictionis incommodum

intolerabilis misericorditer deprecantes. Quorum assiduæ supplicationi compatientes pietatis intuitu & gratia datæ immunitatis quodam & inter nos interuenienti pactione cuiusdam mansionis ab eisdem acceptæ *) *Vistorp* in *Flandria*, cuius obtentu ab omni exactione regalis seruitii eos absoluimus, & quicquid iuris Maiestati regiæ referre dinoscitur, in *Mitsumersgiald*, in *Stud*, in *Quærsith*, in expeditione, in vectigalibus, in plaustris, in causis omnium regalium actionum perpetualiter omni tempore vice nostra & post nos monachis prædicti loci, Deo præsente teste, plenius indulgemus. Quisquis uero huius donationis nostræ libertatem aliqua calumpnia attemptare præsumpserit & retractare in irritum quod a nobis factum est, æterni regis indignationem thesaurizet sibi in die iræ & in magno examinis die cum inique agentibus portionem recipiat & tabescat. Volentibus vero hanc nostræ constitutionis seruare libertatem, pax dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda & intelligentias eorum in pace, & donet eis vitam æternam Anno M.CC.IX. Indictione XII. IX Kalend. Octobris. VIII Anno regni mei. *Petro* Episcopo & Cancellario nostro Roskildensem regente Cathedram emanauit hoc priuilegium a Nobis *Worthingburg* in robur & monimentum monachorum Beati Petri, qui nobis regni coelestis januam cum sanctis omnibus aperire dignetur. Amen.

Petri, Episcopi *Roskildensis* litteræ protectoriæ datæ Monachis de *Esrom*.

Ex Cod. Diplom. Esrom. fol. XLIII. b. apogr. Chartac. vid. No. 70.

1211.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Ego *Petrus* Dei gratia *Roskildensis* Ecclesie Episcopus. Regis Danorum Cancellarius, omnibus Xti fidelibus tam posteros quam presentes. Ad hoc maiorum facta scripto mandantur. ne uel obliuione. uel hominum. impiorum siniſtris incursionibus infirmentur. qui solis calumpniis innituntur. Cum autem auctoritas instrumentorum & testium idoneorum annotatio rei geste seriem protestatur. malignantium presumptuosa temeritas deprehensa conquiescit. ne stultorum vota contra iustitiam ex-

*) *Ristorp* in *Falstria*.

expleantur. Nos igitur ſcientes multam hominum eſſe malitiam. ſimplicium & religioſorum talem volumus ineſſe cautelam. ut quidquit ad honorem Dei & religionis augmentum, per nos ſenſerimus effectui mancipari. omni precauentes vigilantia. ne qua poſſit illud prauorum aſtutia deprauari. Nouerint ergo tam poſteri quam preſentes quod venerabilis *Eſkillus* Abbas de *Eſrom* in tantum dilectionis noſtre gratiam eſt aſſecutus. quatinus diuine remunerationis intuitu. cenobio cui preeſſe dignoſcitur ita gratie noſtre fauor accederet. ut ſuper omnibus poſſeſſionibus & terminis ſuis. uel a conferentibus in elemoſinas. vel a venditoribus prefixis. auctoritatis noſtre priuilegio congauderet. Nos igitur predicti Abbatis iuſtis deſideriis iuſtum impertientes aſſenſum ob reuerentiam & honorem omnium conditoris Dei & ſalutem anime noſtre quod religioſorum expetebant vota, libenter annuimus. & eccleſiam eandem cum omnibus poſſeſſionibus ſuis. & terminis eiſdem prefixis, ſub noſtra protextione ſuſcepimus, & preſenti pagina nominis noſtri prefixo Karactere. communiri mandauimus. poſſeſſionum eiusdem Eccleſie ſubterannotatis nominibus. *Eſrom.* in quo ipſum cenobium eſt conſtitutum & locum in quo villa que quondam vocabatur *Tanga* erat. & *Daniſthorp.* cum pratis. ſiluis. piſcationibus & ceteris appenditiis ſuis. *Withlingruth.* ubi quondam fuerant villule. *Eſkilſholm. Langholm.* & terras quas dedit ventrandus Rex *WALDEMARUS Transgetewas. Haffreholm.* cum terra in qua quondam fuerat villa dicta *Aholm.* & terras. in quibus erant ville. *Roka.* & *Bouethorp. Bergiſholm* & *Horſeruth.* cum eorum appenditiis. *Tometorp.* cum ſuis appenditiis. ſiluis. & pratis. & aquis & omnibus appenditiis harum villarum. *Karlſthorp. Hiortsholm. Rothorp. Totehult. Retherſtorp. Stenhas. Flunnerthorp. Rörtange. Bouethorp, Arnbiorkiep* cum attinentiis ſuis. *Höcſaker. Sunde. Nuthorp. Dewerholt* cum ſiluis. pratis aquis & omnibus attinentiis ſuis. *Crakedal. Saxolſtorp. Thorthorp. Kidiſthorp. Sibbethorp. Slettehult. Stenhult* cum villis ſuis. *Mulneholt. Birſethorp* cum ſiluis. pratis. & aquis. Grangia, que dicuntur *Halos.* cum omnibus appenditiis ſuis. *Herlöff* ex donatione Domini *Ebbonis.* & partem in *Witeleff.* Grangia. *Methorp* in [illegible]*allamilla* cum ſiluis. pratis. aquis. & piſcationibus. & omnibus attinentiis in terra. & circa mare iuxta *Glumſtenwik*

ſtenwit & quicquid ibidem habituri ſunt iuſtis emptionibus & fidelium largitionibus. *Skielſholm. Helneſio. Welinp. Sineruth.* Tertiã partẽ decime totius parochie *Eſbiörnthorp*, quam nos eis perpetualiter dedimus. Si quis igitur ſciens hanc noſtre conſtitutionis paginam contraire temptauerit, ſi non proprie temeritatis audaciam corrigere condigna ſatisfactione voluerit. tranquillitatis & pacis religioſorum fratrum perturbator extiterit. excommunicationis vinculis innodatus ſancti Spiritus mucrone confoſſus intereat, atque cum iudicii dies aduenerit. extreme dampnationi ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ihueſu Xpi, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant. & apud diſtrictum iudicem premia pacis eterne inueniant Amen. Datum in *Gröneſund* anno verbi Incarnati M.CC.XI. Pontificatus noſtri anno viceſimo.

Ego Prepoſitus *Ako* ſſ.
Ego *Jordanus* ſſ.
Ego *Petrus* Prepoſitus ſſ.
Ego *Joſeph* Capellanus ſſ.

Andreæ Archiepiſcopi *Lundenſis* Litteræ protectoriæ Monachis de *Eſrom* datæ.

Ex Cod. Diplomat. Eſrom. fol. XLII. vid. Apogr. Chartac. No. 71.

1211.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego *Andreas* Dei gratia, ſancte *Lundenſis* Eccleſie Archiepiſcopus Swetieque primas. Omnibus Xpi fidelibus tam preſentibus quem futuris. Religioſam vitam agentibus epiſcopale conuenit adeſſe preſidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet. aut robur quod abſit ſancte religionis infringat. Ad hoc maiorum facta ſcripto mandantur. ne vel obliuione vel hominum ſiniſtris incurſionibus infirmentur. Cum autem auctoritas inſtrumentorum & teſtium ydoneorum annotatio rei geſte ſeriem proteſtatur malignantium preſumptuoſa temeritas deprehenſa confunditur. Nos igitur ſcientes [illegible]tam eſſe hominum malitiam, talem volumus operibus ſimplicium & religioſorum ineſſe cautelam.

telam. ut quod ad honorem Dei & religionis augmentum per nos senserimus effectui mancipari. omni precauentes vigilantia, ne qua possit illud prauorum astutia deprauari. Eapropter Dilecti in Domino filii. scientes. quod venerabilis Abbatis *Eskilli* ac religiosorum fratrum nostrorum iustis postulationibus clementer annuimus, & eorum nobis monasterium de *Esrom*, in quo diuino sunt mancipati obsequio. sub Beate *Marie*. Beatique *Laurentii* & nostra protectione suscepimus, & presentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Deum & beati *Benedicti* regulam in prefato monasterio. institutus esse dignoscitur. perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones. quecunque bona idem Monasterium iuste & canonice in presentiarum possidet. aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum vel Principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis. siue emptionibus prestante Domino poterit adipisci. firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est *Esrom*. Loca villarum, que quondam vocabantur *Tanga*. *Dauisthorp*. cum omnibus attinentiis suis. siluis. pratis. aquis. pascuis, piscationibus. & molendinis. *Withlingeruth*. *Hasraholm*. *Birgisholm*. *Sande*. *Toteholt*. *Tumethorp* *Arnbiornkiöp* cum omnibus pertinentiis suis. siluis. aquis pratis. piscationibus & villis. *Haholm*. *Roka*. *Bouethorp* *Eskilsholm*. *Langaholm*. & terra quam dedit venerandus Rex *WALDEMARUS*. *Transgetewas*. *Horseholm*. cum siluis. aquis & pratis. *Horseruth*. *Rörtange*. *Flunrethorp*. *Karlstorp*. *Hiorteholm*. *Gauethorp*. *Rethærstorp*. *Stenhas*. *Dowerholt*. *Höcksaker* cum siluis. aquis pratis. & pascuis. *Cracadal*. *Saxolstorp*. *Thorthethorp*. *Kidithorp*. *Sibbethorp*. *Stenholt*. *Birsethorp*. *Mulneholt* cum siluis. pratis. & pascuis Grangia. *Halös* cum omnibus attinentiis suis. *Herslöff* ex donatione Domini *Ebbonis*. Partem in *Withelöff*. In *Hallandia* *Mothorp* cum siluis. aquis. pratis. & pascuis. Et *Glumstenuit* cum omnibus pertinentiis suis. *Skiesholm*. *Heluesio*. *Welino*. *Sineruth*. Tertia pars totius decime *Esbernthorp*, Si quis igitur sciens hanc nostre constitutionis paginam contraire temptauerit. si non proprie temeritatis audaciam digna satisfactione correxerit. excommuni-

cationis uinculo innodatus. ſancti ſpiritus mucrone confoſſus intereat atque extreme dampnationis ultioni in perpetuum ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Iheſu Xti quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia pacis eterne percipiant. Amen. Datum in *Grōneſund.* Anno. Domini. M.CC.XI. Pontificatus noſtri anno. (deeſt)

FRIDERICI II. Romanorum Imperatoris Privilegium, qvo Regnō Daniæ addit omnes terminos ultra *Eldanam* & *Albiam* Romanō attinentes imperio & qvicqvid in Sclavia Rex *KANUTUS* tenuit Dat. apud *Mecios* 1214. confirmatum ab *ALBERTO I.* Rege Romanorum, Conſtantiæ.

Ex Apographo Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 72.

1214.

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus *Gerardus* Dei gratia Comes *Holtſatie* & *Scowenburgh*, *Henricus* Reualienſis & *Olaus* Roſkildenſis eadem gratia Epiſcopi, Salutem in Domino ſempiternam. Notum facimus univerſis nos litteras Magnifici principis Domini *ALBERTI*, Romanorum Regis ſemper Auguſti, non raſas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqva ſui parte ſuſpectas, ſub vero ſigillo ſuo vidiſſe & audiuiſſe, tenorem qui ſequitur de verbo ad verbum continentes.

„*ALBERTUS* Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, uniuerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, ceterisqve preſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Ex parte Magnifici & potentis principis, Domini *ERICI*, Danorum Sclauorumque Regis noſtri amici cariſſimi, a noſtra fuit requiſitum celſitudine & petitum ut priuilegium inclite recordationis *FRIDERICI* Regis Romanorum, noſtri predeceſſoris confirmare de benignitate Regia dignaremur. Eſt autem priuilegii tenor talis.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. Ego *FRIDERICUS* diuina fauente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie; Quoniam omnis gloria Maieſtatis Auguſte ad augendam uniuerſalis Eccleſie pacem modis omnibus elaborare tenetur:

Id-

Ideirco nobis diuina largiente elementia ad paternum atque Romanum Imperium aſcendentibus primum & potiſſimum conſilium fuit, cum vicinis pacem firmare Regibus, ut ſponſa Chriſti eccleſia, pro cuius defenſione gladio utimur ipſorum cooperatione, in diebus noſtris tranquilla ſemper pace letetur. Huius rei gratia cum dilecto nobis Domino *WALDEMARO*, Danorum Rege chriſtianiſſimo, perpetuas & inuiolabiles firmamus amicitias, eique, de conſilio & conſenſu principum Romani Imperii, pro pace ſui Regni cuſtodienda, & hoſtibus noſtri Imperii cohercendis. Omnes terminos ultra *Eidanam* & *Albiam*, Romano atinentes Imperio, quas Rex *KANUTUS*, multis prouocatus iniuriis, cum fratre ſuo iam dicto *W.* armis optinuit & poſſedit, & quicquid in *Sclauia* Rex *KANUTUS* comparatum paterno ſuoque labore tenuit, Regno ipſius addidimus, factumque preſentis priuilegii noſtri auctoritate & ſigillorum principalium impreſſione confirmauimus. Nullus ergo Succeſſorum noſtrorum vel principum Romani Imperii, ſuper predictis, eo quod aliquando Imperio ſubiecti fuerint, memoratum Dominum *W* Regem dilectiſſimum, armis vel querimoniis inquieret, quia non ſolum in iſtis, ſed etiam in omni cauſa & neceſſitate, contra omnem perſonam, ſalua ſedis Apoſtolice reuerentia, ſic ei ſemper adeſſe ſtatuimus, ſicut eam nobis & noſtris negotiis affuturum non dubitamus. Huius rei teſtes ſunt: *Sifridus Magunt:* Archiepiſcopus & ſedis Apoſtolice legatus, *Theod. Treuerenſis* Archiepiſcopus, *Amedeus Biſunt*: Archiepiſcopus, *Conradus Metenſis* & Spirenſis Epiſcopus, & Imperialis aulæ Cancellarius, *Otto Wirzburgenſis* Epiſcopus, *Othacarus* Rex *Bohemie*, *Lud.* Dux *Bauarie. Lupol.* Dux *Auſtrie*, *Theod.* Marchie Miſſinenſis & orientalis Marchio, *Theob.* Dux *Lotharingie. O.* Dux de *Meran*, *Albertus* de *Eberſtein*. Signum Domini *FRIDERICI* ſecundi Romanorum Regis Illuſtriſſimi & Regis Siciliæ Datum apud *Metios*, Anno Dominice Incarnationis M.CC XIIII. Indictione ſecunda, per manum Domini *Conradi* Metenſis & Spirenſis Epiſcopi, Imperialis aulæ Cancellarii.

Locus monogr.

Nos igitur memorati Regis Danorum, veluti eius, cum quo legem amicitie vere obſeruare, incommutabiliter annuentes, omnia in ipſius *FRIDERICI* contenta priuilegio *Lybekke*, ciuitate noſtra cum

uniuerſis ſuis appendiciis, iuribus & pertinentiis, retentis & ſaluis ſemper nobis & Imperio confirmamus, volentes ea, prout in originali apparent, inuiolabiliter obſeruari. In cuius noſtre confirmationis teſtimonium, has litteras exinde conſcribi, & Maieſtatis noſtre Sigillo iuſſimus communiri. Signum *Locus monogrammatis.* Domini *ALBERTI* Romanorum Regis Inuictiſſimi Dace Incarnationis Milleſimo trecenteſimo quartoX. Kalen. Junii. Indictione ſecunda, Regni vero noſtri anno ſexto.

In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum *Neſtwedis*. Anno Domini M CCC. quarto, feria ſexta infra octauam Natiuitatis *Marie* virginis glorioſe.

WALDEMARI II. Litteræ ſuper Inſula *Thund* ſcotata Eccleſiæ Cathedrali *Aruſienſi*, cum eadem emunitate, qvam habet in aliis ſuis poſſeſſionibus & iure *Wareci*, qvod in toto regno alias Rex ſibi reſervaverat pro molendino de *Walby* & poſſeſſionibus de *Nesby* atqve *Hithning*.

Ex Apographo Chartaceo No. 73.

1216. die 23 Novembris.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclavorumqve Rex, univerſis filiis ſancte Matris Eccleſie hec ſcripta cernentibus in perpetuum. Quoniam factorum memorie nouercetur vetuſtas temporis, cautum eſt, ut que geruntur in tempore, litterarum teſtimonio perhennentur. Inde eſt, quod tam preſentes quam poſteros nouiſſe volumus, quod in recompenſationem molendini de *Walby* & poſſeſſionum de *Nesby* & de *Hithning* nobis ſcotatarum, quas habuit *S.* bone memorie quondam *Aruſienſis* Epiſcopus, & ipſe ad uſum fabrice predicte eccleſie in ſinum Domini *Andree* Lundenſis Archiepiſcopi multis aſtantibus ſcotauit, pro cenſu quodam, quem de oblatione fidelium prouenientem & prefate fabrice deputatum ipſe in uſus ſuos expenderat. Nos inſulam; que dicitur *Thund*, predicte eccleſie ſcotauimus, cum eadem emunitate, quam habet in aliis bonis ſuis, ut nec Epiſcopo cedat nec Canonicis, ſed predicte fabrice uſibus in perpetuum ſub-

ſubminiſtret. *Wrec* quoque, quod ſpecialiter nobis in toto regno retinuimus, ſi quod illuc appulſum fuerit, eidem Eccleſie volumus ex gratia conceſſiſſe. Aſtiterunt huic commutationi *B.* regina. *Ebbo Aruſienſis* Epiſcopus, *Nicholaus* Comes Hallandie, *Palno Aruſienſis* eccleſie Archidyaconus, Præpoſitus *Iwarus*, *Toky*, Pincerna, *Apy Hiælm*, *Wogh* filius *Gunny*, *Aſcerus* filius *Olaui*, *Ketil* filius *Hunkis*, & alii quam plures, tam clerici quam laici in noſtra tunc curia conſtituti. Unde ne qua poſſit in poſterum ſuper premiſſis oriri calumpnia, preſentem paginam huius facti ſeriem continentem, in argumentum veritatis, dignum duximus, ſigilli noſtri munimine roborari. Actum publice in curia noſtra *Samſö*. Anno incarnationis Domini M.CC.XVI. in feſto ſancti *Clementis* regni noſtri anno quinto decimo.

HONORI III. Bulla confirmatoria omnium, quæ *Petrus* & *Skelmo* Epiſcopi, Capitulo *Aruſienſi* pia liberalitate conceſſerant.

Ex Apographo Chartac. No. 74.

1217. die 31 Januarii.

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Capitulo *Aruſienſi*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum & vota qvæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſeqvente complere. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, poſſeſſiones, qvas bonæ memoriæ *P.* & *S.* Epiſcopi veſtri de bonis paternis ad inſtituendas præbendas in eis, eccleſiæ veſtræ pro animarum ſuarum remedio contulerunt. Nec non tertiam partem Decimarum quarundam poſſeſſionum Epiſcopalium ad augmentum præbendarum veſtrarum conceſſo etiam vobis Giaf, cum omni iure, qvod ſuper villicis & colonis ipſorum habebant, ab eisdem Epiſcopis pia vobis liberalitate conceſſam, ſicut omnia prædicta iuſte & pacifice poſſidetis, & in eorum autenticis plenius dicitur contineri, vobis & per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo

omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere; vel ei auſu temerario contraire, ſi qvis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Lateranis* II KL. Februarii, Pontificatus noſtri anno primo.

HONORII III. Bulla, qva Canonicis Capituli *Aruſienſis* tertiam partem Oblationum, qvæ intuitu b. *Nicolai* Eccleſiæ Cathedrali offerantur, præter victualia delata, confirmat.

Ex Apographo Chartac. No. 75.

1217. die 31 Januarii.

HONORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Capitulo *Aruſienſi*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æqvitatis qvam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, tertiam partem oblationum, quæ intuitu Beati *Nicolai* cathedrali eccleſiæ offeruntur, præter victualia delata ibidem, qvæ omnia canonicorum ſunt uſibus deputata, ſicut ea iuſte ac pacifice poſſideris, vobis & per vos eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, & ei auſu temerario contraire. Siqvis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Lateranis II KL. Februarii, Pontificatus noſtri anno primo.

HONORII Papæ III. Bulla Protectoria data Monaſterio de *Eſrom.*
Ex Cod. Diplom. Efromens. fol. XXIV. b.

1223. die 23 Octobris.

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis. Abbati & Conuentui de *Eſrom* Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere aſſenſum. & vota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere Eapropter dilecti in dno filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras cum omnibus bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis. aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, Specialiter autem poſſeſſiones de *Husbii.* de *Hærluffe* & de *Wethleue.* ac alia bona veſtra. ſicut ea omnia iuſte canonice & pacifice poſſidetis vobis & per vos monaſterio veſtro Auctoritate Apoſtolica confirmamus. & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran.* X. Kal. Nouembris Pontificatus noſtri anno octauo.

HONORII III. Bulla protectoria Monachis de *Sora* ſuper poſſeſſionibus de *Brebihalleſe*, *Nubo*, *Suſethorp*, *Bruboug* & *Gislingi* data
Ex Tomo Bartholini VI. pag. 546. manu *Arnæ Magnæi.*

1223. die 27 Octobris.

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Abbati & conuentui de Sora-Ciſtertienſis Ordinis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacro ſancta Romana eccleſia deuotos & humiles filios ex aſſueto officio propenſius diligere conſueuit, & ne peruerſorum iniuriis agitentur eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine conſouere. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis precibus

inclinati perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſideris aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. ſpecialiter autem poſſeſſiones de *Brebihalleſe*, *Nubo*, *Suſethorp*, *Brunhoug* & *Gislingi*, ac alia bona veſtra ſicut ea omnia iuſte canonice ac pacifice poſſideris vobis & per vos monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Laterani* VI. Kal. Nouembris. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Nicolai Epiſcopi Roſkildenſis priuilegium Capitulo Roſkildenſi datum

Ex Apographo Chartac. manu *Arnæ Magnæi*, No. 76.

1225.

Omnibus in Chriſto fidelibus *N.* dei gratia Roſkildenſis Epiſcopus Salutem in domino. Ad inſtitutionem & petitionem Capituli Roſkildenſis animum inclinantes immo potius ad decorem ſponſæ Chriſti & noſtræ aſpirantes uniuerſis notum facimus, quod inviolabiliter a nobis & a ſucceſſoribus noſtris volumus obſervari in *Eccleſia ſanctæ Trinitatis* & ſancti *Lucii*: ut nec Decanus nec Præpoſitus nec Archidyaconus nec canonicus ſine libero conſenſu Capituli inſtituatur. volumus etiam qvod a nobis & a noſtris ſucceſſoribus prædictæ eccleſiæ prouideatur in indumentis campanis & libris & aliis neceſſariis. & qvod exemptæ ſint eccleſiæ Canonicorum a procuratione noſtra. Et qvod præpoſituræ redeant ad eccleſiam & ſint dignitates in Eccleſia. Volumus etiam quod a nobis & a ſucceſſoribus noſtris reuocentur bona eccleſiæ alienata, in quantum honeſte fieri poteſt. Et qvod Epiſcopus non poſſit punire aliqvem canonicum pro aliqvo exceſſu, niſi prius ad rationem poſitus coram decano & Capitulo ſuo noluerit ſatisfacere. Et qvod exactiones Epiſcopales & regales de villicis ſuis & colonis

colonis habeant fratres: nec ex illis contingat aliqva portio præpositum majorem nisi in qvantum canonicum. Et qvod de bonis fratrum ordinandis non se intromittat major Præpositus, nisi vocatus fuerit a procuratoribus suis in auxilium. Et qvod de omni violentia facta canonico vel familiæ canonici vel incuria Canonicorum, per censuram ecclesiasticam Capitulum debitam possit accipere actionem. qvod ut ratum & stabile permaneat sigilli nostri & præfati Capituli impressione facimus communiri. Datum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo. CC. vicesimo qvinto Episcopatus nostri Anno primo.

WALDEMARI II. Confirmatio terminorum, quos inter *Thyurlund, Colby* & *Gethathuet* XII. viri iuraverunt.

Ex Apographo Chartaceo Manu Arnæ Magnæi in Archivis Regiis.

1226.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex Omnibus tam præsentibus qvam futuris, hoc scriptum cernentibus salutem. Qvoniam seriem veritatis solet invidia vel ignorantia obfuscare notum facimus universis fidelium noterminum inter *Thyurlund* & *Colby* & *Gethathuet*, quem iuraverunt duodecim viri nominati, scilicet *Tuni* filius *Petri*, & frater eius *Nicolaus*, *Magnus* filius *Arketil* & *Petrus* de *Herslöff*, *Thorstanus Arkielson* & *Petrus Galmansson*, *Petrus Luceson* & *Tolff* frater eius, *Jon Kal* de *Hoyng* & *Frendi* de *Gesleff*, *Thorsten Biörnsson* & *Coleman*: ratum & firmum perpetualiter manfurum privilegii nostri munimine confirmasse.

HONORII III. Privilegia Fratribus Monasterii Beatæ *Mariæ*, Sanctorumqve Martirum *CANUTI* & *Albani* Othinienfium data.

Ex Tomo Bartholini VI. pag. 389. Apograph. Chartac. Vid. No. 77.

1226, die 14 Novembris.

HONORIUS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis priori monasterii beate *MARIE* Sanctorumque Martirum Sancti *CANUTI*

TI (&) Sancti *Albani*, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos à propositо reuocet, aut robur quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus & prefatum monasterium beate *Marie*, Sanctorumque Martirum *CANUTI* & *Albani* in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati *Petri* & nostra protectione & presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo Monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti Regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis in *Feonia* in *Lolandia*, in *Herre* in *Halse* in *Jutia* & in *Siland*, possessiones & terras & alias possessiones cum pratis vineis, terris, nemoribus usuagiis & pascuis, in bosco & plano in aquis & molendinis in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum que propriis manibus ac sumptibus colitis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos a seculo fugientes ad conuersionem recipere ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibentes insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro professionem fas sit sine Prioris sui licentia de eodem loco nisi acrioris *) legionis obtentu discedere. discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat recipere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decere decernimus ut eorum deuotioni & extreme voluntati qui se illic sepelire deliberauerint nisi forte excommunicati. vel interdicti sint nullus obsistat salua tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum cor-

*) Religionis.

corpora assumuntur. Decimas preterea & possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur redimendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad ecclesias, ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero demum eiusdem loci Priori vel **) piorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars maioris & sanioris consilii secundum Deum & beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestra paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem, fundere, hominem temere capere uel interficere, seu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis Apostolice Auctoritate & diocesani episcopi canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis Paginam sciens contra eam temere venire temptauerit secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a sanctissimo corpore ac sanguine dei & domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bone actionis percipiat & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniat Amen. Datum *Laterani* per manum Magistri *Sinibaldi* auditoris contradictarum Litterarum Domini Pape. XVIII Kalendas Decembris indictione I Incarnationis Dominice Anno M.CC.XXVI. Pontificatus vero Domini *HONORII* Pape. III. anno. XI.

**) Priorum.

WALDE.

WALDEMARI II. Privilegia data Civibus de *Brunsvig*, qvo ſub tutelam regiam ſuſcipiuntur, teloneo liberi declarantur, & res ſuas naufragio ereptas poſſidendi jure donantur.

Ex Apographo Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 78.

1228. die. 13. Septembris.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclavorumqve Rex omnibus, ad qvos præſens ſcriptum pervenerit in perpetuum. Cum dignum ſit, ut dilectioni Burgenſium de *Brunsvig* qvam nobis, in ſervando fidelitatem dilecto nepoti noſtro Domino. O. Duci de *Luneburg* exhibuerant reſpondeamus devotione qvantalibet: univerſis conſtare volumus qvod nos memoratos *Burgenſes* ubicunque eos infra Regni noſtri terminos negotiandi cauſa devenire contigerit ſub noſtra protectione ſuſceperimus, & eſſe voluerimus liberos a teloneo. Et ſi eosdem forte ſiniſtro caſu contingente naufragium pati contigerit, volumus & mandamus, ut qvacunqve ſalvare poſſint de naufragio, libere poſſideant, nec ullus officialium noſtrorum, ſive qvicunqve alius ipſis aut bonis ipſorum aliqvam iniuriam irrogare præſumat. Qvicunqve autem ipſis contra prohibitionem noſtram ausu temerario aliqvam iniuriam intulerit, noſtram profecto ſentiet ultionem. Et ne ſuper libertate conceſſa eis ulla ipſis in poſterum oriri poſſit calumpnia, præſentem paginam in teſtimonium ipſis ſigilli noſtri munimine relinquere dignum duximus conſignatam. Datum Anno Domini M.CC.XXVIII. Id. Septembr.

GREGORII IX. Privilegia data Monaſterio de *Sora*.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi. fol. XVII. b. ibi ex Autog. ſub plumbo.

1228. die 22 Februarii.

GREGORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Abbati de *Sora* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito remouet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & monaſterium Sancte dei genetri-

cis

cie & virginis Marie de Sora in quo eſtis diuino obſequio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. in primis ſiquidem ſtatuentes vt ordo monaſticus qui ſecundum deum & beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis prestante domino poterit adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis poſſeſſiones. prata. ſiluas. piſcarias & molendinum de *Liſieholm* cum omnibus pertinentiis ſuis. de *Crentetorp*. de *Solnyarghe* de *Walby* de *Vnbleſe* de *Athorp* de *As* de *Siarſtadha* de *Brasorthon* de *Muretorp* de *Brenkoret* de *Opneſchow* & de *Thwaere* poſſeſſiones cum omnibus pertinentiis earundem poſſeſſiones de *Giretorp* molendino & aliis pertinentiis ſuis. poſſeſſiones ſiluas prata de *Alexſtadhe* cum omnibus pertinentiis ſuis cum pratis vineis terris nemoribus vſuagiis & paſcuis in boſco & plano in aquis & molendinis in viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale etiam noualium que propriis ſumptibus aut manibus colitis ſiue de ortis virgultis & piſcationibus veſtris ſeu de animaliuum veſtrorum nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos a ſeculo fugientes ad conuerſiones recipere ac eos ſine contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere. diſcedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. quod ſi quis retinere forte preſumpſerit licitum ſit vobis in ipſos monacos vel conuerſos regularem ſententiam promulgare. illud diſtrictius inhibentes ne terras ſeu quodlibet benefitium eccleſie veſtre collatum liceat alicui perſonaliter dari ſiue aliomodo alienari absque conſenſu totius capituli vel ma-

yoris aut ſanioris partis ipſius. Sique vero donationes vel alienationes aliter quam dictum eſt facte fuerint eas irritas eſſe cenſemus. Ad hec etiam prohibemus ne aliquis monachus ſiue conuerſus ſub profeſſione veſtre domus aſtrictus absque conſenſu & licentia Abbatis & maioris partis capituli veſtri pro aliquo fideiubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat vltra pretium Capituli veſtri prouidentia conſtitutum niſi propter manifeſtam domus veſtre vtilitatem. quodſi facere forte preſumpſerit non teneatur conuentus pro hiis aliquatinus reſpondere. Licitum ſit preterea vobis in cauſis propriis ſiue ciuilem ſiue criminalem contineant queſtionem fratrum veſtrorum teſtimoniis vti ne pro defectu teſtium ius veſtrum in aliquo valeat deperire. inſuper auctoritate apoſtolica inhibemus ne vllus epiſcopus vel alia quelibet perſona ad ſynodos vel conuentus forenſes vos ire vel in iuditio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia vel poſſeſſionibus veſtris vos ſubiacere compellat. Nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi conuentus aliquos publicos conuocandi, venire preſumat. Nec regularem abbatis veſtri electionem impediat aut de inſtituendo vel remouendo eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatinus intromittat. Si vero Epiſcopus in cuius parrochia domus veſtra fundata eſt cum humilitate & deuotione qua conuenit requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere ac alia que ad officium ſuum pertinent exercere. ac vobis omnia ab alio epiſcopo recipere que a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adiitientes vt in recipiendis profeſſionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur ea ſint epiſcopi forma & expreſſione contenti que ab origine ordinis noſcitur inſtituta. vt ſcilicet Abbates ſaluo ordine ſuo profiteri debeant. Et contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus vero Altarium vel eccleſiarum ſiue pro oleo ſancto vel quolibet alio eccleſiaſtico ſacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quidquam audeat exorquere. Sed hec omnia gratis vobis epiſcopus dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antiſtitem. gratiam & communionem Apoſtolice ſedis habentem qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Quodſi Sedes dioceſani epiſcopi forte vacauerit interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis epiſcopis acci-

cipere libere ac absque contradictione possitis sic tamen vt ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiuditium generetur. Quia vero interdum propriorum Episcoporum copiam non habetis si quem Episcopum Romane sedis vt diximus gratiam & communionem habentem de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit ab eo benedictiones valorum & vestium consecrationes altarium & ordinationes monachorum auctoritate sedis Apostolice recipere valeatis porro si Episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis excommunicationis vel interdicti sententias promulgauerint. siue etiam in mercenarios vestros pro eo quod decimas sicut dictum est non persoluitis siue aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt. seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuuerint in illis diebus in quibus vos laboratis & alii feriantur sententiam eandem protulerint ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant quas tacito nomine Cistercienſis ordinis contra tenorem Apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit liceat vobis nichilominus excluſis excommunicatis & interdictis in vestro monasterio diuina officia celebrare. Pacique & tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate apostolica prohibemus vt intra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere ignem apponere sanguinem fundere hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris romanis Pontificibus Ordini vestro concessis necnon libertates & exemptiones secularium exemptionum a Regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. salua sedis Apostolice auctoritate. Siqua

igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit ſecundo tertioue commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui dignitate careat. reamque ſe diuino iuditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Xpi aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Xpi quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen Amen Amen.

Ego *Thomas* tit. Ste *Sabine* presbiter Cardinalis. S.
Ego *Johannes* tit. Ste *Praxedis* presbiter Cardinalis. S.
Ego *Bartholomeus* Ste *Pudentiane* Presbiter Cardinalis tituli Paſtoris S.
Ego *Pelagius* Albanenſis Epiſcopus. S.
Ego *Guido* Preneſtinus Epiſcopus S.
Ego *Johannes* Sabinenſis Epiſcopus. S.
Ego *Occo* Storum *Sergii* & *Bachi* Diaconus Cardinalis S.
Ego *Romanus* Sti *Angeli* Diaconus Cardinalis S.

Datum *Lateran.* per manum *Martini* Ste Romane Eccleſie Vicecancellarii Octauo Kalendas Martii Indictione I. Incarnationis dominice Anno Milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo Pontificatus vero Domini *GREGORII* Pape noni anno primo.

GREGORII IX. Priuilegia data Monaſterio de *Eſrom.*

Ex Codice Diplom. Eſrem. fol. XI.

1228. die 22 Febr.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis in domino filiis Abbati ſancte Marie de *Eſrom* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis. In perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium. ne forte cuiuslíber temeritatis incurſus. aut eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Eapropter

dilecti

dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus. & monasterium Ste Dei genetricis & virginis Marie de Esrom in quo diuino estis obsequio mancipati sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. & presentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes. vt ordo monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti Regulam atque institutionem Cistertiensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur preterea quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste & canonice possidet. aut in futurum concessione Pontificum. largitione Regum vel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis. parante domino poterit adipisci. firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. de *Nibo*. de *Notaboda* de *Jemnarof* & de *Herleua*. villas cum omnibus pertinentiis earundem. quas dictum monasterium antequam cistertiensium fratrum institura susciperet possidebat. De *Willingrod*. de *Holosa*. de *Bivgisholm*. de *Tothoholt*. de *Stenholt*. Grangias cum omnibus pertinentiis eaundem. de *Hauerholm*. de *Stande*. de *Lathebo*. de *Kirkholm*. de *Mothorp*. & de *Vfholt*. grangias cum omnibus pertinentiis earundem cum pratis. vineis. terris. nemoribus vsuagiis & pascuis in bosco & plano. in aquis & molendino. in vils in semitis & omnibus aliis libertatibus & *) communitatibus suis. Sane laborum vestrorum de possessionibus ante Concilium generale. ac etiam noualium. que propriis manibus aut sumptibus colitis siue de**) ortis virgultis & piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere & extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos & laicos libetos & absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione. nullus audeat retinere. Quodsi quis forte retinere pre-

 sump-

*) Immunitatibus.

**) hortis.

ſumpſerit. licitum ſit vobis in ipſos monachos vel conuerſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictiusinhibentes ne terras ſeu quodlibet beneficium eccleſie veſtre collatum liceat alicui perſonaliter dari ſiue alio modo alienari absque conſenſu totius Capituli uel maioris aut ſanioris partis ipſius. Si que vero donationes uel alienationes aliter quam dictum eſt facte fuerint eas irritas eſſe cenſemus. Adhec etiam prohibemus ne aliquis monachus ſiue conuerſus ſub profeſſione veſtre domus adſtrictus ſine conſenſu & licentia abbatis. & maioris partis Capituli ueſtri pro aliquo fideiubeat. vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat. vltra pretium capituli veſtri prudentia conſtitutum niſi propter manifeſtum domus veſtre utilitatem. Quod ſi facere forte preſumpſerit non teneatur conuentus pro hiis aliquatinus reſpondere. Licitum preterea ſit vobis in cauſſis propriis ſiue ciuilem ſiue criminalem contineat queſtionem fratrum veſtrorum teſtimoniis vti. ne pro defectu teſtium. ius veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper auctoritate apoſtolica inhibemus. ne vllus epiſcopus vel quelibet alia perſona ad ſinodos vel conuentus forenſes vos ire vel in iuditio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia uel poſſeſſioni veſtris ſubiacere compellat. nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi. cauſas tractandi. vel aliquos conuentus publicos conuocandi venire preſumat. Nec regularem electionem abbatis veſtri impediat. aut de inſtituendo vel remouendo eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſterciensis ordinis ſe aliquatinus intromittat. Si vero Epiſcopus in cuius parrochia domus veſtra fundata eſt cum humilitate ac deuotione qua conuenit requiſitus ſubſtitutum abbatem benedicere ac alia que ad officium Epiſcopale pertineat vobis conferre renuerit. licitum ſit eidem abbati ſi tamen ſacerdos fuerit proprios nouitios benedicere & alia que ad officium ſuum pertinent exercere. & vobis omnia ab alio epiſcopo percipere que a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adicientes vt in recipiendis profeſſionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur ea ſint epiſcopi forma & expreſſione contenti que ab origine ordinis noſcitur inſtituta. Vt ſcilicet Abbates ipſi ſaluo ordine ſuo profiteri debeant & contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. pro conſecrationibus vero altarium vel eccleſiarum ſiue pro oleo ſancto vel quolibet alio eccleſiaſtico ſacramento nullus a vobis

ſub

ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere. ſed hec omnia gratis vobis epiſcopus dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antiſtitem gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentem. qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes dioceſani. Epiſcopi forte vacauerit interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis epiſcopis accipere libere ac absque contradictione poſſitis ſic tamen vt ex hoc in poſterum propriis epiſcopis nullum preiuditium generetur. Quia vero interdum propriorum epiſcoporum copiam non habetis ſi quem epiſcopum Romane ſedis vt diximus gratiam & communionem habentem. & de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit ab eo benedictiones vaſorum. & veſtium. conſecrationes altarium. ordinationes monachorum auctoritate Apoſtolice ſedis recipere valeatis: porro ſi epiſcopi vel alii eccleſiarum rectores in monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgauerint. ſiue etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas ſicut dictum eſt non perſoluitis ſiue aliqua occaſione eorum que ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt. ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex caritate preſtiterint uel ad laborandum adiuuerint in illis diebus in quibus vos laboratis & alii ferianter. ſententiam protulerint ipſam tanquam contra ſedis Apoſtolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere vlle firmitatem habeant quas tacito nomine Ciſtertienſis ordinis & contra tenorem apoſtolicorum priuilegiorum conſtiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit liceat vobis nicholominus in monaſterio veſtro excluſis excommunicatis & interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus vt infra clauſuras locorum ſeu furtum facere. ignem apponere. ſanguinem fundere. hominem temere capere. vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas. necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti priuilegio

uilegio communimus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat pefatum Monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre. vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura ſalua ſedis Apoſtolice auctoritate. Siqua igitur inſuturum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit. ſecundo tertioue commonita niſi reatum ſuum condigna ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui dignitate careat. reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Xpi aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Xpi. quatinus & hic fructum bone actionis percipiant. & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego *Gregorius* Catholice Eccleſie Epiſcopus.
Ego *Pelagius* Albanenſis eccleſie Epiſcopus,
Ego *Guido* Preneſtenſis Eccleſie Epiſcopus.
Ego *Thomas* Tit. ſancte *Sabine* Presbiter Cardinalis.
Ego *Johannes* Tit. ſancte *Praxedis* Presbiter Cardinalis.
Ego *Bertholdus* Ste *Pudentiane* Presbit. Card Tit. Paſtorum.
Ego *Otto* Storum *Sergii* & *Bachi* Cardin. Diacon.
Ego *Romanus* Sti *Angeli* Diaconus Cardinalis.

Datum *Lateranis* per manum *Martini* Ste Romane eccleſie Vicecancellarii VIII Kal. Martii. Indictione I. Incarnationis Dominice Anno M.CC.XXVII, Pontificatus vero Dni *GREGORII.* Pape. VIIII. anno primo.

Nicolai filii *Nicolai* Vicecomitis Scotatio villarum *Huſeby*, & *Sketerud* fratribus in *Eſrom*, pro XX marchis auri.

Priuilegium domini *Nicolai Niclaſſon* ſuper bonis *Huſeby* & *Scheteruth*. Ex Cod. Diplom. Eſromenſi fol. CXXIX.

circa 1230.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ego *Nicholaus* filius Domini *Nicholai* vicecomitis. Omnibus Xpi. fidelibus hec ſcripta cernentibus, tam poſteris quam preſentibus. Ad hoc maiorum facta ſcripto mandantur, ne uel obliuione uel hominum prauorum dolo infirmentur, qui ſolis calumpniarum ambagibus innituntur. Cum autem inſtrumentorum auctoritas, & teſtium idoneorum adnotatio rei geſte ſeriem proteſtatur, preſumptuoſa malignantium deprehenſa temeritas confunditur, ne malorum vota contra iuſtitiam compleantur. Scientes igitur multam hominum pravorum eſſe malitiam, talem huic noſtro operi ineſſe volumus cautelam, ut quod in honorem Dei & ad remedium anime mee, Spiritu ſancto inſpirante, effectui mancipari volumus, omni precauentes circumſpectionis vigilantia, ne qua in perpetuum illud poſſit deprauari, prauorum aſtutia. Nouerint qui propter tam poſteri quam preſentes, quod ego *Nicolaus* inſpirationis diuine gratia preuentus, & domini mei Regis conſilio & licentia roboratus, nec non & matris mee aliorumque propinquorum meorum inſtinctu animatus, iter peregrinationis propter delenda commiſſa arripere diſpoſui. Ad huius itaque itineris ſuſtentationem, in expenſarum copia, propter varias rerum neceſſitates minus ſufficientem me eſſe conſiderans, nec tamen quenquam amicorum in ratione mutuandi propter hoc grauare volens, ſed ut magis acceptus Deo ſit laboris mei profectus, ſi de proprio potius quam de alieno proficeretur, Dilectam pre omnibus michi paternam hereditatem ab auis & proauis nobis derelictam, dilectis fratribus meis in *Eſrom* Deo famulantibus vendendo contradidi pretio XXti marcharum auri, coram Domino Rege, permittente pariter & preſente dilecta matre mea, plurimisque aliis nobilibus & baronibus terre preſentibus. Et ut cunctis liquido manifeſtum fiat, nomen profeſſionis huius eſt *Huſeby*, cum omnibus attinentiis ſuis, ſiluis, pratis, piſcationibus, pa-

ſcuis. molendinis. domibus. ceterisque mobilibus & immobilibus. *Skethorut* cum omnibus pertinentiis ſuis. filuis. agris. pratis. paſcuis. piſcationibus. colonis & redditibus. Si vero vita comite in pace reuerſus fuero. quecunque predictis fratribus quasi vendendo contradidi. illibata michi mea permaneant. ita tamen ut prius perſoluam quicquid mutuo acceperim in argento & in equis. & interim predictas poſſideant poſſeſſiones ſine omni contradictione. & prouentus omnes ſine mutuari computatione percipiant. Sin autem viam vniuerſe carnis ingreſſus interim fuero, predictas poſſeſſiones perpetuo poſſideant iure hereditario. & ſub interminatione excommunicationis & anathematis interdicimus. ut nulli liceat in perpetuum predictas poſſeſſiones a clauſtro alienare vel vendere. aut in alias commutare. De cetero ut notum fiat. ſcire volentibus de conuentionis noſtre diſpoſitione. qualiter emptionis huius pretium perſolutum ſit vel perſoluendum ſubiectis breuiter animum accommodet. Inprimis perſoluerunt michi IX marchas auri in equis & argento.* Reliquas tres dedi eis pro ſolutione capitalis partis mee. Quartam inſuper addidi eis in ornamentorum preparatione altaris Sancte *Nicolai* Patroni mei. Item alias IIIIor marchas auri perſoluent ſponſe mee dilecte ita dumtaxat. cum certum mortis mee intellexerint nuntium. Quod ſi interim obierit. hec dona heredes ipſius ſponſe mee in argento percipient. Inſuper contuli de his pro redemptione anime mee duas marchas. ſingulis clauſtris & eccleſiis. quas ipſi perſoluent. Hoc eſt *Eplaholt* I. *Slangethorp* I. Monialibus *Roſkildis* I. *Ringſtadis* I. *Neſtwet* I. *Sorø* I. *Handvortſcoht*. I. Hoſpitali. *Roſkildis*. I. Eccleſiis. *Ramlös*. I. *Aunes*. I. *Skeping*. I. *Cracſtorp*. I. *Jarlös*. I. *Horsleuff*. I. *Aketborp*. I. Eccleſie S. *Clementis*. I. in *Slaglös*. Unam qve ſuper eſt ut eis diſpoſui. diſtribuant ſacerdotibus & pauperibus primo & XXX die obitus mei. cum nuntium audierint. & in anniverſario. Sed de domibus & rebus omnibus mobilibus. hoc eſt in veſtibus & pecudibus ita diſpoſui. vt ex his fiat altare in *Eſrom* in honore ſanctorum. videlicet. *Jacobi* Apoſtoli. *Nicolai* Epiſopi. *Olaui* Regis. ſanctarum virginum *Gertrudis* & *Julianæ*. Inſuper annuatim fiat pitantia conuentui in pane triticeo & medo-

medone, ut melius fieri poteſt. Quod ſi Deo protegente reuerſus fuero, hec omnia per me ipſum fideliter complebo.

WALDEMARI Junioris confirmatio ſuper *Huſeby* & *Skethetuth* fratribus de *Eſrom* a *Nicolao Greueſun* venditis.

Ex Codice Diplomat. Eſromens. fol. CXXXI. b. apograph. vid. No. 70.

circa 1230.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis. Ego *WALDEMARUS* Junior Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus tam poſteris quam preſentibus in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus. Regale conuenit adeſſe preſidium propter multiplices prauorum incurſus. ne forte cuiuslibet temeritatis acerbitas aut eos a ſancto propoſito reuocet. aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Quotiens itaque a nobis petitur quod ſacre religioni & honeſtati conuenire dinoſcitur. Nos animo libenti decet annuere & poſtulantium votis congruum regie Maieſtatis impertiri ſuffragium. Diuine namque miſericordie gratiam fragilitati noſtre in hoc reconciliare cupientes vt religioſos quosque ne iniuriis aliquibus infeſtentur regie poteſtatis reſpectu a prauorum incurſibus defenſatos & inconturbatos in perpetuum eſſe cupimus. Ea propter notum facimus vniverſis hec ſcripta cernentibus. qualiter poſſeſſio *Huſeby* & *Schetheruth* cum omnibus attinentiis ſuis deueneriſ in manus fratrum de *Eſrom*. *Nicolaus* ſiquidem cognomine *Greueſun*. pro vite eterne remuneratione. iter peregrinationis Jeroſolimitane aggreſſurus. predictarum poſſeſſionum partem fratribus de *Eſrom* ob remedium anime ſue donando contulit. quatuor. ſcilicet. marchas auri. partem aliquam poſſeſſionum. iuſto emptionis pretio videlicet ſedecim marcas auri. coram patre noſtro *WALDEMARO* aliisque quam plurimis terre nobilibus in *Worthingburgh*. vendendo contradidit. Et vt emptionis huius celebratio. predictis fratribus firma & in perpetuum illibata permaneat. pagine preſentis exaratione. & figilli noſtri impreſſione confirmamus. & contra omnes contradicentium cauillationes roboramus. Teſtes huius confirmationis *Kanutus* Dux filius Regis *Waldemari*. *Jacobus* filius *Sunonis*. *Benedictus* filius *Johannis*. *Eſchillus Snubbe*.

WALDEMARI II. Confirmatio super *Huseby* & *Sketheruth* Fratribus de *Esrom* a *Nicolao Grevesun* venditis.

Ex Cod. Diplom. Esromensi. fol. CXXX. b. apograph. vid. No. 80.

circa 1230.

Ego *WALDEMARUS* Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus Xpi fidelibus tam posteris quam presentibus in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus, regale conuenit adesse presidium propter multiplices prauorum incursus: ne forte cuiuslibet temeritatis acerbitas, aut eos a sancto proposito reuocet, aut robur quod absit sacre religionis infringat. Quotiens itaque a nobis illud petitur quod sacre religioni & honestati conuenire dinoscitur nos animo libenti decet annuere & postulantium votis. congruum regie Maiestatis impertiri suffragium. Diuine namque misericordie gratiam, fragilitati nostre in hoc reconciliare cupientes. vt religiosos quosque, ne iniuriis aliquibus molestentur. Regie potestatis respectu. a prauorum incursibus defensatos & inconturbatos in perpetuum esse cupimus. Ea propter notum facimus vniuersis. hec scripta cernentibus qualiter possessio. *Husebui* & *Sketheruth*. cum omnibus attinentiis suis deuenerit in manus fratrum de *Esrom*. *Nicolaus* siquidem cognomento *Greuesun*. pro vite eterne remuneratione. iter peregrinationis Jerosolomitane aggressurus, predictarum possessionum partem fratribus de *Esrom* ob remedium anime sue donando contulit. Quatuor scilicet marchas auri partem reliquam possessionem. iusto emptionis pretio. videlicet. sedecim marcis auri. coram nobis aliisque quam plurimis nobilibus in *Worthingborg*. vendendo contradidit. & vt emptionis huius celebratio predictis fratribus firma & in perpetuum illibata permaneat. pagine presentis exaratione. & sigilli nostri impressione confirmamus. & contra omnes contradicentium cauillationes roboramus.

WALDEMARI II. Litteræ quibus *Nicolao* Epiſcopi Roſkildenſi Inſulam Saltholm donat.

Ex Orig. membr. Archivj Regii. Apographum vid. No. 81.

1230. d. 1. Auguſti.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus hoc ſcriptum cernentibus. in perpetuum. Actus temporis rei geſte cito labitur memoria niſi inſtrumento vive vel mortue vocis fuerit munita. tam preſentibus quam futuris duximus declarandum nos Domino *Nicolao* Epiſcopo Roſkildenſi & ſucceſſoribus ſuis quandam inſulam que *Saltholm* appellatur dediſſe in peepetuum poſſidendam. Cuius rei factum ne cadat a memoria futurorum ſigilli noſtri patrocinio perhennamus. Datum *Wordingburgh.* Anno Dni MCCXXX. Kal. Auguſti.

WALDEMARI II. Libertas Monachis de *Sora* ab expeditionis gravamine, *Stud* & ab omni jure regio in bonis iisdem collatis per *Esbernum Nicolai*, conceſſa pro poſſeſſionibus dicti Clauſtri in *Suerthingbe* & centum marchis argenti puri.

Ex. Cod. Diplom. Sorenſ. fol. XXVII.

1234. die 24 Junii.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus hoc ſcriptum cernentibus in perpetuum notum ſit omnibus preſentibus & futuris quod Clauſtro de *Sora* omnes poſſeſſiones ſuas quas iuſto titulo poſſidet tam illas quas ab *Esberno* filio *Nicolai* quam illas quas priuſ dinoſcitur habuiſſe ab expediſionis grauamine & exactione & ſeu *Stud* & ab omni ſeruitio iuri regio debito tam a nobis quam noſtris ſucceſſoribns liberas dimiſimus & immunes in perpetuum. Fratres vero predicti monaſterii propter hanc libertatis gratiam ſcotauerunt nobis quicquid habuerunt in *Suerthinghe* cum omnibus attinentiis ſuis & centum marchas argenti puri ponderis maioris. & ne eidem clauſtro in poſterum ſuper huius libertatis beneſitio vlla poſſit fieri calumpnia aut preiuditium irrogari eidem cauendum duximus

preſentium litterarum teſtimonio, quas ei contulimus & quas appenſione ſigilli noſtri fecimus confirmari. Datum apud *Moſuetſund* anno ab incarnatione domini Milleſimo ducenteſimo triceſimo quarto nono Kalendas Junii.

GREGORII IX. Bulla ad Epiſcopum Ripenſem, Priorem Sti *Nicolai* & Archidiaconum ibidem, ut remota appellatione, eos qvi in fratres de *Sora* iniuſtas ſententias per provinciam Lundenſem tulerint, ad ſatisfaciendum cogant.

Ex Codice Diplomat. Soreni. fol. XXXIII. b. ibi ex antiqvo libro.

1234. die 26 Septembris.

GREGORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Epiſcopo & dilectis filiis Priori ſancti *Nicolai* & Archidiacono *Ripenſi* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad ſimilitudinem dei conditus & quaſi quodam potentie ſimulachrum homo factus ac mentis ratione recepta tam excellentis pulchritudine ymaginis decoratus antequam plene ſua incrementa videret. elatione cordis intumuit & quod de infimis formatus fuerat eſt oblitus vnde mira conditoris eſt actum iuſtitia vt qui per ſenſum quem rationabilem acceperat ſuperbiuit rurſum terra per mortem fieret. quam ſe eſſe humiliter non agnouit. & qui peccando dei ſimilitudinem voluntarius perdidit rediret ad limi ſui materiam vel inuitus nec prima preuaricatione contenta poſteritas legis naturalis auctoritatem quam dominus humanis mentibus quaſi ab ipſo mundi primordio indidit & digito ſue inſpirationis impreſſit ne faciamus alii quod fieri nobis odimus ſed ſic alios foueamus in ſua iuſtitia ſicut defendi iura noſtra cupimus & transgreſſa nam filii mundi huius quos prudentiores filiis lucis in generatione ſua veritas proteſtatur reiecta diſciplina iuſticie & obſeruatione fidei relicta ſibi inuicem moliuntur inſidias dampna inferunt iniurias irrogant mouent lites ad arma proſiliunt committunt prelia ſceleri ius indulgent priuilegium dant errori venantur ſe inuicem ad mortem & ſe ipſos adeo perſequendo dilaniant vt etiam in ſuo ſanguine cruententur nec ſufficere ſibi credunt non attendentes quoniam qui talia agunt digni ſunt morte

quod

quod immaniter ſeuiunt in ſe ipſos ſed & etiam ad deſiderabilia eccleſie fratres videlicet ciſtertienſis ordinis qui remoti a ſecularibus turbis in quadam mentis ſolitudine conuerſantes vt ebullientes ad infima curas cordis per ſuperni gratiam reſtringant amoris quoddam intra ſe cum domino ſibi ſecretum querunt vbi cum illo exteriore ceſſante ſtrepitu quaſi quodam familiari colloquio per interna deſideria delectentur extendunt nequiter manus ſuas quorum peruerſitas vix eos habere patitur vnde viuant quin peregrinationis ſue viaticum uel concutiant per calumpniam vel excutiant per rapinam de quo & ſi magnis dolorum vrgeantur aculeis illud tamen intolerabilius nos inurit quod hii qui debuerant perſecutorum ipſorum flammas extinguere non ſolum defenſionis manum ignibus non apponunt verum & etiam quodammodo ignes ignibus accendentes eos importabiliter perſecuntur ſicut ad nos dilectorum filiorum Abbatis Ciſtertii & Coabbatum ipſius Ciſtertienſis ordinis querela grauis & ſtupenda peruenit cum auctoritate apoſtolica ſit ſtatutum & expreſſe nichilominus interdictum vt nulli omnino liceat in eosdem abbates & eorum monaſteria ſeu fratres inibi conſtitutos contra id quod ab origine ordinis noſcitur inſtitutum nec non in vicinos vel mercenarios pro eo quod eos ad laborandum adiuuant in illis diebus in quibus ipſis laborantibus alii feriantur vel aliqua occaſione eorum que a benignitate apoſtolica eis indulta ſunt ſeu benefactores ſuos pro eo quod aliqua ipſius beneficia vel obſequia obſequioſe ſtudio caritatis impendunt aut in aliquem de ipſorum familia quamdiu in eorum fuerit famulatu pro eo quod decimas iuxta quod eorum ordini indultum eſt non perſoluunt vel aliquod aliud ipſis ab apoſtolica ſede conceſſum interdicti vel excommunicationis ſententiam promulgare quidam Archiepiſcopi & alii eccleſiarum prelati ac eorum officiales in premiſſas perſonas & alias que ipſis vel emendo ſeu uendendo aut molendo in molendinis vel in furnis eorum coquendo aliterque communicant interdicti vel ſuſpenſionis & excommunicationis ferre ſententias contra indulta ſedis apoſtolice auctoritate propria ne dicamus potius temeritate preſumunt vt ſic ſeuientes in iſtos illos ſine culpa culpabiliter puniant innocentes efficientes per hoc deterioris conditionis eos quam perfidi ſint iudei quos culpa propria perpetue ſeruituti ſubiectos ex ſola miſericordia pietas chriſtiana receptat dum eis ſubtrahunt commu-

munionem fidelium qui ab ipſorum iudeorum participio non arcentur. cum igitur nobis principaliter iniuriati probentur qui priuilegia ſedis apoſtolice uel irreuerenter impugnant vel ſuperficialiter eorum verba tenentes contra ipſorum geſtiunt voluntatem & priuilegiatos priuilegiorum commodis priuare conantur nolentes tam abuſiuas enormitates ſeu tam enormes abuſus non absque iniuria ſedis apoſtolice excogitatos equanimiter tolerare diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus inquiſita ſuper premiſſis diligentius veritate ſententias ſiquas in Lundenſi prouincia inueneritis ſic proferri ſine difficultate qualibet penitus relaxantes illos quos eas tuliſſe conſtiterit ad ſatisfaciendum eisdem Abbatibus & hiis in quos late fuerint de dampnis & expenſis que occaſione huiusmodi ſubierint monitione premiſſa diſtrictione qua conuenit appellatione remota cogatis proceſſum veſtrum nobis fideliter reſcriptum vt alias excedentes ſic pena caſtiget quod exceſſus vlterius non procedat non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Quod ſi non omnes hiis exſequendis potueritis intereſſe tu frater epiſcope cum eorum altero ea nichilominus exſequaris. Datum *Perufii* ſexto Kalendas Nouembris Pontificatus noſtri anno octauo.

GREGORII IX. Bulla qua grauamina Ordini Ciſtertienſi imponi præter fas coepta, variosque contra Ordinis inſtituta abuſus interdicit.

Ex autographo membran. Faſcic. XIX. No. 3.

1234. die 23 Octobris.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis. Abbati Ciſtertii & vniuerſis Coabbatibus eius Ciſtertienſis ordinis. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Quoniam — — — malorum — — — iniquitas habundauit, ut quorundam iuccenſa uelut ignis impietas contra eccleſias & perſonas eccleſiaſticas tanto ualidius inflammetur, quanto rariores qui eas tueantur contra prauorum incurſus inuenit obiectores. Nos quibus ipſorum cura & ſollicitudo incumbit ibi fortius inſurgere cogimur ubi perſecutorum immanitas periculoſius exardeſcit. Sicut enim nobis ex parte ueſtra grauis eſt

oblata

oblata querela non nulli principes ac nobiles occasione iuris patronatus aduocatie seu custodie, qua in manasteriis grangiis cellariis uel domibus uestris se habere proponunt ac interdum . . . . . libito uoluntatis & quidam ecclesiarum prelati a quibus deberetis non grauamen sed solamen potius expectare bladum uinum, euectiones alia & res alias pro edificatione ac munitione castrorum & uillarum nec non pro tyrociniis, torneamentis expeditionibus & aliis usibus eorundem a uobis exigunt & extorquent alias uos talijs & exactionibus indebitis multipliciter aggrauando. Preterea quidam ex ipsis & alii carnes comedere in uestris domibus ac mulieres etiam easdem domos ingredi contra instituta uestri ordinis non uerentur, propter quod & quies monastici ordinis perturbatur, & graue commissis uobis monasterijs imminet detrimentum. Quare nobis humiliter supplicastis ut super hijs paterna prouidere sollicitudine dignaremur. Nos igitur & uestre prouidere saluti & molestantium malitijs obuiare uolentes auctoritate presentium districtius inhibentes ne quis a uobis premissa exigere uel extorquere aut in uestris domibus . . . . . seu mulier aliqua eas intrare presumat contra ipsius ordinis instituta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere uel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Perusii*. X Kalendas Nouembris Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Bulla plumbea corda sericea rubri flaviqve coloris appendet.

GREGORII IX. Mandatum ad Archiepiscopum Lundensem & suffraganeos, ut invasores bonorum monasterii de Sora, laicos excommunicent Clericos vero ab officio suspendant, neutram relaxaturi sententiam, donec læsis plenarie satisfactum fuerit.

Ex Cod. Diplomat. Sorensi fol. XXII, a. ibi ex autogr. sub plumbo.

1234. die 25. Octobris.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus *) Archiepiscopis *Lunden.* & suffraganeis eius & dilectis filiis abbatibus prioribus decanis archidiaconis & aliis ecclesiarum prelatis in eorum diocesibus constitutis salutem & apostolicam benedictionem.

*) Archiepiscopo *legend.* Non

Non absque dolore cordis & plurima turbatione didicimus quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissoluitur & canonice sententie ieueritas eneruatur vt viri religiosi & hii maxime qui per sedis apostolice priuilegia maiori sunt donati libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustineant & rapinas dum vix inuenitur qui congrua illis protectione subueniat & pro fouenda pauperum innocentia se murum exponat Specialiter autem dilecti filii Abbas & fratres monasterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis Roſkildenſis dioceſis tam de frequentibus iniuriis quam de ipſo cotidiano defectu iuſtitie conquerentes vniuersitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari vt ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere quod ab angustiis quas sustinent & pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque vniuersitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus illos qui possessiones vel res seu domos dictorum fratrum irreuerenter inuaserint aut ea iniuste detinuerint que predictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur seu in ipsos fratres vel ipsorum aliquem contra sedis Apostolice indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare vel decimas laborum de terris habitis ante concilium generale ante quod fuscepcrunt eiusdem ordinis instituta. quas propriis manibus aut sumptibus excolunt seu nutrimentis animaliuꝫ ipsorum spretis apostolice sedis priuilegiis extorquere monitione premissa si laici fuerint publice candelis accensis singuli vestrum in diocesibus & ecclesiis vestris excommunicationis sententia percellatis. Si vero Clerici vel Canonici regulares seu monachi fuerint eos appellatione remota ab officio & beneficio suspendatis neutram relaxaturi sententiam donec predictis fratribus plenarie satisfaciant & tam laici quam Clerici seculares qui pro violenta manuum iniectione in eosdem fratres vel ipsorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani Episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolui. Datum *Perusii* Octauo Kalendas Nouembris Pontificatus nostri Anno Octauo.

GREGORII IX. Priuilegium datum monachis de *Sora* ne ultra duas dietas a monaſterio proprio ſuper iſtius bonis intra easdem ſitis, per litteras apoſtolicas trahi poſſint in cauſam.

Ex Codice Diplom. Sor. fol. XXII. b. ibi ex Autographo ſub plumbo.

1234. die 25 Octobris.

GREGORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati & fratribus de *Sora* Ciſtertienſis ordinis Roſkildenſis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Si adhuc Amalech perſequitur Iſrahelem dum cupidi & auari viros religioſos deum videre per contemplationis otium cupientes non ſolum aperta ſemita verum etiam ſubdola calliditate multipliciter inquietant. Nos qui veri Moyſi vices licet immeriti gerimus debemus illorum refragari conatibus & verſutiis obuiare ne virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum relinquere videamur. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis quod nonnulli clerici & laici non tam iuſtitiam ſuam proſequi quam vos perſequi dampnabiliter intendentes vos vltra duas pluresue dietas a monaſterio veſtro per litteras apoſtolicas fecerunt malitioſe citari vel fatigaris laboribus & expenſis vel cedere litibus vel dampnoſas ſubire compellamini pactiones. Vt igitur ſapientia vincat ſua ſuauitate malitiam cum experimento ſciamus quam ſit amarum ſancte contemplationi vacantibus diſtrahi litibus odioſis volentes igitur quantum cum deo poſſumus veſtre quieti conſulere ne de cetero vltra duas dietas a monaſterio proprio ſuper bonis que infra ipſas habetis per litteras Apoſtolicas trahi poſſitis in cauſam auctoritate vobis preſentium indulgemus niſi littere ipſe de hac indulgentia fecerint mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Perugii* Octauo Kalendas Nouembris Pontificatus noſtri Anno octauo.

GREGORII IX. Privilegium ut fratres de *Sora* hominibus ad eiusdem monasterii servitium commorantibus, qvi non possunt de facili suorum habere copiam sacerdotum, sacramenta valeant exhibere.

Ex Codice Diplomat. Sorens. fol. XXIII. b.

1234. die 27 Octobris.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Abbati & conuentui monasterii de *Sora* Cistertiensis Ordinis Roskildensis dioecesis salutem & apostolicam benedictionem. Animarum salutem desiderio feruenti querentes vobis auctoritate presentium indulgemus vt hominum ad vestrum seruitium commorantium qui non possunt de facili suorum habere copiam sacerdotum liceat sacerdotibus de conuentu uestro quos tu fili Abbas ad hoc duxeris deputandos confessiones audire penitentiam salutarem eis iniungere & sacramenta ecclesiastica exhibere sine iuris preiuditio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumserit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Perusii* sexto Kalendas Nouembris Pontificatus nostri anno octauo.

GREGORII IX. Bulla mandatoria ad Archiepiscopum Lundensem & suffraganeos, aliasqve ecclesiasticas personas, ut inuasores malefactoresqve monasterii *Esromensis*, laicos excommunicationis clericos vero suspensionis ab officio sententia percellant, neutram relaxaturi, donec dicti monasterii fratribus plenarie satisfactum fuerit.

Ex Codice Diplomat. Esromensi. fol. XVI. b.

1234. die 27 Novembris.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum dei Uenerabilibus fratribus Archiepiscopo *Lundensi* & suffraganeis suis & dilectis filiis Abbatibus. Prioribus. Decanis. Archidiaconis. Prepositis Archipresbiteris & aliis ecclesiarum prelatis per Lundensem prouinciam constitutis. Salutem & apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis & plurima turbatione didicimus quod ita inplerisque partibus ecclesiasti-

ca

ea cenſura diſſoluitur & canonice ſententie ſeueritas eneruatur vt viri religioſi & hii maxime qui per ſedis Apoſtolice priuilegia maiori dotati ſunt libertati paſſim a malefactoribus ſuis iniurias ſuſtineant & rapinas. dum vix inuenitur qui congrua illis protectione ſubueniat & pro fouenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Abbas & fratres de *Eſrom* ciſtercienſis ordinis *Roſkildenſis* dioceſis tam de frequentibus iniuriis quam de ipſo cotidiano defectu iuſtitie conquerentes. Vniuerſitatem veſtram litteris petierunt apoſtolicis excitari. vt ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum prompta debeatur magnanimitate conſurgere vt ab anguſtiis quas ſuſtinent & preſſuris poſſint preſidio reſpirare. Ideoque vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus atque precipimus quatinus illos qui poſſeſſiones vel res ſeu domos predictorum fratrum irreuerenter inuaſerint aut ea iniuſte detinuerint que predictis fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur. ſeu in ipſos fratres vel eorum aliquem contra apoſtolice ſedis indulta ſententiam excommunicationis aut interdicti preſumſerint promulgare vel decimas laborum de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale. ante quod ſuſceperunt. ciusdem ordinis inſtituta. quas propriis manibus aut ſumptibus excolunt ſeu nutrimentis animalium ipſorum ſpretis apoſtolice ſedis priuilegiis extorquere monitione premiſſa ſi laici fuerint publice candelis accenſis ſinguli veſtrum in dioceſibus & eccleſiis ſuis excommunicationis ſententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares ſeu monachi fuerint eos appellatione remota ab officio & beneficio ſuſpendatis. neutram relaxaturi ſententiam donec predictis fratribus plenarie ſatisfaciant & tam laici quam clerici ſeculares qui pro violenta iniectione manuum in dictos fratres vel eorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati cum dioceſani Epiſcopi litteris ad ſedem apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolui. Datum *Perugii*. VI. Kal. Nouembris. Pontificatus noſtri. Anno Octauo.

GREGORII IX. Privilegium, ut fratres, qvos pro cauſis monaſterii *Sorenſis* cum litteris munitis ſigillo Abbatis eiusdem deſtinari contigerit, exceptione, qvod ſigillum archetypon non habeant, haud valente, admittantur.

Ex Codice Diplomat. Sorenſ. fol. XXIII. ibi ex autographo ſub plumbo.

1234. die 9 Decembris.

GREGORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati & conuentui monaſterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis Roſkildenſis diocesis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Adhuc Iſmael perſequitur Yſaac dum nonnulli ſeculi huius filii qui prudentiores in generatione ſua filiis lucis exiſtunt viros ſpirituales maxime ſeruos dei multipliciter affligere non verentur vobis ſiquidem ſignificantibus intelleximus quod cum ab inſtitutione ciſtertienſis ordinis fuerit ordinatum vt in ſingulis eiusdem ordinis domibus vnum duntaxat haberetur ſub nomine Abbatis ſigillum quo Abbas & conuentus in monaſterii ſui negotiis communiter vterentur plerumque contingit vt cum fratres monaſterii dicti ordinis ab Abbate & conuentu ipſius cum litteris munitis ſigillo Abbatis, eiusdem pro cauſis & aliis negotiis deſtinantur pars aduerſa & eius aduocati malitioſe obiciunt litterarum ipſarum cautionem non ſufficere pro conuentu. Sicque per ſue calliditatis aſtutiam dictis fratribus non admiſſis iuris ſui proſecutio impeditur. eapropter veſtris deuotis precibus inclinati auctoritate vobis preſentium indulgemus vt fratres qvos ſub cautione talium litterarum a vobis contigerit deſtinari premiſſis obiectionibus non obſtantibus in cauſis & aliis negotiis monaſterii veſtri ſecundum ſtatutum predictum & morem ſolitum admittantur. nulli ergo omnino hominum liceat hanc *) noſtre conceſſionis infringere vel auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Peruſii* quinto idus Decembris Pontificatus noſtri anno octauo.

*) paginam *ſubintell.*

WALDEMARI II. Confirmatio privilegiorum fratribus de *Esrom* a *WALDEMARO I.* & *CANUTO VI.* conceſſorum, immunitatem a ſervitiis, exactionibus & omni jure Regio iis adſerens.

Ex Cod. Diplom. Eſrom. fol. XLVI.

1237. die 14 Martii.

In nomine ſancte & individue trinitatis. Ego *WALDEMARUS* ſecundus Dei gratia *Danorum Sclauorumque* Rex vniuerſis fidelibus preſentem paginam inſpecturis. ſalutem & gratiam. Quoniam vniuerſa ſub ſole tranſeunt. & cuncta noſcuntur vanitati notabili ſubjacere. ipſe continuus vite pariter & rerum decurſus ammonet. vt res ac dignitates tranſitorias in perpetue ſtabilitatis & honoris meritum expendere ſatagamus. Proinde conceſſam nobis dignitatis excellentiam ad eternam gloriam volentes exercere. cum ſubditos noſtros omnes & ſingulos prout iuſtitia permittit clementia ac lenitate cupiamus pacifice gubernare. precipue tamen religioſorum affectamus paci conſulere. vt eo competentius diuinis vacare valeant ſeruitiis. quo ab exteriori tumultu qui pro poſſeſſionibus ſuis. eis accedere poterit. fuerint ſequeſtrati. Volentes igitur pium affectum, quem venerabilis memorie *WALDEMARUS* pater noſter & *KANUTUS* frater noſter. Religioſis de *Esrom* ſuper emunitate poſſeſſionum ſuarum dignati ſunt exhibere. noſtre largitatis beneuolentia confirmare. preſentium tenore tam poſteris quam preſentibus declaramus. quod vniuerſas poſſeſſiones religioſorum predicti loci ab vniuerſis ſeruitiis & exactionibus que regie iurisdictioni quo ad expeditiones & ſimilia competunt. plene abſoluimus & emancipamus. Et vt hanc emunitatis & libertatis gratiam. quam eis concedimus. nullus in perpetuum audeat irritare nec ei aliquatenus auſu temerario quisquam preſumat contraire. preſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus irrefragabiliter roborandam. Datum *Roſkildis* anno gratie. M.CC.XXXVII. menſe Martio, pridie idus menſis eiusdem.

ERICI

ERICI Regis privilegia data fratribus monaſterii de *Neſtweth*.

Ex Apographo Chartaceo No. 82. deſumto ex Autographo Herlufsholmenſi.

1239. die 28 April.

E. dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus preſens ſcriptum cernentibus in perpetuum. Conſiderantes attentius iuxta euangelice aſſertionis ueritatem nichil homini prodeſſe ſi mundum univerſum lucretur anime vero ſue. detrimentum patiatur. Propterea ſumme neceſſarium fore arbitramur pro rebus momentaneis & caducis diuina nobis in celeſtibus comparare. Nos igitur uniuerſa que fratribus religioſis monaſterii beati *Petri* de *Neſtweth* a predeceſſoribus noſtris & patre noſtro eisdem fratribus in libertatem ſunt indulta diuine remunerationis intuitu noſtra auctoritate ipſis eadem omnia dignum duximus erogare ea ſigilli noſtri firmitate obnoxius roborantes. Sunt itaque hec nomina *Neſtweth* tota villa ex utraque parte amnis *Grimstorp*, *Halſtath*, *Opæthorp*, *Athorp*, *Gapnö*, *Foxungi* cum aliis omnibus que nunc fratres predicti monaſterii in preſentiarum dinoſcuntur poſſidere. Adhec non ſolum forum in villa *Neſtweth* ſed & cuncta iura forenſia atque ciuilia tam trium marcarum quam quadraginta marcarum forisfacturam & appropriatum nobis debitum Regale quod uulgari nomine appellatur *Mithſumersgiald* in predicta villa *Neſtweth* totum in libertatem proprie donationis contulimus. Inſuper vniuerſas eorum poſſeſſiones cum villicis & colonis relaxantes ab expeditione, *Stuth*, *Quærſæthe*, vectigalibus, plauſtris a cauſis omnium regalium actionum & ab omnibus aliis regalibus ſeruitiis perpetualiter omni tempore vite noſtre & noſtrorum ſucceſſorum liberos eſſe volumus & immunes perpetuo permanere. Quicunque igitur huius donationis noſtre libertatem aliqua calumpnia attemptare preſumpſerit & retractare in irritum quod a nobis factum eſt eterni Regis indignationem theſaurizet ſibi in die ire & in magno examinis die cum iniqua gerentibus portionem recipiat & tabeſcat Datum Orthingiburch. Anno domini M.CC.XXXIX. Quarto Kalend. Maii Anno Regni noſtri ſeptimo.

WAL-

WALDEMARI II. Litteræ, qvibus fratribus *de Eſtom*, *Bretbas* & *Arlögsbornerath* vendit juſto pretio.

Ex Cod. Diplom. Eſtonenſi fo'. CLXXV. b.

1239. die 25 Maii.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus preſens ſcriptum cernentibus in domino ſalutem. Nouerint uniuerſi tam preſentes quam futuri quod nos fratribus de *Eſtom*, *Bretbas* & *Arlögsbörneruth* vendidimus iuſto emptionis pretio. Et vt iſta rata habeantur & inperpetuum firma, ne qua dictis fratribus a ſucceſſoribus noſtris in poſterum poſſit ſuboriri calumpnia, preſentem paginam ſigilli noſtri & filiorum noſtrorum fecimus munimine roborari. Acta ſunt hec apud *Worthingborgh*. Anno Domini M.CC. XXXIX. VIII. Kalendas Junii.

ERICI Regis Datatio Eccleſiæ Reualienſis.

Ex Apographo Chartac. No. 83.

1239. die 13 Septembris.

ERICUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Quoniam ea que geruntur in tempore ne labantur cum tempore conſueuit ſcripture patrocinio roborari uniuerſos ſcire volumus quod cum *felicis recordationis* Rex Danorum *WOLDEMARUS* Pater noſter terram Eſtonie de infidelitatis deuio, abiectis idolis deo auxiliante ad cultum conuerterit nominis Chriſtiani & per ipſius gratiam adeo populus fidelium iam creuiſſet ut proprio Epiſcopo indigeret nos ne noua plantatio ex defectu paſtoris in priſtinum relaberetur errorem in dominum *Torkillum* tunc ſacerdotem Ripenſis dioceſis conſenſimus & preſentauimus cuius preſentationem admiſit Venerabilis Pater Lundenſis Archiepiſcopus *Uffo* ac electionem ipſius factam canonice confirmauit ac eidem munus conſecrationis impendens Epiſcopum ipſum prefecit eccleſie memorate. Unde cum in conſecratione ipſius promiſimus prouidere eccleſie Reualienſi de dote quod promiſimus fauore benigno

proſequentes iam dicto Epiſcopo recipienti nomine eccleſie octoginta uncos apud Reualiam dotis nomine aſſignauimus in villis ſcilicet *Obwaldt Ruchs Sunitkeutel* quondam *Roberto* de *Sluter* attinentes & in *Keckere* & *Paſack* & *Karies* & in *Wamall* quondam *Littardo* attinentes perpetuo iure libere poſſidendos. Inſuper autem concedimus ipſi Epiſcopo quadraginta uncos in *Wironia* in villa que dicitur *Solgale* donec *Wironenſi* eccleſie prouiſum fuerit in prelato. cum autem ibidem fuerit Epiſcopus ordinatus volumus ut memoratus Epiſcopus Reualienſis predictos quadraginta uncos in *Wironia Wironenſi* Epiſcopo ſine contradictione dimittat. Actum *Wartingborch* anno Domini MCCXXIX. III Idus Septembris.

ERICI Regis Confirmatio LXXX uncorum, quos Rex *WALDEMARUS*, *Thorkillo* Epiſcopo *Reualienſi* in *Eſtonia* aſſignaverat.

Ex Apographo Chartac. No. 84.

1239. die 11 Octobris.

ERICUS Dei gratia Danorum Slauorumque Rex omnibus preſens ſcriptum cernentibus ſalutem in domino. Quoniam venerabili patri domino *Torkillo* quem Epiſcopum *Reualie* Pater noſter pie memorie Rex *Waldemarus* fecit conſecrari de iure tenemur neceſſariis prouidere. conſtare volumus vniuerſis quod ad ſuſtentationem octoginta uncos in *Eſtonia* quadraginta infra miliare a caſtro *Revalie* pro pecoribus alendis quadraginta in locis ſibi competentibus in *Wironia* quos ſibi & eccleſie ſue ratione dotis contulit ei confirmamus iure perpetuo libere poſſidendos. Mandantes domino *Stigoto Agiſon* prefecto noſtro *Reualie* quatenus dicto domino Epiſcopo numerum uncorum prenxatum absque mora & contradictione qualibet ſtudeat aſſignare. Datum *Roſkildis* anno domini M.CC.XXXIX. menſe octobris undecimo Kalendarum eiusdem.

WALDEMARI II. mandatum ut *Eſtonienſes* Epiſcopo *Reualienſi* decimas decimarum ſolvant.

Ex Apogr. chart. No. 85.

1240. die 19 Auguſti.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus *Eſtonienſem* (&) *Wironienſem* terram inhabitantibus ſalutem & gratiam. Mandamus uniuerſis & ſingulis militibus caſtrenſibus vaſallis & feudatariis ſiue terram noſtram que libera dicitur ſiue quamcunque aliam terram iure feudali uel quecunque alio titulo detineant ut ex illis decimas decimarum perſoluere Epiſcopo *Reualienſi* non omittant. Quia licet alicui terram uel uncos iure feudali conceſſiſſe dinoſcimus ſemper tamen ſolutionem decime decimarum excepimus & excipimus. Prohibentes diſtrictius ne aliquis preſumat predictam ſolutionem quaſi nomine noſtro & auctoritate retinere & ſine diminutione de ſingulis ſoluere ſicut eſt predictum ſeu prefectus noſter ſit ſeu alius quocunque nomine cenſeatur qui terras colit vel decimas a ſuis ſubditis recipit. Si verò ſubditi decimas a ſuis dominis redimant & ex illo quod pro decima datur decimam partem erit epiſcopus accepturus. Et ſicut Eſtones dominis ſuis reditus ſuos afferunt, ſic aduocati & alii infeudati domino Epiſcopo que ipſum de decimis contingunt ferre in domum ſuam non omittant. Datum *Wartinchborg* Anno Domini MCC.XL. decimo nono Kalend. Auguſti.

WALDEMARI II Litteræ, qvibus *Thorkillo* Eccleſiæ *Reualienſis* Epiſcopo XL uncos in *Wironia* concedit, donec *Wirenſi* eccleſiæ proviſum fuerit in Prælato, poſſidendos, & ſibi ſuisqve ſucceſſoribus jus eligendi, & præſentandi electum eccleſiæ *Reualienſis* perpetuo reſeruat.

Ex Apogr. Chart. No. 86.

1240. die 15 Septembris.

WALDEMARUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex preſentes litteras inſpecturis ſalutem & dilectionem. Cautela prouidendum aduerſus obliuionis inſidias de ſcripture prouidentis ſuffragio pro eo quod non nunquam antiquitate fit temporis ut què preſentibus recta & clara fuerant poſteris dubia & obſcura reddantur. Quare pre-

ſenti pagine duximus inſerendum quod cum nos terram *Eſtonie* de infidelitatis deuio abiectis idolis cum dei auxilio ad cultum conuertimus nominis Iheſu Chriſti ac per eius gratiam quam ad ſe uenientibus dat . . adeo populus fidelium iam creuiſſet ut proprio epiſcopo indigeret nos ne noua plantatio ex defectu paſtoris in priſtinum relaberetur errorem dominum *Torkillum* eccleſie Reualienſi preficiendum elegimus & electum preſentauimus venerabili patri Lundenſi Archiepiſcopo terre metropolitano predicte qui pro ut ad eius ſpectabat officium electionem confirmationem preſentationem admiſit ac eidem electo munus conſecrationis impendens ipſum prefecit Epiſcopum Eccleſie antedicte. unde cum in conſecratione predicta promiſimus Reualienſi Eccleſie prouidere de dote. nos quod promiſimus fauore benigno proſequentes eam dicto Epiſcopo recipienti nomine eccleſie octoginta uncos in Reualia dotis nomine aſſignauimus perpetuo ab eadem eccleſia libere poſſidendos. Inſuper autem concedimus eidem Epiſcopo quadraginta uncos in *Wironia* donec *Wironenſi* eccleſie prouiſum fuerit in prelato. Cum autem ibi fuerit Epiſcopus ordinatus volumus ut memoratus Epiſcopus *Reualienſis* predictos quadraginta uncos *Wironenſi* Epiſcopo ſine contradictione dimittat. Ad hec cum tam ratione fundationis quam ratione dotis conſtet nos veros eſſe patronos ius eligendi ac preſentandi electum nobis noſtrisque ſucceſſoribus perpetuo in poſterum reſeruamus. Quod ſi forte proceſſu temporis matrix eccleſia capitulum ſiue conuentum habuerit ad nos tantum. non ad ipſos pertineant electio & repreſentatio. In quibus ſi ſe ipſe aut Epiſcopus loci duxerint nobis opponendos decernimus ut ad nos vel ſucceſſores noſtros recta via dos redeat memorata. Datum anno Dni MCCXL. Kalend. Octobr. XVII.

OTTONIS

OTTONIS Ducis de *Brunswik* litteræ, qveis domui beati *Johannis* Baptiſtæ in *Andvordſchov* villam *Ramſöö* cum Stagno eiusdem nominis & duobus molendinis, cenſum VII orarum in *Bothorp* & unius marchæ in *Gamelruth*, uniusqve oræ in *Salohön* pro CCCXX marchis argenti puri vendit.

Ex Apographo Chartaceo No. 87.

1241. die 22 Junii.

OTTO de gratia Dux de *Brunswik* omnibus hoc ſcriptum cernentibus inperpetuum. Prudenter & provide ſtatuebat antiquitas, ut que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, litterarum teſtimonio roborentur. conſtari igitur preſentibus nec futuros ignorare volumus quod nos cum licentia & voluntate illuſtris Regis Danorum *ERICI* necnon ſerenorum fratrum ſuorum Domini *Abel* & domicelli *Kriſtophori* villam noſtram *Ramsöö* cum agris pratis paſcuis ſiluis piſcationibus, videlicet Stagno noſtro *Ramsöö* in quo nullus nobiscum unquam partem habuit & duobus molendinis in cenſu. VII. horarum in *Bothorp* & cenſum unius marce in *Gamelrut* ſimiliter cum pratis paſcuis ſilvis ac pertinentiis univerſis, necnon cum cenſu unius hore in *Salohön*. etiam cum omni iure noſtro vendidimus atqve ſcotavimus in preſentia dicti domini *ERICI* Regis domui beati *Johannis* Baptiſte in *Antvordſkov* ac fratribus hoſpitalis Jeroſolimitani eiusdem loci pro CCCtis & XXti marcis puri & examinati argenti ſecundum pondus Sialandenſe libera omni utilitate perpetuo poſſidenda. Sane hoc factum noſtrum ut a nullo poſteriorum noſtrorum, infringi valeat vel mutari, preſentem paginam *) in conſcriptam ſigillo noſtro necnon ſupradicti Domini Regis *ERICI* & fratrum ſuorum ſcilicet domini Ducis *Abel* ac domicelli *Kriſtophori* ſigillis fecimus roborari, hiis preſentibus domino *Ricardo* de *Paraclito* Abbate, Magiſtro *Andrea* Canonico Roſkildenſi & Ripenſi. Domino *Jacobo Sunonis* filio. Domino *Wagen* filio *Gunni*. Domino *Andrea Groſun*. Domino *Magno* filio *Huguthi*. Domino *Gorm Vilmarſun*. *Criſtierno* civi Roſkildenſi *Bartholomeo* Anglico civi Roſkildenſi, & multis aliis viris honeſtis clericis & laicis. Actum Roſkildis Anno Dominice incarnationis milleſimo. CC.XLI. decimo Kalendas Julii.

*) inde.

ERICI Regis litteræ, queis omnes terras Canonicorum eccleſiæ *Roſkildenſis* & ipſorum colonos omnes & *Garthſætæ* ab expeditione, & *Stuth*, & omni iure regio liberos eſſe concedit & exemptos, in perpetuum.

Ex Autographo membr. Faſcic. XIX. No. 5.

1241. die 2 Julii.

ERICUS dei gracia danorum ſclauorumque Rex omnibus preſens ſcriptum cernentibus imperpetuum. Ut diuine maieſtati in omnibus honor debituſ deferatur. ac per hoc idem in rebus tranſitoriis & caduciſ anime noſtre poſt huius carniſ terminum ſanitati conſulatur. Nos tam ex proprie uolumtatiſ conſulta deliberatione quam interceſſione dilecti noſtri, Magiſtri *Bo* prepoſiti *roſkildenſis* omnes terras canonicorum eccleſie *Roſkildenſis* tam communes ſcilicet communi ipſorum menſe attinentes quam ſpeciales & proprias ſingulorum uidelicet prebendis aſſignatas & ipſorum colonos omnes & *Garthſætæ*. dictas terras pro tempore excolentes & inhabitantes. ab expeditione & *ſtuth*. & omni iure regio quibus hactenus nobis uel anteceſſoribus noſtris fuerant obligati, liberos eſſe concedimus & exemptos in perpetuum. prohibentes diſtrictius ſub obtentu gratie noſtre. ne quis exactorum noſtrorum memoratos canonicos uel ipſorum colonos ſuper hac noſtra donatione deinceps preſumat aliquatenus moleſtare. Ceterum uolumus ad ſingulorum noticiam peruenire. eoſdem canonicos nobis bona fide ſingulos promiſiſſe. quod obtentu huius donationiſ tam tempore uite noſtre quam poſt dies noſtros miſſam unam prodefunctis ad unum altare ſpeciale ſuis laboribus & expenſis cum debita reuerentia facerent celebrari. ſicut in eorum litteriſ ſuper eodem negotio confectis. apparet euidenter. Vt autem predicta noſtra donatio firma & inconcuſſa in poſterum ab omnibus habeatur noſtro ſigiilo preſens inſtrumentum fecimus roborari. Actum *Roſkildis*. Anno dominice incarnationis MCCXLI menſe Julio. ſexto nonas eiusdem. preſentibus *Wagn. Gunniſun. Magno Wæthſun. Haquino Palnæſun. Andrea Groſun* & aliis multis.

Sigillum cere viridis faſcia ſericea rubra appendet. vid. Tab. 1. No. 4.

ERICI

ERICI Regis compoſitio cum *Torkillo* Epiſcopo *Reualienſi*, qua huic conceditur jus de viginti uncis duo talenta ſingulis annis recipiendi donec Rex in *Eſtoniam* venerit.

Ex Apographo Chartac. vid. No. 89.

1242. die 20 Junii.

ERICUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex omnibus hoc ſcriptum cernentibus in domino ſalutem. uniuerſitati veſtre tenore preſentium conſtare volumus euidenter quod nos cum conſenſu hominum noſtrorum in partibus *Eſtonie* commorantium cum venerabili domino *Torkillo* Epiſcopo Reualienſi talem fecimus compoſitionem quod idem Epiſcopus ſingulis annis donec ad *Eſtoniam* per dei graciam venerimus percipere debeat ſine exceptione qualibet de viginti uncis duo talenta ponderata unum de ſiligine & alterum de ordeo & tam de omnibus liberis bonis quam de ceteris in partibus *Eſtonie* infeudatis. Et ſicut *Eſtones* ferunt decimas ad mandatum dominorum ſuorum ſic pars Epiſcopi ei in *Reualia* deferatur. Memoratus autem Epiſcopus huic compoſitioni conſentiens promiſit tam in procurationibus quam in aliis cauſis ſpiritualibus usque ad aduentum noſtrum nihil amplius petere debeat vel facere erga ſuos ſubditos quam iuxta morem & conſuetudinem quam habet dominus *Hermannus* Epiſcopus *Tapatenſis*. Quia huic compoſitioni non interfuerunt quidam a nobis infeudati precipimus tamen illis quam omnibus aliis infeudatis. quatenus compoſitionem hanc ratam habeant & inuiolabiliter obſeruent. Actum *Nackſckoych* Anno Domini MCCXXXXII. Kalend. Jul. XII.

ERICI Regis litteræ, qveis, præter confirmationem privilegiorum fratribus monaſterii Sti *KANUTI* Otthonienſis a ſuis prædeceſſoribus datorum, eorum molendina ab omni impetitione libera eſſe concedit.

Ex Tom. Bartholin. VI. p. 416. Apograph. vid. No. 89.

1242. die 11 Novembris.

In nomine ſancte & individue trinitatis. Ego *ERICUS* Dei gracia Danorum Sclavorumqve Rex tam preſentibus qvam futuris in perpetuum.

petuum. Qvoniam dies mali ſunt fallaces & inſtabiles, omnibusqve aguntur & conſtituuntur abundans cautela dinoſcitur adhibenda qva falſitatis eliminetur nebula & rerum geſtarum veritas liqvidius elucescat. ſcire igitur vos per preſentes volumus qvod nos patris noſtri & progenitorum noſtrorum piis veſtigiis incedere conantes & ab eorum caritatis operibus qvantum deus permiſerit nullatenus declinantes dilectis in chriſto eccleſie beati *KANUTI* Otthonienſis ſervitoribus libertates & immunitates qvas ab anteceſſoribus noſtris optinuerunt inviolabiliter impertimur inſuper de munificentia regia eisdem fratribus molendina eorum ab omni impetitione libera iudicamus & appropriamus, propterea utrumqve molendinum amnem inter utrumqve aggerem ipſis liberum dimittimus & liberum aqvarum decurſum ita videlicet ut nullus preſumat ſine ipſis ibidem piſcari, piſcariam facere, poſtes figere aut aliqvid obſtaculum facere. Ne igitur in poſterum hanc noſtram conſtitutionem aliqvis audeat infringere aut aliqvo modo perturbare. predictis fratribus preſentem paginam contulimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum *Othenſe*, Anno domini M.CC XLII. III Idus Novembris.

Abelis Ducis Jutiæ confirmatio privilegiorum, qvæ maiores ſui fratribus monaſterii Sti *CANUTI* Otthonienſis dederant.

Ex Apographo Chartac. No. 90.

circa 1242.

Abel dei gratia Dux Jutie univerſis preſens ſcriptum cernentibus ſalutem & gratiam. Scire volumus univerſos quod religioſos eccleſie beati *KANUTI Otthonienſis* ſervitores qvedam prerogativa caritatis & benevolentie amplectentes libertatem qvam a patre noſtro & anteceſſoribus noſtris optinuerunt, qvorum beneficiis & elemoſinis monaſterium hoc recognoſcitur inſtitutum. nullatenus decernimus minuendam ſed ſecundum tenorem tam patris noſtri qvam anteceſſorum noſtrorum ſigilli & litterarum apicibus conſignatum inviolabiliter conſervandam ita videlicet ut poſſeſſiones & colonos ipſorum ab omni ſervitio iuri noſtro debito liberi permaneant & immunes. Super hoc nulli

nulli exactorum noſtrorum, ſed monachis tantum modo reddendos. Nec ergo alicui exactorum noſtrorum huic liceat contradicere, vel noſtre conſtitutioni in aliqvo contraire eam litterarum & ſigilli noſtri teſtimonio dignam duximus confirmare.

Petri Præpoſiti *Roſkildenſis* teſtimonium ſuper ſcotatis ab *Symone* de *Höm* Clauſtro b. *Claræ Roſkildenſis* terris in *Bregnethwet* & *Proghönſtrop*.

Ex Autogr. Membr. Faſcic. 51. Num. 1.

1243. die 4 Julii.

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus, *P.* prepoſitus *Roſkildenſis*. Salutem in perpetuum. *Symon* de *Höm* in noſtra preſentia conſtitutus. Anno domini M.CC.XL.III. quarto nonas Julij ſcorauit clauſtro beate *Clare* uirginis *Roſkildenſis* III. horas terre in cenſu videlicet in *Bregnethwet* & *Proghönſtorp* recepta & numerata tota pecunia pro dicta terra. quam idem habere debeat exceptiſ XII. marciſ denariorum qui ſolui debent. ante feſtum bti *Nicolai* proximo uenturum. Actum eodem die. multiſ venerabilibus uiriſ preſentibus videlicet. fratre *Aſtrado. Stigoto. Thuryſun. Johanne Petri* filio. Canonicis *Roſkildenſibus* & aliis multis clericis & laicis. & ut preſens ſcriptum robur optineat firmitatis & in poſterum omnis materia iurgiorum penitus excludatur. preſentem litteram. ſigillo noſtro duximus roborandam.

Sigillum qvod loco membranæ exciſo appenderat deeſt.

INNOCENTII IV. Bulla prohibitoria, ne qvis de bonis monaſterii *Sorenſis* ſive ante concilium generale, ſive poſt id acqviſitis, decimas exigere audeat.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſ. fol. XXIIX. b. ibi ex autogr. ſub plumbo.

1244. die 18 Februarii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Abbati & conuentui monaſterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis *Roſkildenſis* dio-

dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Significaſtis nobis quod cum vobis a ſede apoſtolica ſit indultum vt de terris virgultis pratis paſcuis nemoribus ſalinis molendinis piſcationibus ante & poſt concilium acquiſitis ac de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat iniuncto nichilominus ab eadem ſede venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopis & epiſcopis & aliis eccleſiarum prelatis per Regnum *Dacie* conſtitutis vt vos & alios veſtri ordinis regni eiusdem immunes a preſtationibus decimarum huiusmodi conſeruarent. Nonnulli tamen eccleſiarum prelati & clerici *Lundenſis* prouintie dicentes huiusmodi indulgentiam ad queſita poſt conceſſionem ipſius aliquatenus non extendi vos ſuper hoc multiplici moleſtatione fatigant. Nos igitur credentes prefatam indulgentiam ad acquiſita poſtmodum extendendam vt nullus vos ſuper hoc huiusmodi occaſione fatiget auctoritate apoſtolica preſentium inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Laterani* Duodecimo Kalendas Martii Pontificatus noſtri anno primo.

INNOCENTII IV. Bulla prohibitoria ut nemo a monachis monaſterii *Sorenſis* de animalium ſuorum nutrimentis decimas exigere, eorumve benefactores ob præſtita obſeqvia excommunicare audeat.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi fol. XXVIIII. b.

1244. die 28 Februarii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati & conuentui monaſterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis *Roſkildenſis* dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus fauorem benevolum impertiri. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis ordini veſtro & vobis a ſede apoſtolica per priuilegia & indulgentias ſit indultum vt nullus a vobis de veſtrorum animalium nutrimentis vel aliis pro eo quod animalia veſtra in paſtura vel cuſtodia ſua habeant decimas exigere vel quolibet extorquere preſumat & ſiquis

quis in benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex caritate preſtiterint excommunicationis ſuſpenſionis vel interdicti ſententias promulgant huiusmodi ſententie tanquam contra apoſtolice ſedis indulta prolate decernuntur per easdem indulgentias irrite & inanes. quia nonnulli eccleſiarum prelati ordinarii & rectores ſpretis priuilegiis & indulgentiis ſupra dictis vos & benefactores veſtros ſuper hiis multiplici uexatione fatigant nobis humiliter ſupplicaſtis vt indempnitati veſtre prouidere in hac parte paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur & veſtre prouidere quieti & moleſtantium malitiis obuiare volentes nequis contra indulta priuilegiorum apoſtolice ſedis a vobis vel aliis occaſione premiſſa huiusmodi decimas exigere vel in vos ſeu alios ob hoc & etiam benefactores veſtros prefatos ſententias promulgare preſumat auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Laterani*, ſecundo Kalendas Martii Pontificatus noſtri anno primo.

INNOCENTII IV. Bulla protectoria data Conventui monaſterii de *Sora*.

Ex Codic. Diplomat. Sorenſ. fol. XXIII.

1244. die 1 Martii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati & conuentui monaſterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis *Roſkildenſis* dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum & vota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis precibus inclinati perſonas veſtras & monaſterium in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidet aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli

li ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis infringere vel ei auſu temerario contraire. ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Lateran.* Kalendas Martii pontificatus noſtri anno primo.

INNOCENTII IV. Bulla prohibitoria ne rectores eccleſiarum, in qvorum patrochiis oves monaſterii *Sorenſis* paſcuntur, decimas de earundam lana, lacte & agnis exigere præſumant.

Ex Codice Diplomat. Sorenſ. fol. XXIX. ibi ex autogr. ſub plumbo.

1244. die 1 Martii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati & conuentui de *Sora* Ciſtertienſis ordinis *Roſkildenſis* dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. ſolet annuere ſedes Apoſtolica piis votis & iuſtis petentium deſideriis fauorem beneuolum impertiri. Cum autem ſitis per priuilegia ſedis Apoſtolice a preſtatione decimarum de animalium nutrimentis immunes & ſicut vobis referentibus intelligimus quidam eccleſiarum rectores in quorum parrochiis oues veſtre paſcuntur a vobis de lana lacte & agnis earundem ouium decimas exigere moliantur. Nos veſtris iuſtis precibus inclinati auctoritate preſentium inhibemus ne quis contra eadem priuilegia de predictis a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere vel auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Laterani* Kalendas Martii Pontificatus uoſtri anno primo.

INNOCENTII IV. Bulla, qva privilegia data conventui Ciſtertienſis ordinis de *Sora* confirmat.

Ex Cod. Diplom. Sorenſi fol. XV. b. ibi ex autogr. ſub plumbo.

1244. die 2 Martii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati & conuentui monaſterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis *Roſkildenſis* dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem annuere conſuenit ſedes Apoſtolica piis voris & honeſtis petentium precibus fauorem benuolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus ſiue per priuilegia ſiue per alias indulgentias ordini veſtro ſeu vobis ſpecialiter conceſſas nec non & libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus racionabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem &c. Datum *Laterani* VI nonas Martii pontificatus noſtri anno primo.

INNOCENTII IV. Bulla probibitoria, ne fratres monaſterii *Sorenſis* ad Synodos, forenſes conventus vel huiusmodi capitula adire cogantur.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi. fol. XXI. b. ibi ex autogr. ſub plumbo.

1244. die 5 Martii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis Abbati & conuentui monaſterii de *Sora* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum iam vigor equitatis quam ordo exigit rationis vt id per ſollicitudinem offirii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis quod licet ordini veſtro per priuilegia ſedis Apoſtolice ſit indultum vt nullus epiſcopus ſeu alia perſona ad ſynodos vel conuentus forenſes niſi pro fide vos ire compellat aut in vos

vel monaſteria ſeu etiam perſonas dicti ordinis ſuſpenſionis excommunicationis aut interdicti ſententias promulgare preſumat, que ſi promulgate fuerint tanquam contra ſedis Apoſtolice indulta prolate decernuntur per eadem priuilegia irrite & inanes. Nichilominus tamen plerique prelati & iudices ordinarii & alii eccleſiarum rectores eadem priuilegia quibus muniti eſtis euacuare ſuperſtitioſis adinuentionibus molientes aſſerunt vos pro quauis offenſa ratione delicti exiſtere fori ſui ſicque vocantes vos ad placita capituli & penitentiale forum ſicut alios clericos ſeculares vos ſuper hoc multiplici vexatione fatigant quanquam exceſſus veſtri tam per generale quam cotidiana capitula que fiunt in ſingulis monaſteriis veſtri ordinis congrua penitentia premantur. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis vt preſumptionem talium cohiberi paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes que decet ſi ex ſuſcepti cura regiminis de vniuerſis ſancte matris eccleſie filiis curam & ſollicitudinem gerere teneamur de illis tamen ſpecialius cogitare nos conuenit qui poſtpoſitis vanitatibus ſeculi iugem impendunt domino famulatum ac volentes quieti veſtre ſuper premiſſis paterna in poſterum ſollicitudine prouidere vt nullus vos ſeu monaſterii veſtri perſonas ad ſynodos vel forenſes conuentus niſi pro fide duntaxat vel huiusmodi capitula ſeu placita ad forum penitentiale absque mandato ſedis Apoſtolice ſpeciali euocare etiam delicti ratione preſumat maxime cum tu filii Abbas punire exceſſus quoslibet ſecundum ſtatura tui ordinis ſis paratus auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus decernentes eadem auctoritate ſi quas ſententias hac occaſione per preſumptionem cuiuspiam promulgari contigerit irritas & inanes ſaluo in omnibus apoſtolice ſedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Laterani* tertio nonas Martii pontificatus noſtri anno 1.

INNO-

INNOCENTII IV. Bulla, qva ſententiæ excommunicationis & interdicti a prælatis eccleſiarum in benefactores ſeu famulos monaſterii *Sorenſis* latæ, irritæ cenſentur.

Ex Cod. Diplom. Sorenſ. fol. XXII. a,

1244. die 6 Martii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati & conuentui monaſterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis *Roſkildenſis* dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem cum a nobis petitur quod iuſtum & honeſtum eſt tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis vt id per ſollicitudinem offitii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis quod nonnulli eccleſiarum prelati veſtris libertatibus inuidentes cum eis non liceat ex apoſtolice ſedis indulto in vos excommunicationis vel interdicti ſententias promulgare in familiares ſeruientes & benefactores ac illos qui moliunt in molendinis vel coquunt in furnis veſtris quique emendo vel vendendo vel alias vobis communicant ſententias proferunt memoratas ſicque non vim & proprietatem priuilegiorum ipſorum ſed ſola verba ſeruantes vos quodammodo excommunicant dum vobis alios communicare non ſinunt & ex hoc iudicari videmini iudicio iudeorum & qui vobis communicant in predictis illud euenit inconueniens quod maiorem excommunicationem incurrant quam excommunicans communicando fuerant incurſuri quare humiliter ſupplicaſtis vt prouidere quieti veſtre paterna ſuper hoc ſollicitudine curaremus. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati ne quis predictorum huiusmodi ſententias in fraudem priuilegiorum apoſtolice ſedis de cetero promulgare preſumat auctoritate preſentium inhibemus decernentes eas ſi per preſumtionem cuiuspiam aliter promulgari contigerit irritas & inanes. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Laterani* ſecundo nonas Martii Pontificatus noſtri anno primo.

INNO-

INNOCENTII IV. Bulla mandatoria ad præpoſitum eccleſiæ *Lundenſis* ut querelas capituli *Aruſienſis* contra ſuum Epiſcopum eorum privilegia & conſvetudines infringere molientem examinet & appellatione remota decernet.

Ex Apographo Chartac. No. 91.

1244. die 29 Martii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio . . Præpoſito Eccleſiæ *Lundenſis*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii capitulum *Aruſienſis* eccleſiæ conqveſtione monſtrarunt, qvod cum jus eligendi canonicos in eadem eccleſia, de antiqva & approbata conſvetudine pertineat ad eosdem, venerabilis frater noſter. Epiſcopus *Aruſienſis* huiusmodi & alias eorum rationabiles conſvetudines & antiqvas, pacifice hactenus obſervatas, nec non libertatum ipſorum privilegia, pro ſua infringere moliens volubitate, canonicatus & præbendas in eadem eccleſia, eis renitentibus & invitis, de novo pro ſua voluntate conferre contendit; ipſosqve ſuper hoc multiplici vexatione fatigat. Qvare nobis humiliter ſupplicarunt, ut eundem epiſcopum, qvod præfatas conſvetudines ac privilegia firma & illibata conſervans, ab eorum ſuper præmiſſis gravamine ac moleſtia omnino deſiſtat, compellere paterna ſollicitudine curaremus. Qvia vero nobis non conſtitit de præmiſſis, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, qvatinus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, qvod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens qvod decreveris auctoritate noſtra firmiter obſervari. Datum *Lateranis* IIII KL. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

INNOCENTII IV. Bulla mandatoria ad præpoſitos eccleſiarum *Lundenſis* & *Slesvicenſis*, ut cauſam inter Epiſcopum *Aruſienſem* & capitulum ibidem ſuper electione canonicorum ortam fine debito terminent.

Ex Apographo Chartaceo No. 92.

1244. die 9 April.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis *Lundenſis* & *Slesvicenſis* eccleſiarum Præpoſitis, ſalutem & apoſtolicam bene-

benedictionem. ſua nobis capitulum *Aruſienſe* petitione monſtrarunt, qvod cum ad eos duntaxat jus eligendi canonicos in eccleſia *Aruſienſi* de antiqva & approbata conſvetudine hactenus obſervata pertineat. Venerabilis frater noſter, Epiſcopus *Aruſienſis* huiusmodi conſvetudinem pro ſua infringere moliens voluntate, ipſis renitentibus & invitis, *Ugotum* clericum *Aruſienſis* dyoceſis, de facto in canonicum eccleſiæ prædictæ inſtituens, ei præbendam, qvæ vacavit in ipſa, contulit, in eorum præiudicium & gravamen, qvoniam ad ipſum non eſſet ius eligendi ea vice canonicum per ipſorum negligentiam iuxta Lateranenſis ſtatuta concilii devolutum. Qvibus propter hoc ad venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum *Lundenſis* loci metropolitani legitime appellantibus, idem Epiſcopus, eorum appellationi non deferens, excommunicationis in ipſos ſententiam fulminavit. Cum autem ſuper hoc inter ipſos ex parte una, & præfatum Epiſcopum ex altera, coram eodem Archiepiſcopo qvæſtio verteretur, licet idem Archiepiſcopus de appellatione præfata legitime cognita, ſententiam ipſam utpote poſt appellationem legitimam promulgatam denunciaverit nullam eſſe, nichilominus tamen ad præfatum Epiſcopum cognitionem principalis negotii pro ſua voluntate remiſit. Qvi cum de inſtitutione ac collatione prædictis cognoſcere vellet, eosqve coram ſe compelleret ſuper hoc indebite litigare iidem ipſum Epiſcopum habentes ea ratione ſuſpectum, qvod cauſa tangebat eundem, & appellatum ſuper eodem negotio legitime fuerat, ab eodem, arbitros, qui de huiusmodi ſuſpicione cognoſcere petierunt, qvos qvia dictus Epiſcopus eis concedere contra iuſtitiam recuſabat, ex parte ipſorum fuit ad ſedem apoſtolicam appellatum. Qvocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, qvatinus ſi eſt ita, revocato in ſtatum debitum, qvicqvid poſt appellationem huiusmodi temere per eundem Epiſcopum inveneritis attemptatum, audiatis cauſam & fine debito terminetis, facientes qvod decreveritis auctoritate noſtra firmiter obſervari. Alioqvin partes ad dicti Epiſcopi remittatis examen, appellantes in expenſis legitimis condempnando. Teſtes autem qvi fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Datum *Lateranis* V Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

ERICI Regis privilegium, qvo omnes terræ, qvas Canonici *Aruſienſes* ubicunqve emerint qvingentis marchis, acceptis a *Nicolao* Epiſcopo *Roſkildenſi* pro bonis in *Giæſning*, ab expeditionis gravamine, *Stud, innæ* & omni iure regio liberæ declarantur.

Ex Apographo Chartac. No. 93.

1244. die 18 Septembris.

ERICUS Dei gratia Danorum Slavorumqve Rex omnibus præſens ſcriptum cernentibus. in perpetuum. Mutantur tempora, transmigrant homines, tranſitqve memoria, ſed manet litera, qvæ geſtæ rei ſeriem in recentem affert notitiam poſterorum, Noſcat igitur præſens ætas et poſtera, qvod cum canonici *Aruſienſes* bona qvæ habuerunt in *Giæſning*, venerabili patri Domino *Nicholao Roſkildenſi* Epiſcopo dilecto Cancellario noſtro vendidiſſent pro Dris Marchis argenti communis. Nos eiusdem Domini Epiſcopi petitionibus inclinati, annuendum & admittendum duximus, ut in qvibuscunqve locis memorati canonici cum ſupradictis qvingentis marchis argenti poſſeſſiones emerint, a gravamine expeditionis *Studth* & *innæ*, & ab omni jure regio ipſas libere in perpetuum poſſideant & qviete ex omni exactorea impetitione. Ne igitur ſuper præmiſſis in poſterum dicti Canonici aliqva arte, occaſione vel ingenio impetantur vel graventur, præſentem paginam ipſis conferendam duximus ſigilli noſtri appenſione roboratam. Datum *Lundis* anno Domino M.CC. qvadrageſimo qvarto. KL. Octobris qvarto decimo.

Uffonis Archiepiſcopi *Lundenſis* confirmatio de compoſitionis litis ſuper collatione præbendarum actæ inter Epiſcopum *Aruſienſem* & capitulum ibidem, qva cum reſidentibus & aliis canonicis, qvorum copia haberi poteſt, de electione inſtituendi canonici communiter tractare ſe obligat Epiſcopus.

Ex Apograph. Chartac. No. 94.

1245. die 18 Januarii.

U. Dei gratia *Lundenſis* Archiepiſcopus Sweciæ primas, in omnium ſalvatore ſalutem. Cum pia mater eccleſia, qvos caritatis unit vinculo

Deo

Deo Patri. de filiorum gaudet concordia & quiete, ac iurgiorum litigiis, qvibus eadem impugnatur, dolorem in membris ſuis patitur & ſciſſuram ſalubri proviſione, circa pacis reformationem rite geſta munimentis autenticis deſiderat commendari, ne propter brevem hominum memoriam qvæ plenam diu de omnibus (qvod potius divinitatis eſt, qvam mortalitatis) notitiam habere non poſſit, ſemel terminata legitime & provida deliberatione ſopita recidiva denuo malignantium calumpnia ſuſcitentur. Hinc eſt qvod cum viſitationis cauſa ad Aruſienſem eccleſiam tranſitum faceremus propter controverſiam inter venerabilem in chriſto fratrem Epiſcopum ex parte una, & capitulum eccleſiæ eiusdem ex altera, ſuper iure eligendi Canonicos ad præbendas vacantes in eadem eccleſia, gravibus expenſis & laboribus diutius agitatam; utraqve parte contendente ſibi tantum ius prædictum competere, non obſtante contradictione alterius partis, ex antiqva conſvetudine rationabili & præſcripta; ipſam eccleſiam in ſatis gravi diſcordia & perturbatione invenimus conſtitutam. Sane fratre *Abſalone* Priore Provinciali & qvibusdam aliis, qvorum conſilium nobis fuit in hac parte neceſſarium, aſſumptis nobiscum, cum de compoſitione inter eos facienda, deliberatione diligenti adhibita iam diutius tractatum fuiſſet, tandem utraqve pars absqve cauſarum ſtrepitu & iudiciorum tumultu, in hoc de plano conſenſit, ut vacante aliqva præbenda, Epiſcopus ipſe, qvando velit ac poſſit, cum reſidentibus & aliis Canonicis, qvorum copiam habere poterit, in præſentia ſua conſtitutis, de electione inſtituendi Canonici communiter tractabit, & ipſe cum eis eligat. Et ſi una medietas ipſius capituli unum elegerit, & altera medietas alterum, idem Epiſcopus ex hiis duobus electis, cui ipſe voluerit præbendam conferat memoratam; qvia perſona ipſius utrilibet parti adiecta maiorem numerum & partem efficit potiorem. Si vero pars aliqva alteram duabus perſonis vel pluribus ſuperaverit. Epiſcopus ipſe in conferendo electionem maioris partis ſeqvetur. Qvia igitur idem Epiſcopus pro ſe, Archydyaconus vero ex altera parte pro ſe & capitulo, de mandato eiusdem capituli, fide in manibus noſtris corporaliter præſtita, firmiter promiſerunt ſe prædictam compoſitionem firmam & ratam habituros, nos ad utriusqve partis inſtantiam, & prædictorum evidentiam, præſentem paginam ſigillo noſtro

& ipſius Epiſcopi, nec nòn & eiusdem capituli fecimus roborari. Actum *Arus*, præſentibus Dominis prædicto fratre *Abſalone* priore provinciali, Præpoſito *Petro Kan*, notario Domini ducis, & clericis noſtris magiſtro *Sacero*, *Nicholao Theotonico*, Canonico Lundenſi, Magiſtro *Swenone* Canonico *Ripenſi*. *Tlugh* & *Nicholao* de *Baldorp* ſacerdotibus, *Johanne* Dyacono de *Malend*. Anno Domini M.CC.XL.V. qvinto decimo KL Februarii.

INNOCENTII IV. Bulla prohibitoria, ne absqve aſſenſu prioris & capituli eccleſiæ *Ottonienſis* ordinis ſancti *Benedicti* Epiſcopo officium paſtorale exſeqvi non valenti coadiutor aſſocietur.

Ex Apographo Chartaceo No. 95.

1245. die 7 Februarii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Priori & capitulo eccleſie *Ottonienſis* ordinis ſancti *Benedicti*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtre precibus benignum impertientes aſſenſum auctoritate vobis preſentium iudulgemus ut ſi epiſcopum veſtrum, ad eam impotentiam artigeret deuenire, quod exequi nequeat officium paſtorale absque aſſenſu veſtro coadiutor non valeat deputari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, Datum *Lugduni*. VII Idus Februarii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

INNOCENTII IV. Bulla protectoria data fratribus monaſterii ſancti *KANUTI* Otthonienſis.

Ex Apographo Chartac. No. 96.

1245. die 18 Februarii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Priori monaſterii ſancti *KANUTI* eiusdemque fratribus tam preſentibus quam

quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet, aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Quapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & monaſterium ſancti *KANUTI* Orthonienſe in quo diuino eſtis obſequio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus ac preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati benedicti regulam, in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem monaſterium inpreſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. curiam *Beronis* cum Balneo, colonis & molendinis ac aquarum decurſibus. prata que dicuntur *Bromhat*. *Pamhat*, *Akamhat*. Siluam que dicitur *Thorslund*. reditus ad fabricam monaſterii veſtri ſpectantes qui dicuntur denarii ſancte Marie, in *Feonia*, in *Jutia*, *Halſo*, *Errø*, *Toſtandia*, *Laglandia*, *Laalandia*, *Falſtera* cum *Burgunderholm*, cum terris, pratis, vineis nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis in viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane noualium veſtrorum que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit ſiue de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos vel abſolutos a ſeculo fugientes ad converſionem recipere ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia niſi acrioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum fuerit liceat vobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis & interdictis

non pulſatis campanis voce ſubmiſſa diuina officia celebrare dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma vero oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum ordinationes monachorum qui fuerint promouendi a dioceſano ſuſcipietis .., ſi quidem catholicus fuerit & gratiam & communionem ſancte romane ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine penitentia aliqua exhibere. Prohibemus inſuper; ut infra fines parrochie veſtre nullus ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi & veſtro capellas ſeu oratoria de nouo conſtruere audeat, ſaluis priuilegiis Pontificum romanorum. Adhoc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis ſeu Decanis aliisque omnibus eccleſiaſticis ſecularibusue perſonis, a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni & extreme voluntati qui ſe illic ſepelire deliberauerint, niſi forte excommunicati vel interdicti fuerint aut etiam publice uſurarii, nullus obſiſtat; ſalua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad ius eccleſiarum veſtrarum ſpectantes que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias, ad quas pertinent, reuocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſturia ſeu violentia preponatur niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum maior pars conſilii ſanioris ſecundum deum & beati benedicti regulam preuiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine preuidere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinas ſeu furtum facere ignem apponere, ſanguinem fundere hominem temere capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexatio-

xationibus fatigare ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profuturа, ſalua ſedis apoſtolice auctoritate & dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Siquis autem in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit ſecundo tertioue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iuditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſanctiſſimo corpore & ſanguine dei & domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen.

Ego *INNOCENTIUS* Catholice eccleſie Epiſcopus ſſ.
Ego *Petrus* tt. Sancti *Marcelli* preſbiter Cardinalis ſſ.
Ego *Willelmus* Baſilice XII Apoſtolorum Preſbiter Card. ſſ.
Ego Fr. *Johannes* tt. Sti *Laurentii* in Lucina Preſbit. Card. ſſ.
Ego Fr. *Hugo* tt. Ste *Sabine* Preſbiter Cardinalis ſſ.
Ego *Ottho* Portuenſis & Ste Rufine Epiſcopus. ſſ.
Ego *Petrus* Albanenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Wilelmus* Sabinenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Odo* Tuſculanus Epiſcopus. ſſ.
Ego *Egidius* ſanctorum *Coſini* & *Damiani* Diacon. Card. ſſ.
Ego *Goffridus* ſancti *Adriani* Diacon. Cardin. ſſ.
Ego *Petrus* ſancti *Georgii* ad velum aureum Diac. Card. ſſ.
Ego *Johannes* ſancti *Nicolai* in Carcere Tulliano Diac. Card. ſſ.

Datum Lugduni per manum Magiſtri *Marini* ſancte romane eccleſie Vice Cancellarii. XIII. Kalendas Martii Indictione II. Incarnationis Dominice Anno M.CC XLIIII, Pontificatus vero domini Innocentii Pape. IIII. Anno ſecundo.

Gunneri Ripenſis Epiſcopi ſtatutum, ut fructus primi anni, qvo qvis ad ſingulas in ſua dioeceſi eccleſias vocatur, devolvantur ad eccleſiam cathedralem, ad ſolvenda eius debita contracta ob liberationem *Tuvonis* Epiſcopi ex carcere Theutonico.

Ex Apographo Chartaceo *No.* 97.

1245. die 15 Septembris.

Gunnerus dei gratia Ripenſis Epiſcopus omnibus hoc ſcriptum cernentibus in domino ſalutem. Fuit olim temporibus grande bellum inter *Danos* & *Theutonicos* in *Holſatia* in qvo conflictu facta eſt ſtrages magna & captivitas maior meliorum de regno noſtro, ubi etiam captivatus eſt bone memorie anteceſſor noſter *Tuvo* Epiſcopus & redemptus pro ſeptingentis marchis argenti pro cuius pecunie ſolutione eccleſia noſtra multa contraxit debita & enormiter leſa adhuc gemit ſub pondere debitorum ſoluendorum. unde cum ipſa nutrix eccleſia non ſit ſoluendo & filii teneantur defectum matris ſublevare cum conſilio fratrum noſtrorum tale fecimus ſtatutum ut in vocatione cuiuscunqve parrochialis eccleſie fructus primi anni devolvantur ad ſolutionem debitorum matris eccleſie, ſalvo in omnibus iure canonico & Romane eccleſie ſtatutis, qvos fructus a canonicis noſtris *Ripis* reſidentibus recipi volumus donec debita integraliter ſoluta fuerint, qvibus debitis ipſis canonicis pro cuiusdam fundi alienatione eccleſie noſtra extat obligata. Datum Anno Domini M.CC.XLV decimo ſeptimo Kalendas Octobris.

Ego Archidiaconus *Nicholaus* ſubſcribo & approbo.
Ego *Noſingus* Cantor hoc factum approbo & ſubſcribo.
Ego Prepoſitus *Olaus* ſubſcribo & approbo.
Ego Magiſter *Andreas* interfui.
Ego *Noſingus* ſubſcribo.
Ego Magiſter *Simon* ſubſcribo.
Ego Magiſter *Ro* ſubſcribo.
Ego *Johannes* ſubſcribo.
Ego *Magnus* ſubſcribo.
Ego Præpoſitus *Johannes* ſubſcribo.
Ego Magiſter *Eſgerus* ſubſcribo.

Ebbonis

Ebbonis Epiſcopi Arufienſis Inſtitutio duarum in eccleſiâ ſua cathedrali præbendarum, datis eidem in hunc finem bonis in *Syrækiær*, *Giaf* in *Wætbelby*, manſione in *Aveldthorp*, obventionibus omnibus de eccleſia *Folby* & de manſione epiſcopali in *Kunxſtorp*, tertia parte decimarum, reditu eccleſiæ *Sinning*, manſione in *Calxtat*, cum eqvitiis & proventu eccleſiæ *Tiſlaſt*. &c.

Ex Apographo Chartac. No. 98.

1246.

Univerſis filiis ſanctæ matris Eccleſiæ hæc ſcripta cernentibus *E.* Dei permiſſione *Aruſienſis* Epiſcopus, ſalutem in vero ſalutari. Cum nos ad regimen *Aruſienſis* eccleſiæ Dominus vocaſſet, conſiderantes per paucitatem præbendariorum in ea ſervientium, duas ex novo præbendas ibidem inſtituimus, ut in una ſerviat Dyaconus, ad cuius veſtitum attinent omnia tam mobilia qvam immobilia, qvæ in *Syrækiær* continentur, præter molendinum qvod intuitu ſuſtentationis ipſius deputavimus communi menſæ canonicorum, cum *Giaf* in *Wætbælby*, & manſione *Aveldthorp*, & terra qvam ibidem comparavimus ab Epiſcopo *Skialm*, noſtro videlicet prædeceſſore. Eidem qvoqve Canonico ad veſtitum aſſignavimus obventiones omnes de Eccleſia *Folby*, propter ſumptum Vicarii, & de manſione Epiſcopali in *Kunxſtorp* tertiam partem decimarum. In altera vero in perpetuum miniſtraturus eſt ſubdyaconus, ad cuius veſtitum attinet manſio ſita in fundo Eccleſiæ *Sinning*, cum omnibus eiusdem eccleſiæ attinentiis, & tertia pars decimarum de manſione Epiſcopali, qvæ dicitur *Worthoeriis*. Ut autem menſa Canonicorum pluribus poſſit ſufficere, eis conferre dignum duximus manſionem de *Calxtat* cum eqvitiis & qvicqvid de eccleſia *Tiſlaſt* præter ſuſtentationem Vicarii poterit provenire: præcipue cum iuſtam habuerimus de utraqve eccleſia diſponendi facultatem, maiore & ſaniore parte parochianorum utriusqve eccleſiæ nobis conſentiente. Etiam emunitatem qvam idem canonici ſuper villicos & colonos ſuos a prædeceſſoribus noſtris optinuerunt, ipſis præſentis ſcripti teſtimonio confirmamus. Qvicunqve igitur hanc donationem noſtram infringere, vel qvovis modo attemptaverit impedire, anathematis vinculo ſe noverit innodatum, & in die diſtricti examinis cum iniqvis recipiat portionem.

Ebbonis Epiſcopi *Aruſienſis* conventio inita cum capitulo, ſecundum qvam duo trientes rerum Sto *Nicolao* oblatarum ædificio eccleſiæ cathedralis, pars vero reliqva cum cæteris Canonicis, cedant.

Ex Apographo Chartac. No. 99.

1246.

Univerſis filiis ſanctæ matris eccleſiæ hæc ſcripta cernentibus. *E.* dei miſeratione *Aruſienſis* Epiſcopus ſalutem in vero ſalutari. Qvamvis de oblationibus, qvæ inmitu beati *Nicolai* cathedrali eccleſiæ offeruntur, aliqvam percipere anteceſſores noſtri conſveverunt, nos tamen conſiderata maxima neceſſitate ædificii cathedralis eccleſiæ, qvæ multis retro temporibus uſqve ad tempora dvorum anteceſſorum noſtrorum, qvaſi neglecta fuerat, iuri noſtro in hac parte, ſi qvid tamen iuris habuimus, renunciantes, cum canonicis ita convenimus qvod nichil de cætero de oblationibus prædictis deveniat ad manum Epiſcopi, ſed duæ partes integraliter & qviete cedant ædificio, tertiam vero ſive in veſtibus, ſive in animalibus, ſive in denariis & argento canonici percipiant, præter ceram ibi collatam, qvæ tota eccleſiæ, & præter victualia, qvæ ibidem ſunt delata, qvæ omnia menſæ Canonicorum ſunt deputata. Igitur ut ſtabilis & rata permaneat hæc noſtra conventio, eam ſcripto commendari fecimus, & ſigilli noſtri munimine confirmari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conventionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, & ſancti Clementis martyris, & omnium ſanctorum ſe noverit incurſurum.

INNOCENTII IV. Bulla mandatoria ad *Symonem* de *Aluernia* Ordinis fratrum minorum, ut crimina *Nicolao Stigothi* Epiſcopo *Roſkildenſi* a Rege *ERICO* obiecta diligenter examinaret & ſedi Apoſtolicæ acta rei geſtæ ſigillo ſuo munita mitteret.

Ex Apographo Chartac. No. 100.

1246. die 11 Julii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio fratri *Symoni* de *Alvernia* ordinis fratrum minorum. Quanto fratres & Epiſco-

ſcopos, qui nobiscum ſunt in partem ſollicitudinis euocati, ſinceriori caritate diligimus, tanto maiori dolore turbamur, quoties de ipſorum operibus, quæ pontificali derogant honeſtati ad noſtram audientiam perferuntur. Sicut enim ex parte cariſſimi in Xpo filii noſtri illuſtris Regis Daciæ fuit propoſitum coram nobis, cum idem Rex venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Roſkildenſem regni ſui cancellariæ officio, aliis prætuliſſet, ac ei utpote quem priuilegio amoris præcipui ceteris honorabat cordis ſui propalaſſet ſecreta, ipſe perceptarum ab eo immemor gratiarum, & aduerſus eum loquens mala pro bonis & odium pro dilectione ſua; fel pro melle, & pro pane lapidem, & pro ouo ſcorpionem, dum vitæ dicti Regis inſidiator occultus & regni, ac bonorum ſpoliator tacitus dicitur exſtitiſſe, cum quibusdam complicibus & ſibi conſanguinitate coniunctis, ſuper his contra eum conſpirando nequiter, & ſe iuramenti vinculo aſtringendo. Et quia concepta nequitia, diuina eam reuelante clementia non potuit prodire in partum, dictus Epiſcopus, ut ſuis ſe oſtenderet non immunem, tanquam ſibi malo conſcius extra prætactum regnum ad partes transtulit ſe remotos. Quia vero hæc, ſi vera ſunt, non debent indiſcuſſa relinqui, volentes deſcendere ac uidere utrum præmiſſa præfatus Epiſcopus impleuerit actione, mandamus, quatinus inquiſita ſuper his diligentius veritate, quæ inueneris fideliter redigere in ſcriptis procures, ac ea ſub tuo ſigillo ad noſtram præſentiam ſtudeas deſtinare, ut ex tua relatione ſufficienter inſtructi procedamus exinde, prout ſecundum Deum viderimus, procedendum. Datum *Lugduni* XII Kalendas Auguſti pontificatus noſtri anno quarto.

Saxonis Thorberni filii donatio villæ *Nothebothe* facta monaſterio de *Eſrom*, ob reverentiam parentum ſuorum & uxoris ſuæ *Malild*, qui ibidem requieſcunt.

Ex Cod. Diplom. Eſrom. fol. XCV. b. Apograph. Chartac. vid. No. 101.

1246. die 17 Auguſti.

In nomine Patris & Filii & ſpiritus ſancti, Amen. Uniuerſis Xpi fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis *Saxo* filius *Thorberni*, in perpetuum. ſpiritu ſancto inſpirante conſiderans nouiſſima mea. ni-

chilque ſtabile manere ſub fole. niſi quod in pias cauſas. & viris religioſis diuino ſeruitio mancipatis. ob ſalutem impenditur animarum. Ob reuerentiam Iheſu Xpi & ſue matris glorioſe virginis. Marie & ob reuerentiam parentum meorum. & parentum uxoris mee. *Mafild.* felicis memorie, qui apud monaſterium de *Eſrom* in ſompno pacis dormiunt & requieſcunt. Sanus mente & corpore. confiteor & recognoſco me penitus nichil iuris habere in villa *Nöthebothe.* nec in agris. pratis. ſtagnis. piſcationibus. ſiluis. & molendinis ad dictam villam pertinentibus. excepta duntaxat una hora terre in cenſu. cum pratis & agris ſiluis & aquis eidem terrule attinentibus. Nomine meo, & nomine uxoris mee *Malild.* ad quam dicta villa iure hereditario vel quocunque alio titulo videbatur pertinere. & nomine liberorum noſtrorum. quos habemus in preſenti. vel habituri ſumus. dante Domino in futurum. ſeu etiam aliorum propinquorum noſtrorum. expreſſe renuncians exceptioni non nominate. ſeu etiam non ponderate pecunie. & omni alii exceptioni. que michi vel memoratis perſonis aliquo tempore poſſent competere. & omni conſuetudini. que in regno *Dacie* pro lege conſueuerat obſeruari. Do etiam dicto monaſterio & eius procuratoribus. Abbatibus. Prioribus. Supprioribus. & cellariis. qui pro tempore fuerint. nomine meo & uxoris mee & heredum meorum pleniam auctoritatem & liberam poteſtatem poſſidendi & ſibi retinendi. aut etiam vendendi vel quomodolibet alienandi dicta bona. pro ſue arbitrio voluntatis. Promitto etiam data fide pro me & uxore mea & heredibus noſtris omnibus. firmiter attendere. & obſeruare omnia & ſingula capitula ſupra dicta. & nulla arte umquam vel ingenio contraire. Non obſtante controuerſia que inter me & monaſterium ſancte *Marie* de *Eſrom*, *Roſkildenſis* dyoceſis. ſuper memoratis bonis. in iudicio & extra iudicium. nomine meo & nomine ſupradictarum perſonarum ſepe fuerat agitata. Actum *Slangethorp* anno domini M.CC. quadrageſimo ſexto, ſextodecimo Kalendas Septembris. In Eccleſia Monialium eiusdem loci. Preſentibus teſtibus ſubſcriptis. Interfuerunt huic facto. Magiſter *Petrus* filius *Canonis* Cancellarius *ERICI* illuſtris Regis *Danorum*. Magiſter *Bo* major Prepoſitus Eccleſie *Roſkildenſis*. Magiſter *Adam* eiusdem

eccleſie

ecclesie Canonicus. *Tuco Bondi* Canonicus Haffnensis. Dominus *Thrugillus* Prior & dominus *Johannes* Supprior. de Paraclyto. Magister *Toti* Rector scholarum in Haffn. Dominus *Ascerus* sacerdos Procurator Monialium de *Slangethorp*. Dominus *Haraldus* Marskalcus. Dominus *Asserus Bondisun*. Dominus *Jacobus Bille*. Dominus *Petrus Yrt*. *Sveno Thrugilli* filius. & alii multi. In cuius rei euidentiam, Danorum & Sclauorum illustris Rex *ERICUS*. Magister *Petrus* Cancellarius. Magister *Bo* Prepositus Roskildensis, presenti instrumento sua sigilla, meis precibus & mandato apposuerunt.

Offonis Gripp Ottoniæ apud *Sanctum Michaelem* Prioris litteræ reversales, datæ *Jacobo Gres* Priori Ottonienſi, pro concessu sibi venia scholam particularem habendi.

Ex Apographo Chartar. No. 102.

1247. die 1 Februarii.

Omnibus presens scriptum cernentibus frater *Offo Gripp* Prior apud sanctum *Michaelem Ottonie* salutem in Domino. Nouerint universi & futuri me & fratres meos conuentus a venerabili viro domino fratre *Jacobo Gret* Priore *Ottouiensi* ex consilio & consensu sui capituli scholas particulares habere, non ex iure, sed pro bono pacis & concordie ex mero fauore gratie specialis sub conditionibus infra scriptis; usque scholares in nostris scholis etatem seu etatis annum ultra annum quintum decimum habentes non recipiamus vel recipi faciamus nec ibidem scientes permanere faciamus. parrochianorum pueros apud sanctum *Albanum* sine dictorum prioris & capituli non recipiamus voluntate & licentia speciali, nec cum scholaribus nostris quos recepimus & ut proferetur habuerimus choreas & ludos Carnis perniales publice faciamus celebrari. Si vero sup aliqte conditiones per nos quod absit voluntarie presumtuose vel scienter fuerint violate, extunc dictorum prioris & capituli privilegia iam in hac parte obtenta in suis rigore & robore permaneant semper salva. In cuius rei testimonium sigillum meum unacum sigillo venerabilis patris fratris *Jacobi* Abbatis monasterii de *Insula Dei* & providorum virorum *Andree*

Ivari armigeri & *Johannis Mulſe* Proconſulis *Ottonienſis* preſentibus eſt appenſum. Anno Domini. M.CC.XLVII. profeſto purificationis virginis glorioſe.

INNOCENTII IV Bulla miſſa Epiſcopo *Slesvicenſi*, priori predicatorum provinciali, & miniſtro minorum fratrum de Dacia, ut per regem reſtitui faciant Epiſcopo *Roſkildenſi* Caſtrum de *Kopmanne Hafn* cum aliis rebus epiſcopalibus, & ut permittatur ei in ſua dioeceſi libere commorari.

Ex Apographo Chartaceo. No. 103.

1247. die 20 Decembris.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei venerabili fratri . . Epiſcopo *Slesvicenſi* & dilectis filiis . . Priori Provinciali predicatorum & . . miniſtro minorum fratrum de *Dacia* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quanto cariſſimus in Chriſto filius noſter . . illuſtris Rex Dacie gradu preminet altiori. tanto magis ab aliorum offenſis eum decet retrahere manus ſuas. & ſatisfacere celerius de iniuriis iam illatis ad quod ipſum Regem. cuius deſideramus commodum & ſalutem tanquam filii eccleſie ſpecialis. noſtris libenter litteris inuitamus. Cum igitur venerabilis frater noſter . . Epiſcopus *Roſkildenſis*. ſicut olim eo accepimus intimante propter metum regium a ſede propria miſerabiliter exulans caſtro de Kopmannhafn & aliis rebus ſuis epiſcopalibus ſit non ſine ipſius Regis conniuentia ſpoliatus. quamuis eundem Regem vt ipſi Epiſcopo reſtitui faceret huiusmodi bona ſua & permitteret eum in Epiſcopatu ſuo libere comorari. per dilectum filium fratrem *Simonem* de ordine fratrum minorum moneri diligentius mandauerimus & induci. quia tamen dictus Rex id efficere hactenus pro ſue voluntatis arbitrio non curauit. prefatus Epiſcopus iuſtitiam ſuper hoc ſibi a nobis fieri humiliter poſtulauit. Verum quia ipſius Epiſcopi nociua grauamina nec poſſumus nec debemus quantumcunque Regem eundem ſincera diligamus in domino caritate. conniuentibus oculis pertranſire. diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus Regem ipſum & quoslibet detentores predictorum bonorum & caſtri predicti. ut eo cum

cum fructibus medio tempore perceptis & qui percipi potuerunt reſtituant vel reſtitui faciant Epiſcopo memorato & permittant eum in ciuitate ſua & dioceſi preſtita ſibi ab eodem Regi ſufficienti ſecuritate libere commorari attentius moneatis & etiam inducatis predictum Regem ad hoc in ſpeciales terras ipſius ac *Roſkildenſem* dioceſim per interdicti alios autem detentores bonorum ipſorum ſeu impedientes reſtitutionem huiusmodi per excommunicationis ſententias ſubmota difficultate qualibet compellendo. Non obſtanti aliqua indulgentia ſedis apoſtolice conceſſa prefato Regi vel alii quod excommunicari vel ſuſpendi aut eorum terra interdici nequeat per litteras ſedis eiusdem que de ipſa non fecerint mentionem & indulgentiis ordinibus veſtris ab eadem ſede conceſſis quod non teneamini per litteras apoſtolicas de cauſis cognoſcere vobis a prefata ſede commiſſis que de ipſis indulgentiis non fecerint mentionem & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Prouiſo quod predictum caſtrum eidem Epiſcopo reſtitutum nomine Roſkildenſis eccleſie ac Epiſcopi memorati per tales faciat venerabilis frater noſter . . . *Lundenſis* Archiepiſcopus cuſtodiri qui predicto Regi contrarii non exiſtunt, donec dictus Epiſcopus plenius ſit ad eiusdem Regis gratiam reſtitutus. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, tu frater Epiſcope cum eorum altero ea nichilominus exequeris. Dat. *Lugduni* XIII Kal. Januarii. Pontificatus noſtri anno quinto.

INNOCENTII IV. Bulla, qva iubetur Epiſcopus Slesvicenſis fructus & redditus Eccleſiæ *Roſkildenſis* Epiſcopo exulanti reſervare.

1248. die 2 April.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Epiſcopo Slesuicenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noſter . . Epiſcopus *Roſkildenſis* petitione monſtrauit quod cum ipſe regio metu compulſus Regnum Dacie exiuiſſet eo in remotis partibus exulante omnes ſui epiſcopales reditus occupati fuerunt tam Caſtrum de *Copmannahafn* quam alia loca ipſius exinde cuſtodibus eius electis aliis cuſtodienda commiſſaque omnia detinentur

tur in eius preiuditium occupata & ea distrahunt pro suo libito detentores. Quare nos ad supplicationem ipsius fratri *Symoni* de *Aluernia* ordinis fratrum minorum nostras decreuimus litteras continentes ut personaliter ad partes illas accedens in quibus non possent premissa non esse notoria *Roskildensem* ecclesiam cum predictis castro & locis ceterisqve bonis Episcopalibus cum fructibus interim perceptis & qui percipi potuerunt ex eis. eidem Episcopo auctoritate nostra restitui faceret, eumque per se vel per alium pacifica bonorum omnium possessione gaudere. contradictores per excommunicationis in personas & interdicti in terras eorum sententias appellatione postposita compescendo. Saluo quod in personam carissimi in Christo filii nostri Regis *Dacie* illustris ac terram specialem ipsius per directum sibi mandatum procedere non deberet. etenim dictus frater tanquam vir prouidus ac discretus sollicite in huiusmodi mandati executione procedens vocatis omnibus quos propter hoc viderit euocandos & cognita super premissis omnibus que notoria erant nec aliqua poterant tergiversatione celari plenius veritate prefati Episcopi nomine venerabili fratri nostro . . . Archiepiscopo *Lundensi* Procuratori eiusdem Episcopi *Roskildensis* ecclesiam castrum predicta loca & omnia bona episcopalia sententionaliter assignauit & eundem Episcopum restituit ad omnia supradicta concedens supradicto Archiepiscopo adeundi bona ipsa & intrandi possessionem predictorum castri locorum & bonorum ac retinendi nomine supra dicti Episcopi liberam facultatem iniuncto nichilominus . . . Decano & Capitulo *Roskildensi* ut ipsi Archiepiscopo tanquam Procuratori prefati Episcopi plenarie in omnibus responderent. Ac *Nicolao* Presbytero & Magistro *Petro* Canonico *Roskildensi* qui post recessum prefati Episcopi bona detinuerant predicta fructus exinde perceptos & qui percipi potuerunt dicto procuratori non differrent integre assignare. in omnes contradictores & rebelles excommunicationis sententiam generaliter proferendo. *A.* cuius processu quibusdam videlicet Magistro *Petro* Canonico *Roskildensi* dicto Cancellario premissorum bonorum detentore & *Johanne* Archiepiscopo qui se pro ipsius Regis procuratore gerebat frustratorie appellantibus idem Episcopus ex sententia prefata nullum adhuc potuit comodum reportare. propter quod ipse coactus est ad nostram prouidentiam habere re-

recurſum. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus. quatinus prefati fratris proceſſum prouide actum quem ratum habentes auctoritate apoſtolica confirmamus ſublato cuiuslibet dilationis difficultatis & appellationis obſtaculo non obſtante appellatione premiſſa executioni mandare procures. Contradictores & rebelles per excommunicationis in perſonas & terras eorum interdicti ſententias appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quas ſententias facias auctoritate noſtra ſingulis diebus dominicis & feſtiuis pulſatis campanis & candelis accenſis per loca in quibus expedire videris usque ad ſatisfactionem condignam ſolempniter innouari ac etiam inuiolabiliter obſeruari. Non obſtante ſi aliquibus de contradictoribus & rebellibus excepta perſona regis predicti a ſede apoſtolica eſt indultum ut excommunicari ſuſpendi vel interdici per litteras eius nequeant que plenam & expreſſam de indulgentiis huiusmodi non fecerint mentionem neque conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Datum *Lugduni*, IIII. Non. Aprilis Pontificatus noſtri anno quinto.

INNOCENTII IV. Bulla miſſa Epiſcopo *Slesvicenſi* ut præſumta in præiudicium Jurisdictionis Epiſcopi *Roſkildenſis* ipſo exulante in ipſius civitate & dioceſi in debitum ſtatum revocaret.

Ex Apograph. Chart. No. 104.

1248. die 11 Aprilis.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei venerabili fratri Epiſcopo *Slesvicenſi* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noſter Epiſcopus *Roſkildenſis* petitione monſtravit qvod eo procurantibus ſibi odium regium quibusdam ſuis inimicis & emulis manifeſtis a regno *Dacie* recedente poſt occupationem & inuaſionem bonorum epiſcopalium multa circa inſtitutiones eccleſiarum & beneficiorum vacantium in ſua ciuitate & dioceſi & decimas ac iura epiſcopalia & poſſeſſiones epiſcopales que temere detinentur in ſue iurisdictionis preiuditium ſunt preſumta. Unde cum nec ſit debitum neque decens ut ipſo exulante ſua iurisdictio in ſua ciuitate & dioceſi auſu temerario per aliquos eneruetur fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ea omnia que tam contra premiſſas inſtitutiones quam alia poſt diſceſſum ſuum a regno inueneris in eius preiu-

dicium temere attemtata in ſtatum debitum ſtudeas legitime revocare contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellacione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali neque indulgentia eis a ſede apoſtolica conceſſa qua excommunicari vel ſuſpendi non poſſunt per litteras ſeu gratiam que de ipſa non fecerint mencionem. Dat. *Lugduni* III Idus Aprilis Pontificatus noſtri anno quinto.

INNOCENTII IV. Bulla protectoria data fratribus monaſterii de *Sora*.

Ex Codice Diplomat. Sorenſ. fol. XIX.
Ibi ex autograph. ſub plumbo.

1248. die 7 Octobris.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Abbati monaſterii de *Sora* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne facti cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito auocet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & monaſterium ſancte dei genetricis & Virginis *Marie* de *Sora Roſkildenſis* dioceſis in quo diuino mancipati eſtis obſequio ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. in primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati benedicti regulam atque inſtitutionem ciſtertienſium fratrum in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum vel principum oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis de *Erixleff* de *Vithii* de *Walbii* de *Krenketorp* de *Kinnertoſte* de *Metorp*

torp de Oſteff de *Siarſtate* de *Brenſtorp* de *Oſteff* de *Aſwarthebote* de *Tibirki* de *Aas* de *Sorningi* de *Nesbii* de *Greſſte* de *Boueryth* de *Solbyerge* de *Topshoue* de *Brunchoue* & de *Eſtritethorp* villas cum pertinentiis earundem tres partes ville de *Alextate* dimidiam partem ville de *Bieuerſchou* & dimidiam partem ville de *Köke* cum pertinentiis earundem quas idem monaſterium antequam ciſtertienſium fratrum inſtituta ſuſciperet poſſidebat de *Lunge* de *Petersburgh* de *Slauſopebo* de *Gudhem* de *Ekby* de *Katemoſe* de *Gunlinghetorp* de *Nytorp* de *Bierbii* & de *Toaker* grangias cum poſſeſſionibus & pertinentiis earum cum pratis vineis terris nemoribus uſuagiis & paſcuis in boſco & plano in aquis & molendinis in viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale ac etiam noualium que propriis manibus aut ſumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percipit noualibus ſiue de ortis virgultis & piſcationibus veſtris vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſoluros e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere diſcedentem vero absque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. quod ſi quis forte retinere preſumpſerit licitum ſit vobis in ipſos monachos vel converſos regularem ſententiam promulgare illud diſtrictius inhibentes ne terras ſeu quodlibet benefitium eccleſie veſtre collatum liceat alicui perſonaliter dari ſiue alio modo alienari absque conſenſu totius capituli vel maioris aut ſanioris partis ipſius. Sique vero donationes vel alienationes aliter quam dictum eſt facte fuerint eas irritas eſſe cenſemus. ad hec etiam prohibemus ne aliquis monachus ſiue conuerſus ſub profeſſione domus veſtre aſtrictus ſine licentia & conſenſu Abbatis & maioris partis capituli veſtri pro aliquo fideiubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra ſummam capituli veſtri prouidenter conſtitutam niſi propter manifeſtam domus veſtre utilitatem quod ſi facere forte preſumpſerit non teneatur conuentus pro hiis aliquatenus reſpondere. Licitum ſit preterea vobis in cauſis propriis

siue ciuilem siue criminalem contineant questionem fratrum vestrorum testimoniis uti ne pro defectu testium ius vestrum valeatin aliquo deperire. insuper autem auctoritate apostolica inhibemus ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel conuentus forenses vos ire vel iuditio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos conuentus publicos conuocandi venire presumat nec regularem electionem Abbatis vestri impediat aut de instituendo vel remouendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta cisterciensis ordinis se aliquatinus intromittat. Si vero Episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est cum humilitate ac deuotione qua conuenit requisitus substitutum Abbatem benedicere ac alia que ad officium episcopale pertinent vobis conferre renuerit licitum sit eidem abbati si tamen sacerdos fuerit proprios nouitios benedicere ac alia que ad officium suum pertinent exercere & vobis omnia ab alio episcopo percipere que a vestro fuerint indebite denegata illud adiicientes ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis Abbatibus exhibentur ea sint episcopi forma & expressione contenti que ab origine ordinis noscitur instituta ut scilicet abbates ipsi episcopo saluo ordine suo profiteri debeant & contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium siue pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quirquam audeat extorquere sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis qnemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam & communionem sedis apostolice habentem qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesana episcopi forte vacauerit interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere & absque contradictione possitis sic tamen ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum preiuditium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis siquem Episcopum romane sedis ut diximus gratiam & communionem habentem & de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit ab eo benedictiones vasorum & vestium consecrationes altarium ordinationes monachorum auctoritate sedis apostolice recipere valeatis.

Porro

Porro ſi epiſcopi vel alii eccleſiarum rectores in monaſterium vel interdicti ſententiam promulgauerint ſiue etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas ſicut dictum eſt non perſoluitis ſiue aliqua occaſione eorum que ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex caritate vel ad laborandum adiuuerint in illis diebus in quibus vos laboratis & alii feriantur eandem ſententiam protulerint ipſam tanquam contra ſedis apoſtolice indulta prolatam decernimus irritandam. Nec litere ille firmitatem habeant quas tacito nomine ciſtertienſis ordinis & contra indulta apoſtolicorum priuilegiorum conſtiterit imperrari. Preterea cum canonice interdictum terre fuerit liceat vobis nichilo minus in veſtro monaſterio excluſis excommunicatis & interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere ignem apponere. ſanguinem fundere hominem temere capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere, Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus etiam ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. ſalua ſedis apoſtolice auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc conſtitutionis noſtre paginam ſciens contra eam temere venire tempſauerit ſecundo tertioue commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui careat dignitate reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei & domini noſtri Jeſu Xpi aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Xpi quatenus & hic fructum bone actionis percipiant

cipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen. Amen. Amen.

Ego *INNOCENTIUS* Catholice eccleſie Epiſcopus S.
Ego *Petrus* Tit. Sti *Marcelli* Preſbiter Cardinalis S.
Ego Frater *Johannes* Tit. Sti *Laurentii* in Lucina Presbit. Cardinalis S.
Ego *Petrus Albanenſis* Epiſcopus S.
Ego *Johannes* Sti *Nicolai* in carcere Tulliani Diacon. Card. S.

Datum *Lugduni* per manum Magiſtri *Marini* Ste Romane eccleſie Vice Cancellarii nonas Octobris indictione ſexta dominice incarnationis anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octauo. Pontificatus vero Domini *INNOCENTII* Pape quarti anno ſexto.

Jon filii *Jon*, filii *Rœymoth* litteræ qveis teſtatur ſe fratribus de *Eſrom* terram XIX horarum & I Solidi in *Vitherlöſe Litlæ* cum omnibus attinentiis ſuis legaliter ſcotaſſe pro terra unius Marcæ & II ſolidorum in *Langerurb*, terra I Marcæ in *Horæthorp*, & una curia in *Copmannæbauen* in parochia Stæ *Mariæ*.

Ex Cod. Diplomat. Efromenſ. fol. CIII.

1248. die 14 Novembris.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen. Uniuerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis. *Jon* filius *Jon* filii *Rœymoth* ſalutem preſentem & eternam in domino. Cum ad eternam geſtorum memoriam. mortalium facta per ſcripturam auctenticam ſolent perpetuari, ad ſingulorum preſentium & poſterorum notitiam. preſentis ſcripti teſtimonio. volumus peruenire. quod totam terram. videlicet terram decem & nouem horarum & vnius ſolidi in cenſu quam habemus in *Vithærlöſe Litlæ*, que iure hereditario poſt mortem matris noſtre pie recordationis *Cecilie* dinoſcitur nobis obueniſſe. habita deliberatione ſufficienti. bonorum conſilio. cum domibus & fundis. agris. pratis. ſiluis. harumdineto. ſtagnis. & piſcationibus & tribus *Hægnethe dræthær* ad dictum terram pertinentibus cum dilectis nobis.

bis. Venerabili *J.* Abbate. priore. & Cellario. monaſterii de *Eſrom* Roſkildenſis dyoceſis commutauimus preſentibus infra ſcriptis. Tradentes eisdem. nomine dicti monaſterii cum legitima ſcoratione. plenum dominium & corporalem poſſeſſionem dicte terre. & omnium ad dictam terram pertinentium. quieto iure. perpetuo poſſidenda. Dedimus etiam dicto monaſterio & eius procuratoribus. Abbatibus. Prioribus. Supprioribus & Cellariis. qui pro tempore fuerint nomine meo & heredum meorum quos habemus in preſenti vel habituri ſumus dante domino in futurum plenam auctoritatem & liberam poteſtatem. poſſidendi. retinendi. vendendi. commutandi. & quomodolibet alienandi. pro ſue arbitrio veluntatis. Promittimus etiam bona fide pro nobis & pro heredibus noſtris omnibus & ſingulis. qui nunc ſunt & in futurum firmiter attendere & obſeruare omnia & ſingula capita ſupradicta. nec unquam aliquid arte vel ingenio per nos vel per alios contraire. Confitemur etiam & recognoſcimus nos pro ſupradicta terra de conſilio domini *Petri* filii *Ebbonis* aunculi noſtri & aliorum bonorum & diſtractorum cognatorum & amicorum noſtrorum. recepiſſe. e dicto. Abbate & priore & aliis fratribus prefati monaſterii terram in *Langeruth* unius marce. & duorum ſolidorum. in cenſu. & in *Horæthorp* terram vnius marce. in cenſu. cum omnibus mobilibus totaque ſupellectili ibidem exiſtente cum domibus. & fundis. agris, pratis. & ſiluis & omnibus eisdem. fundis attendentibus. & curiam vnam in *Copmanuæhauen* cum domibus & fundo in parrochia Ste *Marie*. & hec omnia confitemur nobis eſſe iuxta conſuetudinem Danorum legitime ſcorata. & nobis & heredibus noſtris perpetuo iure poſſidenda. retinenda. vendenda & commutanda. & quomodolibet alienanda. pro noſtra & noſtrorum voluntate. Ideoque vt effranata cupiditas que pacis ſemper eſt emula. mater litium. & materia iurgiorum. ſuper memorato tractatu inter nos & heredes noſtros ex una parte. & abbates & priores dicti monaſterii qui pro tempore fuerint ex altera. deinceps penitus. conquieſcat expreſſe renuntiamus exceptioni. doli. & omni alii exceptioni qua nobis vel heredibus noſtris aliquo tempore poſſet competere. & omni auxilio Canonici iuris & ciuilis. & omni conſuetudini que in regno Dacie pro lege conſueuerat obſeruari. Hoc etiam adicientes quod ſi aliquis dictum monaſterium contra

hanc

hanc noſtram ordinationem in iuditio vel extra iuditium coram quocunque iudice eccleſiaſtico vel ſeculari. timore dei poſtpoſito preſumpſerit moleſtare indebite, nos bona fide promittimus idem monaſterium ubique defenſuros. In cuius rei euidentiam. ſigillum noſtrum preſenti inſtrumento appoſuimus ſigillum etiam domini & illuſtris Danorum Sclauorumque Regis procurabimus apponendum, rogamus etiam Dnum *Petrum* filium *Ebbonis* kariſſimum auunculum noſtrum & dominum Marſcalcum *Haraldum*. ut pro noſtra voluntate ſigilla ſua preſentibus apponant. Acta ſunt hec & ſcotata. primo apud monaſterium de *Eſrom* hiis coram teſtibus. Dno *Petro* filio *Ebbonis* kariſſimo auunculo noſtro. *Petro Akeſun*. *Thorberno Jonſun*. *Abſalone* Priore & Cellario prefati monaſterii. Secundo apud *Slangethorp*. Thryggæhæræths Thingh. tertio in Landsthyng *Rinſtad*. Anno Domini M.CC.XL.VIII. XIIII. Kalend. Decembris.

ERICI Regis confirmatio ſuper bonis *Huſeby* & *Scheterut* a *Nicolao Græueſun* ſcotatis fratribus de *Eſrom*.

Ex Cod. Diplom. Eſrom. fol. CXXXII. Apograph. Chartac. Vid. No. 105.

1249.

ERICUS Dei gratia Danorum Slauorumque Rex ſingulis & Uniuerſis *Lansthyng* & *Hæresthyng* frequentantibus, nec non & cunctis Chriſti fidelibus tam poſteris quam preſentibus preſens ſcriptum cernentibus ſalutem & gratiam. Cum ſit opus diuine pietatis & gratie in Chriſto Iheſu credentibus moleſtiis & iniuriis indebitis afflictis & oppreſſis ſubvenire miſericorditer. vere ſcimus & firmiter credimus, maius eſſe meritum. eis adeſſe in ſua tribulatione. qui mundi gloriam relinquentes. Iheſum Chriſtum filium Dei ſequentes vitam religioſam elegerunt. Dum igitur dilecti fratres noſtri Ciſtertienſis ordinis Monachi de *Eſrom* nobis conquerendo grauiter demonſtrabant. quod ſuper poſſeſſione quam habent. *Huſeby* & *Sœthærut* indebito grauamine. & recenti calumpnia moleſtantur. Notum facimus vniuerſis hoc ſcriptum cernentibus, prout verius & certius intelleximus & intelligere potuimus ex litteris reuerendi patris noſtri felicis memorie

rie Regis *WALDEMARI.* ſecundi. & beate memorie fratris noſtri Regis *WALDEMARI.* tertii. & venerabilis viri. Roſkildenſis Epiſcopi. *Petri* ſenioris. nec non & ipſius defuncti *Nicolai*, qui cognominabatur *Greueſun*. & aliorum huius terre nobilium. ualide ſatis & efficaciter ſigilli appenſione roboratis. qualiter & quomodo dicta poſſeſſio deuenerit in manus fratrum predictorum *Nicolaus* ſiquidem cognomento *Greueſun*. pro eterne vite remuneratione iter peregrinationis *Iheroſolimitane* aggreſſurus. ob remedium anime ſue. memoratam poſſeſſionem fratribus de *Eſrom* pie & miſericorditer partim donando. partim iuſto emptionis pretio dimittendo conferebat. Ne igitur quod geſtum eſt a viris tam diſcretis & honeſtis propter incurſus prauorum & verſutias poſſit vel debeat eneruari. preſentes litteras ſigillo noſtro roboramus. Precipiendo firmiter ſub obtentu gratie noſtre ſingulis & omnibus. ne ſepedictos fratres de prætaxata poſſeſſione preſumat quiſpiam moleſtare. Datum anno domini M.CC. quadrageſimo nono. *Roſkildis.*

Abelis Ducis Jutiæ litteræ protectoriæ datæ fratribus de *Eſrom.*

Ex Cod. Diplomat. Eſrom. fol. XLVII.

1249. die 28 April.

Abel Dei gratia Dux Jutie. Vniuerſis hoc ſcriptum inſpecturis ſalutem. Quoniam temporibus iſtis adeo increuit malitia peruerſorum ut non ſolum non ſufficiat eis in inuicem machinationis ſue inſidias exercere. verum etiam auaritie ſue eſtibus inflammati. in ipſos interdum religionis viros & bona ipſorum. qui quanto ſunt diuino ſeruitio diſtrictius occupati, tanto deberent eſſe ſingulari quadam ſecuritate a moleſtantium calumpnia liberi & immunes. rapinis & aliis diuerſis iniuriis improba temeritate manum mittere non verentur. Nos qui omnibus religioſis auxilium noſtrum expetentibus protectionis noſtre tenemur beneficium non negare. illos tamen precipue. que nobis ſedulo pietatis obſequio officioſi ſunt, ſpeciali quadam protectionis gratia volumus in ſua iuſtitia confouere. Cum ergo nos huius rei gratia dilectis fratribus noſtris de *Eſrom* velimus efficatioris manutentio-

nis beneficium impendere ex affectione. Monaſterium ipſum cum omnibus ad ſe pertinentibus rebus & perſonis ſub noſtra ſpeciali defenſione ſuſcipimus defendendum. Quicunque igitur dicti monaſterii fratribus in perſonis ſiue rebus ad ſe ſuosue pertinentibus quacunque occaſione inferre leſionem preſumpſerint. niſi eisdem digne ſatisfecerint. de talibus Vltionem expetere. nullarenus omittemus. Datum apud *Commannafanth* anno domini M.CC.XLIX. qvarto KL. Maij.

Contractus inter *JAROMARUM* Principem *Ruyanorum* & ſuum cognatum *Boransen* de *Boransenhagen* ſuper huius portione patrimoniali, ſc. tota parochia *Boransenhagen*; tota terra *Redenyſe* cum parochia *Lanken*; tota terra *Streye* excepta eius qvadam parte Comiti de *Ghuſkow* obligata; tota parrochia *Vilmenytze*; tertia parte *Jaſmundiæ*.

Ex Apographo Chartae. manu Arnæ Magnæi. No. 106.

1249. die 17 Maii.

In nomine Domini Amen. Univerſis & ſingulis præſentia viſuris & audituris. Nos *Detleuus Sum* Canonicus *Caminenſis*, officialis Archidiaconatus *Tribucenſis* in eccleſia *Swerinenſi*, nec non ſacro ſanctæ Cameræ Apoſtolicæ ſuccollector, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus omnibus & ſingulis ſupradictis, qvod conſtitutus coram nobis perſonaliter in iudicio honorabilis vir Dominus *Nicolaus Horſt*, Presbyter *Roſkildenſis* dioceſis, procurator & procuratorio nomine ſtrenui viri Domini *Prydbori* de *Pudbuſch*, militis & nobilis Baronis, patentem litteram in pergameno conſcriptam, ſanam & integram non vitiatam, non cancellatam, non abolitam, nec in aliqva ſui parte ſuſpectam, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentem, ſigillo Illuſtris Principis *BARNYM* Ducis *Slauorum* de cera glauci coloris, cum filis ſericis viridis & rubei coloris inpendente ſigillatam exhibuit & præſentavit. In cuius ſigilli medio Dux armatus ſedens in eqvo ſuo galeatus, vexillum ſeu bannerium tenens in manibus ſuis in pectore vero tenens clipeum, in cuius clipei medio ymago griphonis, & ſub eqvi medio ymago urbis. in circumferentia vero ſigilli, ut prima fronte apparuit, ſculptæ erant hæ litteræ *BARNYM* Ducis

Sla-

Slauorum. Tenor vero litteræ ſeqvitur, & eſt talis: *BARNYM* Dei gratia Dux *Slauorum*, omnibus in perpetuum ſalutem. Ut ea qvæ fiunt in tempore etiam progreſſu temporis perpetuitatis robur habeant, & ſcripturis auctenticis, ac teſtibus ydoneis ſunt memoriæ commendanda. Noſcat igitur præſentium univerſitas ac poſteritas futurorum. Nos ex ſpeciali rogatu amicabili interfuiſſe ordinationi & contractui inter inclitum Dominum, Dominum *JAROMARUM* Principem *Ruyanorum* parte ex una, nec non *Boranten* de *Borantenhaghen*, nobilem Baronem de genere eiusdem Principis, parte ex altera. Qvi ſic inter ſe, omni controverſia & impetitione in perpetuum ſecluſa, concorditer ſtatuerunt, qvod idem Dominus *Borante* cum ſuis hæredibus, pro portione ſua patrimoniali infra ſcripta bona & terras habeat & poſſideat, prout ea & ſui progenitores hactenus habuerunt & poſſiderunt videlicet totam parrochiam *Borantenhaghen* per ſuos progenitores fundatam & exſtructam. In inſulari terra *Rugæ* totam terram *Redenyze* cum parrochia *Lake*. totam terram *Streye*, cuius tamen partem cuidam Comiti de *Ghuſkow* qvinqvenni cum filia fratris ſui byenni, pro qvingentis marcis argenti, ratione dotis, iuſte pigneris titulo, ſecundum noſtram placitationem obligavit, perpetuam tamen ſibi & ſuis hæredibus redemptionem optinendo, prout in litteris inde conficiendis plenius, Deo dante patebit. Ceterum totam parrochiam *Vilmenytze*, etiam per ſuos progenitores fundatam, cum omnibus curiis, villis & prædiis, ubiqve in principatu & in omnibus parrochiis antedictæ terræ *Rugæ* ſituatis. Hæc omnia, ut præfertur, bona & terras, eo iure, qvo princeps ſua poſſidet, ipſe qvoqve & ſui hæredes perpetuo poſſidebunt, cum mari ſalſo prædictas terras & bona ubiqve attingenti, cum litoribus etiam qvod *Vorſtrant* dicitur, & plane cum omni iure, dominio & libertate, nullis penitus exceptis. Addidit qvoqve nunc in iſta ordinatione idem princeps tertiam partem totius terræ *Jaſmundiæ* ſibi & ſuis hæredibus, cum merita, mari ſalſo & iuribus ſupradictis perpetuo poſſidendo, pro patrimoniali ſui ſupplemento & innatæ dilectionis firmamento; ita qvod in dictis bonis, ipſo Domino *Boranten* antedicto & ſuis hæredibus viventibus, nichil iuris ad eundem principem divolvi debeat in futurum, ex qvo qvod talis parentela eiusdem principis a gentilitatis tem-

pore legitime deſcendebat. In qvorum omnium & ſingulorum teſtimonium, ſigillum noſtrum ad preces partis utriusqve præſentibus eſt appenſum. Teſtes huius rei ſunt Dominus *WARTISLAUS* Dux Diminenſis, Dominus *Ghodekinus*, Dominus *Miluſko* de *Vſnam*, *Ventzitus* de *Vznam*, *Stephanus* filius *Muſkonis*, & alii qvam plures fidedigni ex utraqve parte ad præſentia reqviſiti. Datum *Stetyn* Anno Domini Milleſimo CC.XLIX. XVI Kalendas Junii.

Qva qvidem littera lecta & per nos diligenter examinata, præfatus *Nicolaus Horſt*, procurator & procuratorio nomine qvo ſupra præfatas litteras transſcribi, transſumi, & in publicam formam redigi petiit auctoritate noſtra ordinaria & decreto, ne ipſius copia caſu fortuitu ammittatur. Nos itaqve huiusmodi procuratoris petitioni annuentes, præfatam litteram per notarium infra ſcriptum tranſumi & publicari mandavimus, noſtriqve ſigilli appenſione iuſſimus communiri, volentes & tenore præſentium decernentes, qvod transſumpto huiusmodi deinceps in omnibus & per omnia plena fides adhibeatur, tam in iudicio qvam extra, ſicut originales litteræ antedictæ; ipſumqve transſumptum fidem faciat in agendo, qvibus omnibus & ſingulis noſtram auctoritatem interponimus & decretum. Datum & actum Anno Domini Milleſimo qvadringenteſimo viceſimo primo, Indictione XIIII Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini *Martini* divina providentia Papæ Qvinti anno qvarto, ſecunda die menſis Auguſti, hora Veſperorum vel qvaſi, in Domo habitationis noſtræ in opido *Straleſſundis*, præſentibus honorabilibus viris Dominis *Nicolao Brant*, *Nicolao Wuke*, *Jacobo Heynonis*, *Hermanno Vake*, Presbyteris *Petro Hoghedorp*, *Johanne Tymmonis* Presbyteris & *Egghardo Woſtonie* clerico, notariis publicis teſtibus, *Caminenſis*, *Zwerinenſis* & *Roſtildenſis* dioceſ. ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Conradus Ryke*, Presbyter Swerinenſis dyoceſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, huiusmodi transſumpti decreto, omnibusqve aliis & ſingulis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænotatis teſtibus præſens interfui, eaqve ſic fieri vidi & audivi, & in hanc publicam formam redigi, unacum ſupradicti

dicti iudicis sigilli appensione. Qvam qvidem publicam formam signo & nomine meis solitis & consvetis signavi, in evidens testimonium omnium præmissorum rogatus & reqvisitus.

ERICI Regis Litteræ protectoriæ datæ fratribus de *Esrom.*

Ex Cod. Diplom. Esrom. fol. XLIX. Apogr. Chartac. vid. No. 107.

1249. die 24 Julii.

ERICUS Dei gratia Danorum Slauorumque Rex, omnibus presens scriptum cernentibus, in Domino salutem. Licet omnem religiosorum ordinem sincere in Domino diligamus, fratres tamen Cistertienses ordinis de *Esrom* fauore amplectimus speciali. Hinc est, quod constare volumus presentibus & futuris, nos predictum locum cum omnibus suis pertinentiis, possessionibus & personis, sub protectionem regiam suscepisse, contra quoslibet infestatores, secundum iustitiam in temporalibus defendendum, sub obtentu gratie nostre districtius inhibentes, ne quis presumat predictum monasterium de nostre tuitionis gratia confidens, aliquibus iniuriis siue molestiis perturbare. Quod qui malitiose contra nostram prohibitionem attemptauerit, Vltionem non effugiet Regie Maiestatis. Datum *Tmbrie* anno domini. M.CC.XLIX nono KL Augusti.

INNOCENTII IV. Bulla, qua iubetur Archidiaconus *Arusiensis* cogere iudices ad exsequendum mandatum Papæ de restitutione Castri *Kopmanne Hafn* & suarum pertinentiarum; & quod episcopus *Roskildensis* valeat in sua ecclesia & dioecesi libere commorari.

Ex Apogr. Chartac. No. 108. collat. cum Tom. Barthol. E.

1249. die 27 Junii.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio . . Archidiacono *Aurusiensi* salutem & Apostolicam benedictionem. olim intelleximus quod venerabilis frater noster Episcopus *Roskildensis* castro suo de *Kopmanne Hafn* & rebus aliis suis Episcopalibus non absque kariſſimi in Christo filii nostri . . illustris Regis *Dacie* conniuentia

ſpoliatus cogebatur propter metum Regis ipſius extra patriam exulare Regem eundem per dilectum filium fratrem *Symonem* de ordine Minorum moneri mandauimus & induci ut dicto Epiſcopo reſtitui faceret bona ſua & permitteret eum in ſua eccleſia libere commorari. Sed prefato Rege predicta facere non curante nos poſtmodum venerabili fratri . . Epiſcopo *Slesvicenſi* . . Priori prouinciali predicatorum & . . Miniſtro Minorum fratrum de *Dacia* noſtris dedimus litteris in mandatis vt ſepedictum Regem & quoslibet detentores caſtri & bonorum predictorum quod ea ipſi epiſcopo cum fructibus medio tempore perceptis & qui percipi potuerunt ex eis reſtituerent vel reſtitui facerent & permitterent eum in ſua ciuitate morari preſtita ſibi ſuper hoc ab eodem Regi ſufficiente ſecuritate monerent & induci procurarent prefatum Regem ad premiſſa per interdicti in quasdam terras eius & alios detentores rerum ipſarum & impedientes per excommunicationis ſententias compellando. Ceterum quia Epiſcopus Prior & Miniſter predicti mandatum ſuper premiſſis apoſtolicum exſequi non curarunt prefatus Roſkildenſis Epiſcopus nobis humiliter ſupplicauit in hac parte ſibi prouidentia ſedis apoſtolice ſubueniri. Nolentes igitur ut huiusmodi negotium vlterius differatur diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus prefatos Epiſcopum Priorem & Miniſtrum ad exequendum mandatum noſtrum ſuper premiſſis iuxta traditam ſibi formam auctoritate noſtra compellere non poſtponas. Non obſtante ſi predictis Epiſcopo Priori & Miniſtro ſpecialiter vel eorum ordinibus generaliter eſt ab apoſtolica ſede indultum quod excommunicari interdici nequeat nec ſuſpendi per litteras apoſtolicas non facientes expreſſam de indulto huiusmodi mentionem. Datum *Lugduni* VI. Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Petri

Petri Ebbonis filii. teſtimonium Patrem ſuum *Ebbonem Synonis* fratribus in *Eſrom* poſſeſſionem *Herleue Nörre* cum omnibus ſuis attinentiis obtuliſſe & legitime ſcotaſſe.

Ex Codice Diplomat. Eſromenſ. fol. XCVIII.

1250.

Uniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus *Landſthing* & *Haretztingh* frequentantibus. pariterque omnibus preſentem ſcripturam videntibus & viſuris. *Petrus* filius *Ebbonis* ſalutem in domino Jeſu Xpo. Vt in notitiam deueniant poſterorum rerum ordinatio preteritarum geſta per priores. In nomine ſancte & indiuidue trinitatis patris & filii & ſpiritus ſancti. ad communicationem & manifeſtationem. poſterorum. qualiter & quomodo. poſſeſſio quam habent in *Herleuæ nörre* dilecti fratres noſtri Ciſtertienſis ordinis monachi de *Eſrom* fuerit eisdem in manus tradita. Ego *Petrus* filius *Ebbonis* preſenti ſcripto feci diligentius annotari . . præſentibus & futuris neſcientibus illius facti veritatam omnimodam. Res ipſa ſic fiat cognita ut eandem poſſeſſionem. dictis monachis habentibus non ſit honoroſa. Vt remota totius ambiguitatis caligine rei veritas cunctis Catholicis audientibus & audituris euidentius eluceſcat. quod filii qui naſcentur & exſurgent enarrent ea filiis ſuis. Dilectiſſimus itaque Pater meus pie memorie dominus *Ebbo Suneſun*. volens anime ſue ſalubriter preuidere. ſoſpitate fruens corporali nulla confectus debilitate uel langore preraxatam poſſeſſionem in remiſſionem ſuorum peccatorum ob remedium & ſalutem anime ſue. in honorem Jeſu Xpi & beate Marie Virginis matris eius & ſanctorum confeſſorum *Benedicti* & *Bernardi*. ſepedictis monachis conferrebat. tradens eis plenum ius & dominium integrum & perfectum poſſidendi. retinendi. vendendi. commutandi & quomodoliber alienandi. pro ſue arbitrio voluntatis. Videlicet fundum ipſum cum domibus. agris pratis. & ſiluis. renuntians omni iuri ſuo quod ibidem habuit & omni exceptioni. doli que per ipſum vel per ſuos heredes calumpnioſe poſſet euenire de poſſeſſione ſupra dicta. Aſſignans eis ſub certo tytulo legitime ſcotationis ſecundum omnem curſum iuris. & ſolempnitatem. que in regno Dacie pro lege ſolet obſeruari. expreſſe etiam renuntians omni exceptioni. que ſibi

vel

ſpoliatus cogebatur propter metum Regis ipſius
lare Regem eundem per dilectum filium fratr
Minorum moneri mandauimus & induci
faceret bona ſua & permitteret eum in
Sed prefato Rege predicta facere non
rabili fratri . . Epiſcopo *Slesvic*
dicatorum & . . Miniſtro M
dimus litteris in mandatis vt
rores caſtri & bonorum pr
ctibus medio tempore p
tuerent vel reſtitui fa
ri preſtita ſibi ſupe
& induci procur
quasdam terr
per excom
ſcopus P
cum
m

o. 6.

Dei, dilectis filiis,
ibus ordinis fratrum
iem. Cum a nobis pe-
equitatis quam ordo exi-
ſtri ad debitum perduca-

Quapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtula-
tionibus grato concurrentes aſſenſu ſepulturam eccleſiarum ueſtrarum
liberam eſſe decernimus ut earum deuotioni & extreme voluntati qui
ſe illic ſepeliri deliberauerint nullus obſiſtat. Salua tamen iuſtitia
illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis & con-
ſtitutionis infringere vel ei auſu te . . . contraire. Siquis autem
hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis Dei . . .
Petri. & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum
Lugduni V. Kalend. Martii . . . . noſtri annoſeptimo.

Bulla deeſt.

INNO-

INNOCENTII IV. Bulla, indulgens Epiſcopo *Roſkildenſi* facultatem interdictum, ubi eccleſiæ ſatisfactum fuerit relaxandi.

Ex Apograph. Chart. No. 108.

1250. die 5 Aprilis.

...CENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri ... *Roſkildenſi* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. In noſtra ...i preſentia conſtitutus quod bone memorie *Roſkildenſis* Epi... deceſſor ...uus in totam dyoceſim *Roſkildenſem* propter noto...rifeſtam iniuriam que ſibi & eccleſie ſue a quibusdam ip...anonicis inferebatur interdicti ſententiam exigente iuſti... promulgari mandauit. A qua ſententia iidem Canonici ...iod dictus Epiſcopus qui metu Regio adire ſuam eccle... at prefatam ſententiam extra ipſam dyoceſim tulerat ...alias cauſas friuolas ad noſtram audientiam appella... appellationem huiusmodi quanquam potuerint infra ... minima proſequentes ac alii Clerici & laici dicto... ceſis eorum exemplo corrupti eandem ſententiam ... plius dampnabiliter contemnendo Presbiteri di... ... immo quantum in eis eſt verius prophanare ...lerici vero & laici ſe diuinis officiis immiſcere preſumunt in animarum ſuarum periculum eiusdem eccleſie preiudicium & eccleſiaſtice diſcipline contemptum. Quamuis igitur contra eos de rigore iuris eſſet grauiter procedendum quia tamen circa ſubditos ineſſe debet rectoribus & iuſte conſulens miſericordia & pie ſeuiens diſciplina, tuis ſupplicationibus inclinati relaxandi dictam ſententiam poſtquam de predicta iniuria tibi & ipſi eccleſie fuerit ſatisfactum & prouidendi eisdem Presbyteris & Clericis ex predictis ſuper huiusmodi exceſſu prout ſecundum Deum animarum ſuarum ſaluti expedire videris auctoritate tibi preſentium concedimus facultatem. Datum *Lugduni*, Non. April. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

INNOCENTII IV. Bulla mandans *Nicolao* Elemosinario ut Castrum *Kopmannehafn* & bona Episcopalia Episcopo *Roskildensi* per Regem & detentores restitui faciat sub poena interdicti in loca ad qvæ Rex & detentores peruenerint.

Ex Apograph. Chartæ No. 109.

1250. die 9 Maii.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum dei dilecto filio fratri *Nicolao* Elemosinario monasterii *Trenorchiensis* Capellano dilecti filii nostri *P.* tit. S. *Marcelli* Presbiteri Cardinalis in partibus *Dacie* nuntio nostro salutem & apostolicam benedictionem. Bone memorie *Roskildensis* Episcopus per Carissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem *Dacie* qui Castrum *Kopmannehafn* conductosque reddibus ad eundem Episcopum pertinentes fecerat occupari exulare compulso per fratrem *Symonem* de ordine fratrum minorum ad Regnum *Dacie* super hoc a nobis specialiter destinatum & per ipsius regni prelatos super restitutione predictorum facienda & securitate procuranda ipsi episcopo de commorando pacifice in regno predicto moneri fecimus dictum Regem. & quia idem eorum monitis minime acquieuit, dictus frater de premissis cognita veritate venerabili fratri nostro . . . *Lundensi* Archiepiscopo eiusdem episcopi nomine cuius tunc super hiis procuracionem gerebat *Roskildensem* ecclesiam castrum ipsum & alia bona Episcopalia sententialiter assignauit prout sibi de auctoritate mandati apostolici competebat iniungens quibusdam canonicis eiusdem ecclesie vt quicquid de bonis ad dictum episcopum spectantibus sui exilii tempore perceperant & que potuerunt percipi eidem restitui procurarent. in contradictores & nominatim in *Haslinum* Presbyterum & quosdam laycos *Roskildensis* diocesis pro eo quod de predictis aliqua detinentes ea restituere denegarunt & in omnes generaliter qui impedirent vel prohibere presumerent reddi eidem Episcopo iura sua vel de bonis suis preter ipsius & sui procuratoris assensum distraherent aliqua excommunicationis sententia promulgata. Quibus Rex predictus auditis e contra sub certa pena prohibuit nequis eidem Episcopo vel procuratori suo responderet nec reuocare voluit inhibitionem huiusmodi licet eum super hoc per nostras duxerimus litteras commonen-

nendum. Sicque dictus Episcopus finiuit in exilio vitam suam. Quia vero firmiter credimus quod si prefatus Rex contra eundem Episcopum ex quacunque causa concepit eo subtracto de medio cohibebit de facili super hiis animi sui motum usus consilio saniori presertim cum venerabilis frater noster successor eiusdem Episcopi celsitudini Regie gratum reddere se proponat iuribus ecclesie sue saluis. Discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus personaliter ad regnum ipsum accedens predictum regem moneas efficaciter & inducas ut castrum & alia supradicta percepta de iuribus eiusdem successoris a tempore exilii predecessoris sui & que percipi potuerunt dicto successori cum debita restauratione damphorum & satisfactione iniuriarum que medio tempore sunt illata per ipsum ecclesie Roskildensi castri eiusdem & omnium ad ipsum spectantium faciat eum pacifica possessione gaudere. Quodsi monitis tuis acquiescere forte noluerit tu per te vel per alium seu alios in negocio procedens de plano & sine iudicii strepitu conpocatis prelatis vt commodius & tutius fieri poterit etiam si oportuerit extra regnum predictum dummodo circa fines ipsius. & aliis quos videris huiusmodi negotio expedire loca ad que idem Rex vel nobiles seu quiuis alii detentores bonorum & iurium eiusdem Episcopi deuenerint quamdiu fuerint ibi supponas auctoritate apostolica ecclesiastico interdicto. Ita quod nullum ibidem celebretur diuinum officium preter penitentias morientium & baptismata paruulorum. Vt sic saltem talia perpetrantes rubore correpti per satisfactionem se deo reconcilient a quo per offensam huiusmodi longius recesserunt. Non obstante si eidem Regi vel aliis quibuscunque personis sit ab apostolica sede concessum ne extra regnum ipsum vocari vel in personas suas excommunicationis vel interdicti sententia valeat promulgari vel quauis eiusdem sedis indulgentia per quam mandati nostri executio super hoc impediri valeat seu differri aut de quo plenam & expressam fieri oporteat in presentibus mentionem & si ex indulto sedis apostolice aliquis tui ordinis fili N. de causis cognoscere vel eas exequi minime teneatur & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Datum *Lugduni* VII Idus Maii Pontificatus nostri anno septimo.

INNOCENTII IV. Bulla mand
Kopmannehafn & bona Epi
& detentores reſtitui faci
& detentores peruener

Ex Ap

179

INNOCENTIUS
Nicolao Elemoſin
noſtri *P.* tit. S
rio noſtro ſalu
ſkildenſis Epi
ſtrem Rege
ad eunde
per frat
ſuper
ſupe
ep

ſionario ut Caſtrum
Rege reſtitui ſub poe-

dilecto filio frat
lano. dilecti
Partibus
Bone
lium
Hafn

caritate
predicto moneri
eorum monitis minime aquie-
ta veritate venerabili fratri noſtro
opo eiusdem Epiſcopi nomine cuius tunc
nem gerebat *Roſkildenſem* eccleſiam Caſtrum ip-
a epiſcopalia ſententialiter aſſignauit prout ſibi de au-
mandati apoſtolici competebat iniungens quibusdam Canoni-
eiusdem eccleſie ut quicquid de bonis ad dictum Epiſcopum ſpe-
ctantibus ſui exilii tempore perceperant & que ponerunt percipi ei-
dem reſtituere procurarent. In contradictores & nominatim in *Ha-
ſtinum* Presbyterum & quosdam Laicos *Roſkildenſis* dioceſis pro eo
quod de predictis aliqua detinentes ea reſtituere denegarunt & in om-
nes generaliter qui impedirent vel prohibere preſumerent reddi eidem
Epiſcopo iura ſua vel de bonis ſuis preter ipſius aut procuratoris aſ-
ſenſum diſtraherent aliqua excommunicationis ſententia promulgata.
Quibus Rex predictus auditis e contra ſub certa pena prohibuit ne quis
eidem Epiſcopo vel procuratori ſuo de bonis Epiſcopalibus reſponde-
ret. Nec reuocare voluit inhibitionem huiusmodi licet eum ſuper
hoc per noſtras duxerimus litteras commonendum. Sicque dictus

Epi-

Episcopus finivit in exili
quod si prefatus Rex co
conceperit eo subtracto
sui motum usus consili
ter successor eiusdem
ponat iuribus eccl
in mandatis vt
moneas effi
de iuribus
percipi p
& sat
lesie
I

clamor quem eiusdem ecclesie
tri remissam inueniat & ho-
entem ad deum ultionum
eccantis offensam rerum
rga prefatam ecclesiam
militas contra eam
am prisca fidelium
habet non modi-
ti exulare pon-
smodi matu-
t. Et licet
e paterna
lubriter
amen
non
e-

182

omn
is acquiescere for
seu alios in negotio procedens
conuocatis prelatis ubi commodius & tutius
tuerit extra regnum predictum dummodo circa
quos videris huiusmodi negotio expedire loca ad que idem Re
biles seu quiuis alii detentores bonorum & iurium eiusdem Episcop
deuenerint & quam diu ibi fuerint supponas auctoritate apostolica ec-
clesiastico interdicto. Ita quod nullum ibidem celebretur diuinum
officium preter penitentias morientium & baptismata paruulorum.
Ceterum ne si ad curandam morbi duriciem leuia fomenta non prode-
runt in graue salutis tam ipsius Regis quam nostre dispendium validioris
medicine remedia negligamus discretioni tue per apostolica scripta man-
damus quatinus si prefati Rex & detentores nec sic res peruenerint con-
gruo temporis spacio exspectato tu postmodum cum merita pro con-
tumacia pena debeat augmentari Regem fautores & detentores eosdem
siue sint nobiles siue alie quecunque persone per excommunicationis in
personas & in regnum predictum & terras talium interdicti sen-
tentias etiam extra ipsum Regnum si oportuerit in loco ydoneo
constitutus vocatis illuc quos negotii vtilitas exegerit euocari ad om-

 nia

INNOCENTII IV. Bulla mandatoria *Nicolao* Elemoſinario ut Caſtrum *Kopmanne Hafn* Epiſcopo *Roſkildenſi* faciat a Rege reſtitui ſub poena interdicti & excommunicationis.

Ex Apograph. Chartac. No. 119.

1250. die 18 Maii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilecto filio fratri *Nicolao* Elemoſinario monaſterii *Trenorchienſis* Capellano. dilecti filii noſtri *P.* tituli Sti *Marcelli* Presbyteri Cardinalis in Partibus *Dacie* nuncio noſtro ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Bone memorie . . *Roſkildenſi* Epiſcopo per cariſſimum in Chriſto filium noſtrum . . illuſtrem Regem *Dacie* qui Caſtrum *Kopmanne Hafn* cunctosque reditus ad eundem epiſcopum pertinentia occupavit exulare compulſo per fratrem *Symonem* de ordine fratrum minorum ad Regnum *Dacie* ſuper hoc a nobis ſpecialiter deſtinatum & per ipſius regni prelatos ſuper reſtitutione predictorum facienda & ſecuritate preſtanda ipſi Epiſcopo de commorando pacifice in regno predicto moneri fecimus dominum Regem. Et quia idem eorum monitis minime aquieuit dictus frater de premiſſis cognita veritate venerabili fratri noſtro . . *Lundenſi* Archiepiſcopo eiusdem Epiſcopi nomine cuius tunc ſuper hiis procurationem gerebat *Roſkildenſem* eccleſiam Caſtrum ipſum & alia bona epiſcopalia ſententialiter affignauit prout ſibi de auctoritate mandati apoſtolici competebat iniungens quibusdam Canonicis eiusdem eccleſie ut quicquid de bonis ad dictum Epiſcopum ſpectantibus ſui exilii tempore perceperant & que potuerunt percipi eidem reſtituere procurarent. In contradictores & nominatim in *Haſtinum* Presbyterum & quosdam Laicos *Roſkildenſis* dioceſis pro eo quod de predictis aliqua detinentes ea reſtituere denegarunt & in omnes generaliter qui impedirent vel prohibere preſumerent reddi eidem Epiſcopo iura ſua vel de bonis ſuis preter ipſius aut procuratoris aſſenſum diſtraherent aliqua excommunicationis ſententia promulgata. Quibus Rex predictus auditis e contra ſub certa pena prohibuit ne quis eidem Epiſcopo vel procuratori ſuo de bonis Epiſcopalibus reſponderet. Nec reuocare voluit inhibitionem huiusmodi licet eum ſuper hoc per noſtras duxerimus litteras commonendum. Sicque dictus

Epi-

Epiſcopus finivit in exilio vitam ſuam. Quia vero firmiter credimus quod ſi prefatus Rex contra eundem Epiſcopum ex quacunque cauſa conceperit eo ſubtracto de medio cohibebit de facili ſuper hiis animi ſui motum uſus conſilio ſaniori. Preſertim cum venerabilis frater noſter ſucceſſor eiusdem Epiſcopus celſitudini Regie gratum reddere ſe proponat iuribus eccleſie ſue ſaluis. Per alias litteras noſtras tibi dedimus in mandatis vt perſonaliter ad regnum ipſum accedens predictum Regem moneas efficaciter & inducas vt Caſtrum & alia ſupra dicta percepta de iuribus eiusdem ſucceſſoris a tempore exilii predeceſſoris ſui & que percipi potuerunt dicto ſucceſſori cum debita reſtauratione dampnorum & ſatisfactione iniuriarum que medio tempore ſunt illata per ipſum eccleſie ſupradicte reſtituere ſine qualibet diminutione procuret & Eccleſie Roſkildenſis caſtri eiusdem ac omnium ad ipſum ſpectantium faciat eum pacifica poſſeſſione gaudere. Si vero ſucceſſor ipſe preſens non fuerit in regno predicto tu premiſſa noſtro & romane eccleſie nomine requirere ac exigere non omittas. Quod ſi monitis tuis acquieſcere forte noluerit Rex predictus tu per te vel per alium ſeu alios in negotio procedens de plano & ſine iudicii ſtrepitu conuocatis prelatis ubi commodius & tutius fieri poterit etiamſi oportuerit extra regnum predictum dummodo circa fines ipſius & aliis quos videris huiusmodi negotio expedire loca ad que idem Rex vel nobiles ſeu quiuis alii detentores bonorum & iurium eiusdem Epiſcopi deuenerint & quam diu ibi fuerint ſupponas auctoritate apoſtolica eccleſiaſtico interdicto. Ita quod nullum ibidem celebretur diuinum officium preter penitentias morientium & baptiſmata paruulorum. Ceterum ne ſi ad curandam morbi duriciem leuia fomenta non proderunt in graue ſalutis tam ipſius Regis quam noſtre diſpendium validioris medicine remedia negligamus diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ſi prefati Rex & detentores nec ſic res peruenerint congruo temporis ſpacio exſpectato tu poſtmodum cum merita pro contumacia pena debeat augmentari Regem fautores & detentores eosdem ſiue ſint nobiles ſiue alie quecunque perſone per excommunicationis in perſonas & in regnum predictum & terras talium interdicti ſententias etiam extra ipſum Regnum ſi oportuerit in loco ydoneo conſtitutus vocatis illuc quos negotii vtilitas exegerit euocari ad om-

nia premiſſa compellas & easdem ſententias ſolen niter publicans eos pulſatis campanis & accenſis candelis facias usque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus inuiolabiliter obſeruari. Non ſeruantes vero predictas ſententias, ſi qui forſitan fuerint eos ad preſentiam tuam venire eccleſiaſtica cenſura compellas pro meritis recepturos. vt ſic ſaltem talia perpetrantes rubore correpti per ſatisfactionem ſe deo reconcilient a quo per offenſam huiusce modi longius receſſerunt. Non obſtante ſi eidem Regi vel aliis quibuscunque perſonis ſit ab Apoſtolica ſede conceſſum ne extra Regnum ipſum vocari vel in predictum Regnum aut terras quorumlibet eorundem interdicti ſententia valeat promulgari vel quauis eiusdem ſedis indulgentia per quam mandati noſtri executio ſuper hoc impediri valeat ſeu differri aut de qua plenam & expreſſam fieri oporteat in preſentibus mentionem aut ſi ex indulto ſedis predicte aliquis tui ordinis fili N. de cauſis cognoſcere & eas exequi minime teneatur ex conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Dat. *Lugduui.* XV. Kalendis Junii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

INNOCENTII IV. Bulla hortatoria ad Regem Daniæ, ut *Jacobum* Epiſcopum *Roſkildenſem* benigne recipiat & ei omnia eccleſie *Roſkildenſi* Ablata integre & plene reſtituat.

Ex Apogr. Chártac. No. III.

1250. die 21 Maii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei kariſſimo in Ckriſto filio Regi *Dacie* illuſtri ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Vox lamentationis & gemitus nimis diu auditur in terris quam de ſuis afflictionibus exprimit eccleſia Roſkildenſis a potentie ſue brachio quo regaliter erigi debuerat miſerabiliter preſſa iacens ſatis moleſte pro ſerenitatis tue po . . claritate quam nulla velſemus obduci nube caliginis. Noſter & ſenſus & animus illo nimirum oſtenditur ſcandalo quod in populis de ipſius eccleſie mamento pruducitur. cum non nouerit niſi qui recte non ſapit quod nec ita docet nec ita Reges catholicos inſtituit Chriſtum Chriſti. Verum ex eo cor noſtrum acer-

bior

bior urget aculeus quod ueremur ne clamor quem eiusdem eccleſie amaritudo frequentat ſi iuſtitiam zeli noſtri remiſſam inueniat & homini plus debito in executione iudicii deferentem ad deum ultionum aſcendat in celum & non ſolum aduerſus peccantis offenſam rerum euidentia & diffamatio perhibet plurimorum erga prefatam eccleſiam apponens cor tuum in viribus regie fortitudinis militas contra eam ipſam namque libertatibus & dotibus ſuis quibus eam priſca fidelium principum donauit liberalitas quod quidem pudoris habet non modicum denudaſti ac bone memorie ipſius tam diu coegiſti exulare pontificem donec fatalis dies quam forſan tribulationis huiusmodi maturauit aduerſitas ipſius & vite ſimiliter & exilio finem dedit. Et licet ſuper hiis apud te fuerit monitis & precibus eccleſiaſticis ac paterna ſollicitudinis noſtre diligentia deſudatum ut recognoſceres ſalubriter & conſulte reduceres in ſtatum debitum quod feciſti ad huc tamen eccleſie prefate tranquillitas aut tibi dignus fructus penitentie non prouenit. Numquid igitur immunem kariſſime fili poſt iſta te reputas ut diſtrictum arbitrum poſſis expectare ſecurus quaſi deus qui finxit oculum non conſideret & qui plantauit aurem non audiat que ſub ſole geruntur. An credis quod Rex Regum cum ad iudicandum iuſticias tempus acceperit conniuentibus oculis plectenda potentum commiſſa pretereat quaſi iudicia ſua diſpenſans in acceptionibus perſonarum. Non eſtimes preterea Rex inclite tibi tutum ſi ante thronum dei patronorum ſpiritualium querele contra te perſtrepent per quos perorari oportet coram tremendo iudice cauſam tuam & a quibus debes dum es in via per quam ad ineuitabile tribunal duceris orationum ſacramentorumque ſuffragiis vt iudicium abſolutionis accipias adiuuari. Quapropter regalem manſuetudinem rogandam duximus & hortandam obſecrantes per criſtum dominum omnis potentatus auctorem quatinus dilueris de tua conſcientia hoc peccatum & fulgura ſerenitatis Regie pulchritudine notam iſtam venerabilem fratrem noſtrum *Jacobum* Roſkildenſem Epiſcopum, in quo cum ei ſuppetant plurima dona virtutum de maxilla ſepe fate eccleſie lacrimam viduitatis abſterſimus preficiendo eum illi de fratrum noſtrorum conſilio in Epiſcopum & paſtorem & conſiderantes quod in puritate fidei eius quem nouimus affectu ſincero tuam zelari ſaluteṁ regia poterit ſublimitas

fidu-

fiducialiter reclinari ac nuntios ipſius honorificentie congrue debito fauore ſuſcipiens eidem poſſeſſiones eccleſie ſibi commiſſe ac alia iura ſubtracta integre ac plane reſtituas, dampna reſarcies & cum perſonarum ac rerum ſecuritate plenaria honorem ei exhibeas eccleſiaſtice libertatis. Porro ſiquid rancoris contra predeceſſoris perſonam forte conceperas quod te in iacturam eccleſie prouocarit id debet penitus deceſſiſſe cum cauſa. Ne ſi motum animi ad ſucceſſoris innocentiam prorogas appareas hactenus in maiorem notam regie magnitudinis non perſonam ſed eccleſiam perſecutus. Suſcipe igitur kariſſime fili monita Patris te in ſincera caritatis dulcedine deprecantis & ea per dilectum filium fratrem *Nicolaum* Elemoſinarium *Trenorchienſem* Capellanum dilecti filii noſtri *P.* Tit. Sancti *Marcelli* Presbyteri Cardinalis quem propter hoc ad tuam excellentiam duximus deſtinandum in ſpiritu filialis benignitatis intendens in effectum facilis exaudicionis admittas vt eccleſia predicta poſthec preterite prorſus oblita preſſure deum in ipſius offenſam . . affectuoſa tibi & regno tuo reddat interceſſione placatum. Et nos exinde Celſitudini tue digne laudis exſoluamus preconium cum actionibus gratiarum. ingens de te gaudium in domino reſumpturi cum iuſtitiam diligere ac iniquitatem odire probaberis propter quod unxit te dominus Deus tuus. Dat. *Lugduni* XII Kal. Junii Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

ABELIS Litteræ protectoriæ datæ fratribus de *Eſrom.*

Ex Cod. Diplom. Eſrom. fol. XLVII. b. Apogr. Chartac. vid. No. 112.

1250. die 8 Novembris.

ABEL Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex, Dux Jutie, omnibus hoc ſcriptum cernentibus ſalutem. Quoniam temporibus iſtis adeo increuit malitia peruerſorum, ut non ſolum ſufficiat eis in inuicem machinationes ſue infidias exercere, verum etiam auaritie ſue eſtibus inflammati, in ipſos interdum religionis viros & bona ipſorum, qui quanto ſunt diuino ſeruitio diſtrictius occupati, tanto deberent eſſe ſingulari quadam ſecuritate a moleſtantium calumpnia liberi & immunes, rapinis & aliis diuerſis iniuriis improba temeritate manum mittere

mittere non verentur. Mos qui omnibus religiosis auxilium nostrum expetentibus protectionis nostre rememur beneficium non negare. illos tamen precipue qui nobis sedulo pietatis obsequio officiosi sunt speciali quadam protectionis gratia volumus in sua iustitia confouere. Cum ergo nos huius rei gratia. dilectis fratribus nostris de *Esrom.* velimus efficacioris manutentionis beneficium impendere. ex affectu, Monasterium ipsum cum omnibus ad se pertinentibus rebus & personis. sub nostra speciali defensione suscipimus defensandum. Quicunque igitur dicti monasterii fratribus in personis siue rebus ad se suosue pertinentibus, quacunque occasione inferre lesionem presumpserint nisi eisdem digne satisfecerint. de talibus ultionem expetere nulla tenus omittemus. Datum apud *Siöbiörygh* anno Domini M.CC.L. Idus Novembris sexto, anno regni nostri primo.

ABELIS Regis exemtio bonorum monasterii de *Esrom* a grauamine expeditionis, *Iunc.* *Stud*, ædificatione, reparatione, munitione Castrorum & urbium & omni iure Regio.

Ex Cod. Diplom. Esrom. fol. XLVIII. Apogr. Chartac. vid. No. 113.

1250. die 8 Novembris.

ABEL Dei gratia Danorum Slauorumque Rex. Dux Jutie, omnibus hoc scriptum cernentibus in Domino salutem. Exigente deuotione. quam ad ordinem Cisterienſem specialiter gerimus. sicut Pater noster *WALDEMARUS* & patruus noster *KANUTUS* Reges Danorum celestis sibi sedem habitaculi comparare volentes. Monachos de *Esrom.* quos elemosine sue largitione donauerant. expertes relinquere nolumus munificentie nostre aminiculo. Diuine itaque clemenue magnitudinem fragilitati nostre reconciliare volentes. constare volumus presentibus & futuris. nos dimisisse dictis Monachis colonos eorum & possessiones ac omnia bona eorundem. tam in ciuitatibus quam extra ciuitates. a grauamine expeditionis *inuc. stuud.* edificatione. reparatione & munitione. ciuitatum. castrorum. ac urbium. & omni exactione regali. & onere iuris regii in perpetuum libera & exempta. Et ut hanc emunitatis & libertatis gratiam. quam eis conce-

dimus ac damus. nullus in perpetuum audeat irritare. nec ei aliquatenus ausu temerario contraire. in remissionem peccatorum nostrorum. & ad bonum statum. & tranquillitatem regni nostri. & ad ampliorem gratiam obtinendam. presentem paginam sigilli nostri munimine duximus irrefragabiliter roborandam. Datum *Siöhurugh.* anno gratie M.CC.L. Idus Nouembris sexto. Anno regni nostri primo.

ABELIS Regis Priuilegia, data Sanctimonialibus *Roskildensibus.*

Ex Tomo Bartholin. VI. p. 997. Apogr. Chartac. vid. No. 114.

1250. die 9 Novembris.

ABEL dei gratia Danorum Sclauorumque Rex Dux Jutie. Uniuersis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Quoniam certior habetur rerum cognitio si scripturarum testimonio receperit firmamentum, nosse volumus tam posteros quam presentes nos in remedium peccatorum nostrorum contuliſſe sanctimonialibus *Roskildis* libertatem & emunitatem super omnibus bonis suis tam in Ciuitate *Roskildenſi* quam alias in rure ut villici & coloni ipsarum exempti sint ab omni gravamine tam expeditionis quam etiam illorum que ex novo propter temporis malitiam succreuerunt, videlicet ut cum aliis nec fodere nec plancas facere teneantur. Insuper de quocunque iure regio nulli nisi dictis monialibus respondsuri Adicimus etiam de gratia speciali ut siqua de lignis ipsarum monialium que pro suis usibus sumptibus propriis & nauibus duxerint apportanda ad littus appulsa fuerint, fractis navibus vel eisdem saluis existentibus nullus omnino eadem ipsis auferre presumat in preiudiciuu ipsarum & nostre dominationis contemptum. Ne igitur super premissis memoratis monialibus per processus temporum generari poterit preiudicium vel calumpnia seu iniuria, presentem paginam ipsis conferendam duximus sigilli nostri munimine roboratam in testimonium & cautelam. Datum *Roskildis* Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo. Idus quinto Nouembris.

INNO-

INNOCENTII IV. Bulla contra *Lubicenſes* ob caſtrum *Kopmannehafn* & vicinas villas ab piratis eorum incenſas.

Ex Apogr. Chartac. No. 115.

1251. die 7 Martii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis miniſtro prouinciali Dacie & fratri *Jacobo Skogby* de ordine fratrum minorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater . . Epiſcopus *Roſkildenſis* conqueſtione monſtrauit quod . . . Aduocatus & communitas ciuitatis Lubicenſis quosdam piratas in eorum nauibus & expenſis pretentu diſcordie inter ipſos & clare memorie . . Regem *Dacie* tunc exorte ad Caſtrum de *Kopmannehafn* & villas ibi vicinas ad menſam ſuam ſpectantia hoſtiliter transmittentes eccleſias conſtitutas in caſtro & villis eiusdem una cum aliis domibus & edificiis per eosdem piratas ignis incendio cremari fecerunt. Sanctorum reliquiis & libris priuilegiis & ornamentis altarium aliisque bonis ibidem inuentis exinde nequiter aſportatis. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſi eſt ita dictos ſacrilegos tamdiu appellatione remota excommunicatos publice nuncietis & faciatis ab omnibus acrius euitari donec eidem Epiſcopo de illatis ab eis iniuriis ſatisfaciant competenter & cum veſtrarum teſtimonio litterarum ad ſedem apoſtolicam venerint abſoluendi. Non obſtante ſi eis a ſede apoſtolica ſit indultum quod interdiu vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas niſi expreſſam fecerint de indulto huiusmodi mentionem ſiue indulgentia qua ordini veſtro ab eadem ſede conceſſum dicitur ut nullus de ordine ipſo de cauſis litigantium que ſibi per apoſtolicas litteras committuntur inuitus cognoſcere teneatur aut conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Quodſi ambo his exequendis non poteritis intereſſe unus veſtrum ea nichilominus exequatur. Datum *Lugduni*, nonis Martii Anno pontificatus noſtri octauo.

ABELIS Regis Renuntiatio omnis iuris quod habere videbatur in *Oſilia* & maritima contra *Henricum* Epiſcopum *Oſilienſem*

Ex Apogr. Chartac. No. 116.

1251. die 8 Auguſti.

ABEL dei gratia Danorum Sclauorumque Rex Dux Jutie omnibus in perpetuum cum Regalis clementie ſolita depoſcat benignitas & ratione conſentanea requirat equitas pro pietate pietatem rependere nos certis experimentis fidelitatem venerabilis in Chriſto Patris domini *Henrici* Epiſcopi *Oſilienſis* & maritime circa nos firmiſſimam comprobantes & verſa vice cum eo ſtabilem concordiam & inviolabilem amicitiam obſeruare volentes ut omnis materia controuerſie penitus amputetur & cultus chriſtiani nominis in nouella plantula *Liuonie* per uniformitatem concordie tanto magis amplietur ad honorem domini noſtri Ihesu Chriſti & ob ſalutem anime noſtre & noſtrorum anteceſſorum pariter & ſucceſſorum pro bono pacis libera voluntate & deliberato conſilio plene ac plane renuntiantes omni iuri quod habere videbamur contra Epiſcopum memoratum ceſſamus omni impetitione terrarum *Oſilie* & maritime ſuper quibus dilectus pater noſter *felicis* memorie Rex *WALDEMARUS* & frater noſter Rex *ERICUS* pie recordationis citationem domini pape preter voluntatem noſtram procurauerant contra dictum Epiſcopum ipſum ad labores graues & expenſas immodicas compellendo cupientes eundem & ſuos ſucceſſores predictis terris ſine ulla queſtione perfrui iugiter libere & quiete ita quod nec a nobis nec a noſtris ſucceſſoribus vi aut iudicio vel ullo prorſus grauamine in eisdem terris de cetero moleſtentur. Vt eorundem orationibus commendati eo propenſiùs habeamur & circa homines noſtros ipſos ſentiamus fauorabiles & amicos. Ne igitur hoc factum noſtrum ab aliquo ſucceſſorum ſuorum valeat in poſterum irritari preſentem paginam ſigillo noſtro cum ſigillis infra ſcriptorum fecimus communiri Dominorum *Uffonis* Archiepiſcopi *Lundenſis Svecie* primatis *Eſchilli* Slesuicenſis *Jacobi* Roſkildenſis *Eſgeri* Ripenſis *Jacobi* Otthonienſis Epiſcoporum. Domini *Chriſtophori* dilecti fratris noſtri Dominorum Comitum *Ernesti de Glige Johannis & Gerardi de Holzatia Gerberti de Stoltenborch* militum *Tuchonis Boſt* Camera-

rii

rii noſtri. *Andreè* filii *Petri*, *Joannis* filii *Nicolai*, *Saxonis Petri* filii. Datum *Nuborch* anno domini M.CC.LI. ſexto Idus Auguſti.

Petri Epiſcopi *Aruſienſis* Confirmatio transactionis inter clerum & ſuos prædeceſſores initæ ſuper dandis annuatim a ſingulis parochiarum rectoribus tribus oris uſualis monetæ loco procurationis & cathedratici.

Ex Apogr. Chartac. No. 117.

1251.

Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad qvos præſens ſcriptum pervenerit, *Petrus* divina miſeratione *Aruſienſis* Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Facta temporis abſorbet vetuſtatis oblivio niſi litterarum vallata fuerint munimento. Inde qvod cum a primaria fundatione *Aruſienſis* eccleſiæ, inter clerum & Epiſcopum talis conditio immo transactio interceſſit, & uſqve ad tempora noſtra fuerit inviolabiliter obſervata, ut cum dyoceanus exeqvendi officii ſui prætextu, ſeu qvovis ſubditorum crimine reqvirente, ad aliqvam ſuæ dyoceſis parochiam deſcenderet viſitandam, propriis ſumptibus militaret, non obſtante aliarum dyoceſium conſvetudine, ſive qvod ſvadent contrarium iuris canonici ſanctiones: unius cuiusqve vero rector eccleſiæ Epiſcopo, ne in hoc gravari nimium videretur, tres oras denariorum uſualis monetæ, loco procurationis indultæ & cathedratici ſolveret anuatim. Nos attendentes præfatam transactionem iam præſcriptam de provido emanaſſe conſilio & maturo, cum videlicet ad bonum pacis in eccleſia conſervanda ſic membrorum paſſionibus conſulitur, ut capitis indempnitas eviteur: præſertim cum in iure cautum ſit, qvod eccleſiis ſeu perſonis eccleſiaſticis novi cenſus imponi non debent nec veteres augeri, & timentes non modicum, qvod ſi de novo aliqva huius rei fieret permutatio, qvod abſit, generaretur ſcandalum cum plerumqve diſcordiam pariant novitates, ac prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis deviare non volentes ob ſpecialem zelum, qvo ad clerum ſemper fuimus inclinati, ſæpe factam transactionem per omnia approbamus, & approbando confirmamus, ac confirmantes de novo de conſenſu capituli noſtri & totius ſynodi ſtatuimus

tuimus in perpetuum irrefragabiliter obſervandam. Renuntiantes omni iuris beneficio, qvod nos vel poſteros noſtros in contrarium poſſet excitare, maxime cum ſedes Aruſienſis fere in ſingulis hæreth poſſeſſiones habeat, ad qvas poteſt divertere, cum in vicino illarum aliqvam parochiam viſitabit. In cuius rei evidentiam, præſentem dedimus paginam ſigilli noſtri & capituli noſtri munimine roboratam. Qvicunqve autem eidem auſu temerario præſumpſerit contraire, indignationem omnipotentis Dei & beatæ *Mariæ* & ſancti *Clementis* ſe noverit incurſurum. Datum anno Domini M. CC. qvinqvageſimo primo.

CHRISTOPHORI I. Litteræ protectoriæ datæ fratribus monaſterii de *Eſrom.*

Ex Cod. Diplom. Eſrom. fol. LV. b. Apogr. Chartac. vid. No. 118.

1252. die 25 Septembris.

XPOFERUS Dei gratia Danorum Sclavorumqve Rex omnibus preſens ſcriptum cernentibus, in Domino ſalutem. Quoniam temporibus iſtis adeo increuit malitia peruerſorum, vt non ſolum ſufficiat eis in inuicem machinationis ſue inſidias exercere. verum etiam auaritie ſue eſtibus inflammati in ipſos interdum religionis viros & bona ipſorum, qui quanto ſunt diuino ſeruitio diſtrictius occupati. tanto deberent eſſe ſingulari quadam ſecuritate a moleſtantium calumpnia liberi & immunes. rapinis & aliis diuerſis iniuriis improba temeritate manum mittere non verentur. Nos qui omnibus religioſis auxilium noſtrum expetentibus protectionis noſtre tenemur beneficium non negare. illos tamen precipue qui nobis ſedulo pietatis obſequio efficioſi ſunt ſpeciali quadam protectionis gratia volumus in ſua iuſtitia conſouere. Cum ergo nos huius rei gratia - dilectis noſtris fratribus de *Eſrom* velimus efficatioris manutentionis beneficium impendere ex affectu. Monaſterium ipſum cum omnibus ad ſe pertinentibus rebus & perſonis ſub noſtra protectione ſpeciali ſuſcipimus defenſandum. Quicunque igitur monaſterii fratribus in perſonis ſiue rebus. ad ſe ſuosue pertinentibus, qua-

quacunque occasione inferre lesionem presumpserint. nisi eisdem digne satisfecerint. de eisdem vltionem expetere nulla tenus omittemus. Datum *Esrom*, anno Domini M.CC.LII. VII. KL. Octobris.

CHRISTOPHORI I. Exemtio possessionum monasterii de *Esrom* ab omnibus seruitiis atque iure Regi debitis.

Ex Cod. Diplomat. Esrom. fol. LV. Apogr. Chartac. vid. No. 119.

1252. die 25 Septembris.

XPOFERUS Dei gratia Danorum Sclavorumque Rex. omnibus hoc scriptum cernentibus. in Domino salutem. Considerantes nouissima nostra. id quod solum homini de vniuerso labore suo quo laborat sub sole videntes reseruari in posterum quod terrenis mente abiectis voluptatibus seruitio diuino mancipatis impenditur queque indigentium tenuitas releuatur. Religiosos *Esrom* commorantes. quos *WALDEMARUS* Pater noster & *ERICUS* frater noster Danorum Reges celestis sibi sedem habitaculi comparare volentes. elemosine sue largitione donauerant, expertes relinquere nolumus munificentie nostre amminiculo. Diuine itaque clementie magnitudinem fragilitati nostre reconciliare volentes. ne aliquibus premissi religiosi de possessionibus suis molestentur iniuriis. sed emunitatis & pacis securi. quiete diuinis inigenlent seruitutibus. vniuersas possessiones ipsorum & colonos omnes terram quam obtinent incolentes ab vniuersis seruitiis & exactionibus Regie iurisdictioni debitis mancipamus & absoluimus, & hoc in remissionem peccatorum nostrorum. & ad bonum & tranquillitatem status nostri. & ad ampliorem gratiam Dei optinendam. Datum *Esrom*, anno Domini M.CC.L.II. VII KL. Octobris.

CHRISTOPHORI I. Exemptio bonorum monaſterii *Sorenſis* ab omni grauamine & oneribus iuri Regio attinentibus.

Ex Cod. Diplom. Sorenſ. fol. XXVI. b.

1252. die 5 Octobris.

CHRISTOFERUS Dei gratia Danorum Slauorum que Rex omnibus preſens ſcriptum cernentibus in domino ſalutem vniuerſitati veſtre notum facimus quod clauſtro de *Sora* omnes poſſeſſiones ſuas nec non villicos & colonos ab omni grauamine expeditionis ceterisque oneribus iuri regio attinentibus dimiſimus liberos & exemptos. Ita etiam quod ſi iidem villici & coloni ſui in aliquo exceſſerint nemini reſpondeant niſi ſibi, ne igitur eidem clauſtro in poſterum ſuper huius libertatis emunitate vllum poſſit fieri preiuditium aut calumpnia preſentes litteras eidem contulimus ſigillo noſtro ſignatas in teſtimonium & cautelam. Datum *Woringborgh* anno domini M.CC. quinquageſimo ſecundo tertio nonas Octobris.

CHRISTOPHORI I. Confirmatio priuilegiorum *Swinæburgenſibus* a ſuis maioribus datorum.

Ex Apogr. Chartac. manu *Arnæ Magnæi*. No. 120.

1253.

CHRISTOPHORUS Danorum Sclavorumqve Rex, dimiſit villanis in *Swinæborgh* omnes leges & iura, qvæ in tempore patris ſui habuerant. Voluit etiam, ut omnes areæ, qvæ tunc temporis extra villam inhabitatæ fuerunt, ſimili modo inhabitentur, & aliæ ad paſcua exponantur, conceſſit [etiam] ut in Rhorö ligna iacentia, qvæ vulgariter *Vindfellæ* appellantur, ad domus ſuas reparandas, & ad cremandum, recipiendi, liberam habeant facultatem *Swineburgh* Anno Domini 1253.

Jacobi Epiſcopi Roſkildenſis Indulgentiæ XL dierum datæ iis qvi ædificio *Domi Sancti Spiritus* apud *Eccleſiam* b. *Laurentii* Roſkildis manus porrexerint adiutrices.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 2.

1253. die 18 Maii.

I. dei gratia Roſkildenſis Epiſcopus vniuerſis Xpi fidelibus per ſuam dyoceſim conſtitutis ſalutem in domino. Quoniam ut ait Apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal Xpi recepturi prout in corpore geſſimus ſiue bonum fuerit ſiue malum oportet nos diem meſſionis extreme. miſericordie operibus peruenire. ac eternorum intuitu ſeminare in terriſ quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam ſpem fiduciamque tenentes quoniam qui parce & metet & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus & metet vitam eternam. Cum igitur *domus ſancti ſpiritus Roſkildis* quam de nouo transferri iuſſimus tam ad ſui translationem quam ad pauperum ſuſtentationem graues ſumptus exigit & expenſaſ ad quas ſibi propsie non ſuppetunt facultateſ niſi adhoc fidelium elemoſiniſ adiuuetur. Vniuerſitatem veſtram rogamus & monemus in domino in remiſſionem vobiſ peccaminum iniungentes quatinus de bonis vobis a Deo collatis pias elemoſinas & grata eis caritatis ſubſidia erogetis vt per ſubuentionem veſtram eorum inopie conſulatur. Et vos per hec & alia bona que domino inſpirante feceritis ad eterna poſſitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate fiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis qui eis quocumque anni tempore manum porrexerint adiutricem quadraginta dies. & ut tam populus quam clerus eo amplius ad deuotionem & pietatis opera circa predictos pauperes excitetur adicimus vt quicumque locum predictum apud *Eccleſiam* beati *Laurentii* & pauperes ibidem degentes perſonaliter deuotionis ſeu conſolationis cauſa uiſitauerit. In feſtis quidem Patrocinii & dedicationis & ſingulis diebus infra octauas eorundem ac omnibus aliis anni feſtiuitatibus ſimiliter quadraginta. In ſingulis vero dominicis viginti & in profeſtis decem dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Mandamus nichilominus presbiteris

preſenſ ſcriptum inſpecturis vt indulgentias dictis pauperibus a ſede apoſtolica & a nobis indultas ſuis parrochianis fideliter exponant. Inducentes eosdem efficaciter vt manum ſibi porrigant adiutricem. Datum *Kæpmannæhafn* anno Domini. M.CC.LIII. quintodecimo Kalendas Junii.

Sigillum deeſt.

INNOCENTII IV. Bulla, qua Archiepiſcopo *Lundenſi* & Magiſtro *Johanni Stichil* Canonico *Roſkildenſi* notum facit, ſe nobilem mulierem *Ingreth* viduam *Conradi* Comitis de *Regenſtein*, inclinatum ipſius & ſororis Regis Boemiæ, *Agnetis*, ſupplicationibus, ſub beati Petri & ſuam protectionem ſuſcepiſſe.

Ex Autographo membran. Faſcic. XIX. No. 7.

1253. die 9 Junii.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus. Archiepiſcopo Lundenſi & . . Epiſcopo ac dilecto filio Magiſtro *Johanni Stichil* Canonico *Roſkildenſi*, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sincere deuotionis quam dilecta in Xpo filia, nobilis mulier *Ingreth* uidua. relicta quondam *Conradi* Comitis de *Regenſtein*, *Alberſtadenſis* dioceſis, ad nos & Romanam eccleſiam habere dinoscitur, promeretur affectus, ut ei fauorem & gratiam impendamus, Hinc eſt quod nos dilecte in Xpo filie, nobilis mulieris *Agnetis*, ſororis Cariſſimi in Xpo filii noſtri . . Regis Boemie jlluſtris ac ipſius. *I.* ſupplicationibus inclinati, uiduam ipſam cum familia, & omnibus bonis, que, in preſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione, duximus admittendam. Ideoque diſcretioni ueſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eandem. *I.* non permittatis, ſuper hijs, contra, protectionis noſtre tenorem, ab aliquo indebite moleſtari. moleſtatores huiusmodi [illegible] cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Quodſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe, duo ueſtrum, ea nichilominus exequantur. Datum *Aſiſij* V. Idus Junii. Pontificatus noſtrj anno decimo.

Bulla deeſt.

ERICI

CHRISTOPHORI Confirmatio bonorum in *Brethaas* & *Lokaas*, data monaſterio de *Eſrom*.

Ex Apogr. Chartac. manu Arnæ Magnæi. No. 121.

1253. die 18 Auguſti.

E. Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex. omnibus hoc ſcriptum cernentibus in Domino Salutem. Significamus vobis, quod nos dilectis nobis in Chriſto fratribus, conuentui *Eſrom*. omnes poſſeſſiones *Brethaas* & *Lokaas* cum ſiluis & aliis attinentiis ſuis omnibus, & cum omni iure noſtro, dimiſerimus libere poſſidendas. pxout a patre noſtro, Rege *WALDEMARO* felicis memorie, antiquitus habuiſſe plenius dinoſcuntur. Inhibemus igitur per gratiam noſtram diſtricte. ne quis ipſos ſuper dictis poſſeſſionibus præſumat aliqvatenus moleſtare. Datum *Roſkildis*. Anno Domini M.CC.LIII. KAlendas Septembris.

Johannis & *Gerardi* Hollſatiæ Comitum Priuilegia ciuibus de *Brunsvic* & *Magdeburg*, Hamburgi commercia exercentibus.

Ex Apographo Chartaceo No. 122.

1254. die 26 Martii.

I*ohannes* & *Gerardus* dei gratia Comites *Holſatiæ*, *Stormariæ* & *Scowenburg*, univerſis Chriſti fidelibus ad qvos præſens ſcriptum pervenerit, in ſalutis auctore gaudium cum ſalute. Quum intereuntibus hominibus ipſorum facta pariter intereunt, neceſſe eſt ut qvæ a memoria hominum poterunt evagari literarum ſuperſcriptionibus, fulciantur. Nouerit igitur fidelis ætas præſentium & diſcat felix ſucceſſio futurorum qvod nos de conſilio fidelium noſtrorum, univerſis mercatoribus de *Brunswic* & *Medeburg* nec non aliorum oppidorum & circumiacentium civitatum poſtulationibus inclinati omni omiſſo & tacito iure noſtro de mera liberalitate noſtra duximus indulgendum qvod ab omni exactione & theoloneo in *Hamborch* ſolvendo, undecunqve illuc perveniant perpetuis temporibus liberi erunt & immunes: dum in noſtro theolonearco & exactori dent ibidem: de qvalibet *Laſt* cu-

pri de *Laſt* ſtanni, de *Laſt* æris, de *Laſt* metalli ſpecialiter ſolidum pro theoloneo & exactatione. De *Laſt* plumbi ſex denarios; de vaſe vini qvod *Hamborch* comparatum, octo denarios. de dimidio vaſe qvatuor denarios. De vaſe ungventi ſolidum, de dimidio vaſe ſex denarios. ſi vero minus fuerit de qvolibet *Normannorum* pondere tertium dimidium denarium perſoluant. De pannis, de lineo panno, de vario opere, de pipere, de cimino, de thure, de ſulphure, de vini lapide, de amigdalis, de qvolibet genere pellium, de qvolibet ſagimine inſuper qvalescunqve fuerint merces, de qvolibet normannorum pondere pro theoloneo & exactione perſolvant tertium dimidium denarium, de choro frumenti qvod educunt duos ſolidos, de *Laſt* halecis ſolidum, de maiori ferro duos denarios, de minori denarium. de pondere calamini & cretæ denar. de pacca duos ſolidos, de terningo ſolidum. Præterea qvicunqve theoloneum vel exactionem, ſive ex oblivione vel ex induſtria dare neglexerit, novies inſtaurabit, & neqvaqvam ad amplius compelletur. Cæterum ſi forte, qvod abſit inter ducem de *Brunſwic* & nos aut alium aliqvem dominorum oriri contigerit diſcordiam protectione noſtri conductus apud *Hamborch* ſecure & libere perfruentur donec eis XL antea diebus contrarium intimetur. Huius rei teſtes ſunt *Henricus* de *Barmenſtede*, *Hartwicus* præfectus *Stormariæ*, *Georgius Henricus* de *Hamme*, *Reimmerus* de *Wedele* milites, *Johannes* de *Swedorp*, *Willekinus* filius *Hildegundis*, *Ulterus* de *Bremis*, *Renerus* de *Undeſtorp*, *Petrus Theod. Johannes Ecberti*, & *Volmarus* de *Halleria* Conſules, *Gerbertus* Advocatus & *Sifridus* Theolonarius & alii qvam plures. Ut igitur factum iſtud firmum maneat & illibatum litteram noſtram hanc inde conſcribi fecimus & ſigillorum noſtrorum appenſione ſignari. Actum Anno domini M.CC.LIIII. VII Kal. Aprilis. Datum *Hamborch* per manum ſcriptoris *Gervaſii* Canonici *Hamborchenſis* & Plebani in *Plöne*.

Leges

Leges inter Episcopum Roskildensem & villanos Hafnenses datæ a *Jacobo* Episcopo *Roskildensi*.

Ex Autographo Membran. formæ patentis Archivi Regii secretioris. Apogr. Chartac. emendatum manu Arnæ Magnæi No. 123.

1254. die 13 Martii.

Si quilibet sibi propria causa pro sue uoluntatis arbitrio jus dictaret effrenata cupiditas mater litium & materia jurgiorum suis terminis nescius esse contenta. Statum rectitudinis euerteret & ius alienum penitus absorberet. Idcirco nos *Jac.* miseratione diuina *Roskildensis* Episcopus. omnis controuersie materiam amputare uolentes. Super iuribus. consuetudinibus & statutis hactenus obseruatis & in posterum obseruandis inter nos & successores nostros qui pro tempore fuerint ex una parte & commune ciuium de *Köpinannæhafn* ex altera. ut que dubia exiterant & obscura. omnibus eluceant manifesta. de unanimi consilio eorundem ciuium & consensu taliter decreuimus distingendum & ad perpetuam memoriam presentis scripti patrocinio roborandum. Quicunque infra muros & fossata ciuitatis taliter excesserit. ut. XL. marchas soluere debeat pro emenda. primo debentur Domino Episcopo. XL. marche deinde pro eadem causa alie. XL. marche communiter Episcopo & ciuitati. Ita tamen quod medietas illarum cedere debeat Episcopo & medietas ciuitati. Eodem modo de quibuscumque causis trium marcharum statuimus obseruandum. Vt primetres marche debeantur Episcopo reliqne uero tres Episcopo & ciuitati. Pro causis autem. IX solidorum debet communitas unacum exactore emendas exigere. & earum medietatem Episcopo, reliquam autem medietatem ciuitati assignare. Omnia autem. que sic recipiuntur ad communitatem* in vsus ciuitatis conuerti debent. videlicet ad fossata. plancas & pontes faciendos Si Dominus Episcopus suis exigentiis *) negotiis in *Scaniam* uoluerit personaliter transfretare. ciues sibi tenebuntur in naui cum XII. hominibus & expensis propriis prouidere. Si propriam habet nauem predicti ciues cum sufficientibus nautis ad talem nauem necessariis & in propriis expensis suis deducere & reducere tenebuntur. Ciues omnes & singuli soluere te-

 nen-

*) corrig: *necessitatibus.*

nentur semel in anno censum qui uulgariter dicitur *Mithsumærgiald*, nisi quos exemerat Dominus Episcopus de gratia specialj. Qui Tabernas exercent ad uendendum ceruisiam, soluere debent annuatim. duas. oras pro censu qui dicitur *Öllagyald*. Vnam videlicet. oram in hyeme. & alteram in estate. Quicumque habitant in fundis Domini Episcopi soluere debent pro *Torthfæyld* XII. denarios. Qui reubus utuntur ad capiendum allec. decimare debent Episcopo *Öl* unum pro piscatione hyemali. Quilibet ciuium tenetur annuatim soluere. II. denarios pro *Thyuueſtud* ut exactor Episcopi eos qui vel in furto uel in aliis criminibus deprehensi fuerint. in sua custodia retinere usque ad diem placitj teneatur. Nulli hospitum liceat cutes recentes uel pelles agninas emere. nec pannum. nec telam scindere. nisi quantum sub brachio capj possit. nec scabellum rerum uenalium in foro exponere. *nec* *) ex aliquo predictorum ciuibus preiudicium generetur. Quod si aliquid istorum a quoquam attemptatum fuerit satisfaciet in. III. marchis. quarum medietatem percipiet Episcopus. Reliquam autem medietatem recipiet communitas ad usus supradictos. Non enim. sicut superius dictum est. recipiuntur bine tres marche pro talibus forefactis. Nullj enim hospitium liceat per modios in foro annonam emere uel lardum in preiudicium ciuium. sed solis ciuibus. Si autem secus fuerit factum. annonam ipsam recipient ciues & exactor Episcopi ad suos usus. Nec alia emenda debet exigi in hoc casu. Nullus inhabitantium *Köpmannæhafn* tenebitur ad aliquam expeditionem faciendam, in nauibus. equis. aut in armis. nisi ad defendendum bona Episcopalia, si insultus aliquis fiat in eis. Ita tamen prope ciuitatem quod eadem die ire ualeant & redire. Ad que defendenda pro totis iuribus & posse sub pena totius portionis sue omnes pariter tenebuntur. Si infra septa ciuitatis alicui ciuium Canonicorum & ipsorum familie uel mercatorum vel alicui famulo Episcopi insultus uel alia iniuria facta fuerit. omnes ciues accurrere debent ad succurrendum iniuriam patienti. quod qui non fecerit. in amissione portionis sue punietur. Si autem huiusmodi excessus commissus fuerit, taxabuntur pene secundum enormitatem ipsius insultus & iniurie iuxta conuenientiam ciuium. quas taxabunt tres ciues & tres ex familia Episcopi. iadiuratj prius

*) ita est corr. *ne*.

us ut iuſtam faciant taxationem. Qui ſi concordare non potuerint inquiſitis diligenter omnibus facti circumſtantiis adhibebitur Epiſcopus. & tunc ſtabitur iudicio plurium ex ipſis. Si audita campana aliquis ſe ſubtraxerit & non occurrerit. culpe taxatio & ſatisfactionis fiet iuxta predictum modum. Si tempore pacis foſſata per cuiuscumque iniuriam aut negligentiam deteriorata fuerint uel planche ceciderint infra triduum eadem incipiet reparare & ad ſtatum priſtinum redigere. Si de guerra timeatur. eodem die omnia reſtaurentur. quod niſi fecerit communitas faciet recipiendo in domo ſua quecumque pignora ibi inuenta fuerint. & poſtea nichilominus taxabitur ſatisfactio ſupradicto modo ſecundum culpe ſimul & contumacie quantitatem. Idem ſtatuitur ſi aliquis uias uel alia que communitati uidebuntur expedientia non fecerit prout debuerit exactor & ciues recipient pignora auctoritate Domini Epiſcopi & poſtea taxabitur pena & ſatiſfactio iuxta modum culpe. Nullus ciuium compellitur ad mutuandum merces uel alias res ſuas cuiquam in ciuitate uel extra. Si quisquam mutuauerit alicui res ſuas ad certum terminum proteſtetur coram duobus ciuibus. quod ſi quocumque caſu ſtatutus terminus non fuerit obſeruatus. tenebitur debitor uel ſui heredes de debito ipſo iurj ſtare. & totaliter reſpondere in ciuitate. Et quando ſub teſtimonio ciuium facta fuerit talis proteſtatio. elapſis ſolutionis terminis ciues liberam habeant poteſtatem ipſum detinendi debitorem. Nullus preſumat figillare litteras aliquas figillo ciuitatis niſi prius diligenter examinate fuerint per duos Canonicos & alios de ciuibus qui iurauerant de fidelj cuſtodia figilli. Promiſit Communitas tam ex parte ſua quam ex parte heredum ſuorum & iuramento confirmauit. quod futuris temporibus nulli licitum erit fundum ſuum inpignorari dare uendere uel permutare uel aliquo titulo alienare. Principi aut militj uel homini dominorum qui uulgariter dicitur *Herræman* niſi ad hoc uoluntas Epiſcopi acceſſerit & idem fundus ſibj legaliter exhibitus fuerit. Si etiam quiſpiam neceſſitate qualibet compulſus. ſcilicet captiuitatis uel paupertatis aut alterius cuiuscumque caſus fortuitj ſuum fundum alienare debeat minime ſibi licebit hoc facere. niſi prius Epiſcopo legittime offeratur. Et ſi ſecus a quoquam preſumptum fuerit nullius momenti reputabitur. nec robur firmitatis obtinebit.

quo-

quocumque uidebitur modo uel lege uallatum. nec tamen carius uendere Epiſcopo· ſed ſecundum communem eſtimationem fundorum uel domorum. Nullus extra ciuitatem recipiet defenſionem alicuius de ciuitate quacumque ex cauſa ſine ſpeciali licentia domini Epiſcopi ſiue ſit uidua ſiue orphanus uel pupillus. Promiſerunt etiam ciues quod nullus eorum qui fundum habent in ciuitate uocem uel poteſtatem habeant ratione alicuius fundj, quo quomodo impediendj commune bonum ciuitatis uidelicet ne foſſata uel uie procedant prout utile uiſum fuerit. dummodo competens recompenſatio ei exhibeatur. Et breuiter ſi ad utilitatem ciuitatis communitas ab aliquo ciuium petierit Domos. ligna. lapides. ferrum uel cementum aut hiis ſimilia. contradicere nullus *audiat* *), ſub pena amittendi rem petitam & duplum. Nullus citarj debet ad Epiſcopum uel ad alium quemlibet iudicem quacumque cauſa exigente. ultra quam *Roſkildis* ſine licentia Epiſcopi ſpecialj. Nos etiam quibusdam prauis conſuetudinibus. quas uſu iniquo inoleuiſſe comperimus. dignum duximus renunciare. temporibus noſtris ipſaſ in poſterum carere iuribus decernentes que ſunt hee. Vna uidelicet ora. denar. que pro *Ölgyald recepj* **) conſueuit in *Scanör·* & *Daxwærkæ*. quod pro debito exigebatur. ac etiam quod naues ciuium libere tranſire non poterant in *Scanör*. Volumus etiam ne ciues prædictj in eo quod indultum erat eiſ á ſucceſſoribus noſtris defectum aliquem ſuſtineant quod paſcua pecorum ſuorum uſque *Raſbec·* libere extendantur. Cenſum etiam qui dicitur *Gresgyold* ſimiliter ipſis ciuibus duximus indulgendum. Vt autem hec omnia ſupradicta ab omnibus illibata in poſterum obſeruentur preſentes litteras eiſdem ciuibus conceſſimus in teſtimonium ſigilli noſtrj & ſigillj ciuitatis munimine roboratas. Datum *Köpmannæhafn.* anno Dominj M.CC.L.IIII. Idus Martii tertio. Preſentibus Domino *Suenone* Lundenſi & Domino *Petro Unæſun.* Domino *Jacobo Tukyſun. Petro* Preſbytero dicto *Ruf* Roſkilden. Canon. Dominiſ *Andrea Erlandſun.* & *Petro Gamel. Eſkillo Krakæ·* laicis, & pluribus aliis tam clericis quam laicis.

Sigilli ceræ viridi impreſſi fragmentum corda ſericea rubri flaviqve coloris appendet.

*) corr. *audeat.* **) *recipi* legend.

INNO-

INNOCENTII IV. Bulla, qva Episcopos *Slesvicensem* & *Wibergensem* iubet inqvirare de virtute morum & veritate signorum, operibus & miraculis *Nicolai* filii *CANUTI* Regis Dacie.

Ex Apographo Chartac. No. 124.

1254. die 25 Julii.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, *Slesvicensi* & *Wibergensi* Episcopis, & dilecto filio. Abbati de Cara insula *Cistertiensis* ordinis *Arusiensis* dyocesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Crescente fidelium numero & multitudine populi vocati de tenebris ambulante in lumine Dei sui, fulgura conversa in pluviam Dei virtus & sapientia Ihesu Christi. Dum signis sive miraculis, qvibus mirificavit sanctos suos in ecclesiæ nascentis exordio, utpote iam fidelibus non necessariis intermissis, super novos populos pastores, qvi eos pasceret scientia & doctrina, scilicet Doctores ecclesiæ suscitavit, qvi terram cordis fidelium imbre doctrinæ compluerent, & exstirpatis sentibus vitiorum, eam ad præferendam virtutum messem & fructum boni operis foecundarent. Set qvoniam habundavit iniqvitas & refriguit caritas plurimorum, misericors Dominus, qvi neminem vult perire, signa interdum innovat, & miracula miseratus immutat ex numero illorum, qvos in ecclesia triumphante glorificat, aliqvorum fidem & merita in militante miraculis declarando, ut per ea pravitas confundatur hæretica, & fides catholica confirmetur. Sane carissimus in Christo filius noster *C.* illustris Rex, ac venerabiles fratres nostri Archiepiscopus Lundensis, Episcopi, nec non clerus & religiosi regni *Dacie* per suas nobis litteras intimarunt, qvod recolendæ memoriæ *Nicholaus*, natus claræ memoriæ *CANUTI* Regis *Dacie*, divina misericordia faciente, aggregatus existit collegio supernorum, gloriam conceſſæ sibi beatitudinis signis exprimens virtuosis. Nam circa sepulcrum eius & loca alia, per invocationem sui nominis & devotionis sinceræ suffragia, multa miracula circa multos, mirabilis in altis Dominus multipliciter operatur, in ut illius sanctitas manifestis indiciis comprobetur, & ipsius inter alios sanctos non invocare suffragia sit indignum. Qvare dicti Rex, Archiepiscopus, Episcopi, Clerus & Religiosi nobis humiliter

ſupplicarunt, ut ſuper huiusmodi miraculis teſtimonia recipi mandaremus. Verum qvia in tam ſancto & pio negotio eſt cum gravitate & maturitate prævia procedendum, de fide & circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam optinentes, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, qvatinus aſſociatis vobis viris religioſis & Deum timentibus, de virtute morum & veritate ſignorum operibus videlicet & miraculis diligentiſſime inqvirentes, qvæ inveneritis, nobis litteris veſtris fideliter intimetis. Qvod non omnes hiis exeqvendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exeqvantur. Datum *Anagnie* VIII KL. Auguſti, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

INNOCENTII IV. Indulgentiæ XL dierum datæ iis qvi fabricæ Eccleſiæ *Aruſienſis* manum porrexerint adiutricem.

Ex Apographo Chartac. No. 25.

1254. die 12 Auguſti.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis Xpi fidelibus per *Lundenſem* provinciam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Qvoniam ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Xpi, recepturi pro ut in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, qvod reddente Domino, cum multiplico fructu recolligere debeamus in coelis; ſpem fiduciamqve firmam tenentes, qvoniam qvi parce ſeminat, parce & metet & qvi ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ſicut accepimus, venerabilis frater noſter Epiſcopus & Capitulum *Aruſienſe* cathedralem eccleſiam Aruſienſem ædificare inceperit opere non modicum ſumptuoſo, ſintqve ad id fidelium ſubſidia oportuna, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino, in remiſſionem peccaminum vobis iniungentes, qvatinus de bonis vobis a Deo collatis pias eis ad hoc elemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus huiusmodi valeat conſummari, & vos per

hæc

hæc & alia bona qvæ Domino inspirante feceritis, ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, qvi ad consummationem prædicti operis manum porrexerint adiutricem, qvadraginta dies de iniuncta sibi poenitentia misericorditer relaxamus, præsentibus usqve ad consummationem operis valituris, qvas mitti per qvæstuarios districtius inhibemus, eos si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum *Anagnie* II Idus Augusti, Pontificatus nostri anno XII.

ALEXANDRI IV. Bulla mandatoria ad Episcopum *Wibergensem*, Abbatem de *Cara insula* & Priorem Fratrum prædicatorum *Arusiensium* ut de miraculis *Nicolai KANUTI* Regis filii inter Sanctos referendi miraculorum virtute inqvirant.

Ex Apographo Chartac. No. 126.

1255. die 13 Decembris.

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri . . Episcopo *Wibergensi* & dilectis filiis . . Abbati de *Cara insula* cisterciensis ordinis *Arusiensis* dyocesis & Priori fratrum Prædicatorum *Arusiensium*, salutem & apostolicam benedictionem. Significarunt nobis venerabilis frater noster . . Episcopus, & dilecti filii Capitulum *Arusiense*, qvod cum felicis recordationis *INNOCENTIUS* Papa prædecessor noster, vobis frater Episcope & fili Abbas, & bonæ memoriæ *Sleswicensi* Episcopo, sub certa forma iuis dederit litteris in mandatis, ut associatis vobis viris religiosis, & Deum timentibus, de virtute morum & veritate signorum, operibus videlicet & miraqulis piæ memoriæ *Nicholai* nati claræ memoriæ *KANUTI* regis Dacie diligentissime inqvirentes, qvæ inveneritis eidem prædecessori vestris studeritis litteris fideliter intimare. Licet vos Episcope & Abbas, ipso Episcopo interim sublato de medio, in parte servaveritis formam ipsam; huiusmodi tamen negotium minus sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remisistis. Verum qvia in tanto negotio est cum maturitate debita procedendum, nos te fili Prior in hoc ei-

dem *Sleſwicenſi* Epiſcopo ſubroganſes, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, qvatinus procedatis in eodem negotio, iuxta ipſius prædeceſſoris continentiam litterarum, videndi curatos ad invocationem dicti N. & eosdem iuratos diligenter examinandi, plena vobis auctoritate noſtra poteſtate conceſſa. Non obſtante ſedis apoſtolica indulgentia, qva dicitur ordini tuo, Prior, eſſe conceſſum, ut dicti ordinis fratres non poſſint inviti cognoſcere de cauſis, ſeu intromittere ſe de negotiis ab ipſa ſede committendis eisdem. Quod ſi non omnes hiis exeqvendis potueritis intereſſe, tu frater Epiſcope ea nichilominus cum eorum altero exeqvaris. Datum *Laterani* Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

CHRISTOPHORI I. Petitio *ALEXANDRO IV.* miſſa ſuper fundatione monaſterii Sanctæ Claræ Roſkildenſis.

Ex Autographo membraneo Faſcic. LXV. Apograph. manu Arnæ Magnæi vid. No. 127.

circa 1255.

Sanctiſſimo Patri ac Dno. *A.* dej gratia ſacroſancte romane ſedis ſummo Pontificj. *C.* Eadem gratia Danorum Sclauorumque Rex. deuota pedum oſcula beatorum. Quoniam nobilis & deuota Dna *Ingerth* Comitiſſa quondam de *Reynoſtein.* conuerſationis & fame laudabilis! prolem non habens! nec parentes! fratres uel ſororeſ! de bonis ſibi a deo collatis clauſtrum ordinis pauperum ſororum a beato *Franciſco* primitus inſtitutj intendit fundare in regno noſtro. in dyoceſi Roſkildenſi! ad honorem dej! & matris eius virginis glorioſe. Sanctitatj veſtre quantas poſſumus preces porrigimus una ſecum, ut attendentes profectum animarum qui ex hoc ſperatur firmiter prouenire conſueta ſedis apoſtolice benignitate dignemini tam pio negotio fauorem beniuolum impertirj. Vt auctoritate veſtra ad quam noſcitur ut intelleximus immediate & ſpecialiter pertinere! poſſit ab ipſa fundari clauſtrum ordinis ſupradictj. Precipue cum in Regno noſtro et Regnis. Suecie & Norwegie. huius Religionis monaſteria ſint remota. Et multe honeſte perſone ut confidimus in eodem ordine potius

potius quam alio, pro profectionis exemplo celesti sponso cupiant famulari. Cui etiam operi pie intendimus deo dante consilio & auxilio non deesse. hanc autem litteram propter uarios euentus apertam esse volumus ad cautelam.

Sigillum ceræ albæ impressum loro membraneo, sed læsum, appendet.

ALEXANDRI IV. Bulla protectoria data Capitulo *Aruſienſi*.

Ex Apographo Chartac. No. 128.

1255. die 4 Augusti.

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo & dilectis filiis Archydyacono & Capitulo Ecclesiæ *Aruſienſis*, salutem & apostolicam benedictionem. Exigentibus vestræ devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus, & petitiones vestras quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, personas vestras cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futuro iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Anagnie* II Non. Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

ALEXANDRI IV. Bulla confirmatoria data capitulo Aruſienſi ſuper bonis in *Liungbeg* oblatis Altari b. *Catharinæ* à *Skæf* Canonico eccleſiæ Aruſienſis.

Ex Apographo Chartac. No. 129.

1255. die 4 Auguſti.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Archidyacono & Capitulo *Aruſienſi*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, qvæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſeqvente complere. Cum igitur ſicut petitio veſtra vobis exhibita continebat, Præpoſitus *Skæf* eccleſiæ veſtræ canonicus duas in parochia *Liungheg* & qvædam alia bona ipſius, altari beatæ *Katerinæ*, qvod in eadem eccleſia de bonis propriis pro animæ ſuæ ſalute conſtruxit, deliberatione pia & provida duxerit concedenda nos veſtris hujus ſupplicationibus inclinati qvod ſuper hoc ab eodem Canonico pie ac provide factum eſt, ratum habentes & gratum, illud auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Anagniæ*, pridie Non. Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

ALEXANDRI IV. Bulla confirmatoria ſuper diplomate à *FRIDERICO* (II Romanorum Imperatore) Regibus Daniæ dato, qvo omnia, qvæ ultra *Eldoram* & *Albim* Imperio contingentia *KANUTUS* & *WALDEMARUS* Reges, ut & in *Slavia*, armis occupaverant, Regno *Daniæ* adſeruntur.

Ex Apographo Chartac. manu Arnæ Magnæi. No. 130.

1256. die 28 Junii.

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus *Petrus* Præpoſitus, *Thordo* Archidyaconus totumqve Capitulum Roſkildenſe, ſalutem in Domino ſempiternam. Tenore præſentium notum facimus univerſis, nos litteras

litteras infra ſcriptas, ſub veris bulla & filo, in nulla ſui parte vitiatas vidiſſe in hæc verba. *ALEXANDER* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei; cariſſimo in Xpo filio . . Regi Danorum illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota qvæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſeqvente complere. Cum igitur qvondam *Frethricus*, tunc Rex *Siciliæ*, in Romanorum Imperatorem electus, de aſſenſu principum *Theutoniæ*, pro pace ac concordia inter Imperium & Regnum Daciæ inviolabiliter obſervanda & hoſtibus imperii cohercendis, omnes terminos ultra *Eldoram* & *Albiam* Imperium contingentes, qvos inclitæ recordationis *KANUTUS* Rex, frater tuus, provocatus iniuriis, & tu cum eo pariter acqviſiviſti, & qvicqvid in *Sclauia* idem frater tuus acqviſitum paterno ſuoqve labore tenuit, Regno tuo addiderit; ſicut per autenticum inſtrumentum inde confectum evidenter apparet. Nos tuis ſupplicationibus inclinati, qvod ab eodem Rege de conſilio eorundem principum & aſſenſu, pro bono pacis ſuper hiis provide factum eſt, ratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siqvis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum *Anagniæ* IIII. Kal. Julii; Pontificatus noſtri anno ſecundo. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum & actum anno domini M.CCC. primo, Roſkildis, in profeſto beati Johannis ante portam latinam.

Ingardis

Ingerdis Comitiſſe de *Reginſten* donatio bonorum in *Horlef*, *Lynda parva*, *Jætnæslef*, *Aggethorp*, *Lyutsthorp*, *Ammæthorp*, *Thornby Parva*, *Wolby*, *Barnathorp*, *Schethæ*, *Ansthorp*, *Swalmsthorp*, *Aethorp* facta Sororibus ordinis Sti *Franciſci Roſkildis*.

Ex Autogr. membr. Faſcic. LI. No. 3 Apograph. Chartac. mann Arnæ Magnæi vid. No. 131.

1256. die 1 Auguſti.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen. Ego *Ingerdis* Comitiſſa quondam de *Reginſten* filia Domini *Jacobi* filii *Simonis* per omnia compos mentis mee, & in bona valetudine conſtituta fragilis conditionis humane non immemor, que mortis conſtricta cognoſcitur neceſſitate quamuis eiusdem mortis hora penitus ignoretur, anime mee ſaluti prouidens, cum inter cetera cordis mei deſiderabilia deſiderio deſiderem, ſi tamen digna fuerim ordinem ſororum a beato *Franciſco* primitus inſtitutum, earum dumtaxat que redditus habere poſſunt in ciuitate *Roſkildenſi* Regni *Dacie* plantare, quicquid de rebus a Deo michi conceſſis, ad ſupra dictarum ſororum & monaſterii earum in poſterum perpetuum uſum ordinandum & conferendum, diuina inſpirante gratia concepi, preſentis inſtrumenti ſcripto commendatum in preſentia venerabilis patris Domini *Jacobi* Landenſis Archiepiſcopi *Svecie* primatis, poſteris non ſolum legendum, ſed quicquid in eo continetur, ab hiis quorum intereſt illud exequi, ſub periculo animarum ſuarum mancipandum transmitto. Confero igitur eisdem ſororibus, & earum monaſterio villas ſubſcriptas cum omnibus iuribus & prouentibus ſuis plene ex nunc & in perpetuum ab eis poſſidendas. ſcilicet. *Horlef* cum duobus molendinis & omnibus aliis attinentibus que ſoluunt anuatim centum marcas denariorum. Item *Lyndæ* paruum cum ſibi attinentibus quod ſoluit XL marcas denariorum. Item *Jætnæslef* cum ſibi attinentibus quod XL marcas denariorum. Item *Aggethorp* cum ſibi attinentibus quod XX marcas denariorum. Item *Lyutstorp* cum ſibi attinentibus quod XV marcas denariorum. Item *Ammæthorp* cum ſibi attinentibus quod XX marcas denariorum. Item *Thornby paruum* cum ſibi attinentibus quod XL marcas denariorum. Item *Wolby* cum ſibi attinentibus quod XIX marcas

cas denariorum. Item *Barnæthorp* cum ſibi attinentibus quod XX marcas denariorum. Item *Scethæ* cum ſibi attinentibus quod LX marcas denariorum. & equicium ibidem quod XIX marcas denariorum. Item *Anſthorp* & *Swalmſthorp* & *Aethorp* quod XIX marcas denariorum. Summa autem reddituum iſtorum annuatim eſt Centum Marce & viginti puri argenti exceptis obuentionibus que venire poſſunt. Executorem autem huius mee donationis & ultime uoluntatis eligo & conſtituo venerabilem Patrem Dominum . . Epiſcopum Roſkildenſem. Vt igitur omnis ambiguitas excludatur & nulli detur ſuper hiis occaſio malignandi preſentium ſeriem ſigillo ſupradicti Venerabilis patris Domini *Jacobi* Lundenſis Archiepiſcopi Svecie Primatis procuraui communiri & meo feci ſigillo ſigillari. Datum *Lundis* anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto. Kalendis Auguſti.

Ingerth Comitiſſæ de *Reynſten* Litteræ, qveis *Petrum* Epiſcopum *Roſkildenſem*, ſeum tutorem conſtituit.

Ex Autogr. membr. Faſcic. LI. No. 19. Apogr. Chartac. manu *Arnæ Magnæi* vid. No. 132.

1257.

Vniuerſis Xpi fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis & audituris, *Ingerth* relicta Comitis *Conradi* de *Reynſten* ſalutem in domino. Vniuerſitatem ueſtram ſcire uolumus Dominum *P.* Epiſcopum Roſkildenſem, in preſentia *C.* Regis Danorum illuſtris tutorem noſtrum fore conſtitutum. Vnde quicquid predictus dominus de bonis noſtris fecerit & ordinauerit, gratum habemus & acceptum. In huius Rei teſtimonium preſentem paginam ſigillo noſtro duximus ſigillandam.

Sigillum nonnihil læſum ceræ albæ impreſſum, loro ex ipſa membrana, cui diploma inſcriptum eſt, excſecto, inferiori oræ appendet.

ALEXANDRI IV. Bulla mandatoria ad Archiepiſcopum Lundenſem ut qvoties a monialibus monaſterii Sti *Franciſci* ordini Sti *Damiani* Roſkildenſis reqviſitus fuerit, bona earum a qvibusvis detenta, reſtitui illis faciat.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 5.

1257. die 3 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei venerabili fratri *J.* Archiepiſcopo Lundenſi. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte dilectarum in Xpo filiarum . . Abbadiſſe & conuentus monaſterii ſancti *Franciſci* Roſkildenſis ordinis ſancti *Damiani* fuit nobis humiliter ſupplicatum ut cum ſepe contingat, detineri poſſeſſiones & alia bona, que deuolui debent, ex perſonis ſororum eiusdem loci ratione ſucceſſionis uel dotis, ſiue legati aut elemoſine, ſeu de aliis cauſis, ad monaſterium memoratum ac graue ſit eis ad nos pro ſingulis ad nos habere recurſum & coram diuerſis iudicibus experiri, ipſis ſuper hoc dignaremur miſericorditer prouidere. Quocirca fraternitati tue, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus quotiens a dictis abbatiſſa & conuentu, fueris requiſitus, ueritate cognita, eis reſtitui facias bona ipſa, detentoribus eorundem contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum *Laterani.* III. non. Januarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla mandatoria ad miniſtrum Provincialem in *Dacia* ut qvoties ab Abbatiſſa & conventu monaſterii Sti *Franciſci* Ordinis Sti *Damiani*, *Roſkildis*, reqviſitus fuerit, duos fratres ydoneos ad celebrandum iis divinum officium & audiendum confeſſiones earum, & ad exhibendum iis eccleſieſtica ſacramenta, ſine qvalibet difficultate iis concedat.

Ex Autogr. membran. Faſcic. LI. No. 6.

1257. die 4 Jannarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, dilecto filio . . miniſtro prouinciali in Datia, Salutem & apoſtolicam benedictionem

Pre-

Preſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus quotiens, a dilectis in Xpo filiabus. Abbatiſſa & conuentu monaſterii Sti *Franciſci*, Roſkildenſis, ordinis Sti Damiani, fueris requiſitus duos fratres ydoneos, ad celebrandum eis diuinum officium, & audiendum confeſſiones earum & exhibendum eis eccleſiaſtica ſacramenta, & proponendum uerbum dei populo, qui tunc aliisque temporibus ibidem conuenerit, necnon pro aliis honeſtis, & rationabilibus cauſis, eis ſine qualibet difficultate concedas. Datum *Laterani* II non. Januarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla mandatoria ad Epiſcopum Roſkildenſem, ut *Ingerdi* Comitiſſæ de *Regenſten* auctoritate apoſtolica veniam concedat monaſterium Sororum ordinis Sti *Damiani*, in honorem Sti *Franciſci* Roſkildis erigendi, ſi expedire viderit.

Ex Autographo membran. Faſcic. LI. No. 7. Apographum Chartaceum vid. No. 133.

1257. die 5 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Venerabili fratri . . Epiſcopo Roſkildenſi. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Ex parte dilecte in Xpo filie nobilis mulieris *Ingardis* relicte . . Comitis de *Regenſtein* uidue fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſa propter ſpecialis deuotionis affectum quem ad ordinem beati *Damiani* gerit quoddam monaſterium ipſius ordinis in honore beati *Franciſci* in tua dioceſi conſtruere intendat de bonis propriis & dotare faciendi hoc ſibi licentiam concedere curaremus. Volentes igitur tibi in hac parte deferre. fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus. quatinus eidem nobili poſtulata concedas ſi expedire uideris ſine iuris preiudicio alieni. Datum *Laterani* nonis Januarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla Abbatiſſæ & conventui monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildenſis Ordinis Sti *Damiani* data, ut frater presbiter, ordinis fratrum minorum, qvi confeſſor iis fuerit deputatus, illis ex iisdem, qvæ pro iniectione manuum in ſe ipſas excommunicationis incurrerunt vinculum vel incurrent, iuxta formam eccleſiæ, beneficium abſolutionis impendat, dummodo competens ſatisfactio paſſis iniuriam fiat.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 9.

1257. die 12 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Xpo filiabus . . Abbatiſſe & conuentui monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildenſis, ordinis Sti Damiani, Salutem & apoſtolicam benedictionem. Ne alique ueſtrum, animarum poſſent ſubeſſe diſcrimini, ſi materiam habeant euagandi, deuotionis ueſtre precibus annuentes ut frater presbiter, ordinis fratrum minorum, qui confeſſor uobis fuerit deputatus, illis ex uobis, que pro iniectione manuum, in ſe ipſis, excommunicationis incurrerunt uinculum, uel incurrent, iuxta formam eccleſie beneficium abſolutionis impendat, dummodo competens ſatisfactio paſſis iniuriam fiat, auctoritate preſentium, concedimus facultatem. Datum *Laterani* Idus Januarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Indulgentiæ centum dierum datæ viſitantibus Eccleſiam monaſterii Sti *Franciſci* ordinis Sti *Damiani* Roſkildis.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 11.

1257. die 13 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. dilectis in Xpo filiabus . . Abbatiſſe & conuentui monaſterii ſancti *Franciſci Roſkildenſis*, ordinis ſancti *Damiani*. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Sanctorum meritis, inclita gaudia, fideles Xpi, aſſequi minime dubitant, qui per condigne deuotionis obſequia, eum ueneramur in illis, quorum gloria, ipſe eſt, & retributio meritorum. Ad promerenda igitur ſempiterna gaudia, eam dare fidelibus populis cupientes

entes omnibus Xpi fidelibus uere penitentibus & confeſſis, qui eccleſiam ueſtram, in die conſecrationis, & anniuerſario dedicationis eiusdem, ac feſtiuitate Sancte *Clare*, & usque ad octo dies ſequentes, cum deuotione ac reuerentia uiſitauerint, annuatim, de omnipotentis dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius; auctoritate confiſi. *) Centum dies, necnon, qui etiam eandem eccleſiam, in feſtiuitatibus beatorum *Franciſci*, & *Antonii* Confeſſorum, qui in eccleſia ipſa ſunt precipui ac ſolempnes, annis ſingulis uiſitauerint dies de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus. Datum *Laterani*. Idus Januarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla data Abbatiſſæ & conventui monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildenſis ordinis Sti *Damiani*, ut poſſeſſiones & alia bona tam mobilia qvam immobilia Sororum, qvocunqve iuſto titulo adepta, feudalibus exceptis, exigere, petere ac retinere valeant.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 8.

1257. die 13 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Xpo filiabus . . Abbatiſſe & conuentui, monaſterii ſancti *Franciſci* Roſkildenſis, ordinis Sancti *Damiani*. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Deuotionis ueſtre precibus inclinati, auctoritate uobis preſentium indulgemus, ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia & immobilia, que liberas perſonas ſororum ueſtrarum, mundi relicta uanitate, ad ueſtrum monaſterium conuolantium, & profeſſionem facientium in eodem, iure ſucceſſionis, uel alio iuſto titulo, ſi remanſiſſent in ſeculo, contigiſſent, & libere potuiſſent aliis erogare, exceptis rebus feudalibus, exigere, petere, ac retinere, libere ualeatis. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam, noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario, contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Laterani* Idus Januarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

*) *Centum* manu diuerſa ſcriptum eſt alioque atramento.

ALEXANDRI IV. Bulla, qva Sorores monaſterii Sti *Franciſci* ordinis Sti *Damiani Roſkildis*, immunes a præſtatione procurationum Legatorum & Nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, omniumque exactionum, collectarum, & ſubſidiorum, declarat, omnesque ex hoc capite in eas promulgatas ſententias excommunicationis aut interdicti, irritas eſſe iubet.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 10.

1257. die 13 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Xpo filiabus . . Abbatiſſe & conuentui monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildenſis ordinis Sti *Damiani*. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Paupertati ueſtre quam uoluntarie propter deum ſuſtinetis, ac quieti paterna impoſterum ſollicitudine prouidere uolentes, auctoritate uobis preſentium indulgemus ut uos ad preſtationem procurationum. Legatorum ſedis Apoſtolice uel nuntiorum ipſius aut exactionum uel collectarum ſeu ſubſidiorum quorumcunque minime teneamini nec ad ea ſoluenda per litteras dicte ſedis legatorum, Rectorum, uel nuntiorum eiusdem, cuiuscunque tenoris exiſtant aut cuiuscunque auctoritate, compelli minime ualeatis. Nos enim decernimus, irritas & inanes, interdicti ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias ſiquas propter hoc in uos uel in ueſtrum aliquas, aut monaſterium ueſtrum, impoſterum contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Laterani* Idus Januarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla, qva *Ingerdi* Comitiſſæ de *Regenſten* [illegible] reditus & proventus ad ſe ſpectantes in ordine Sti *Damiani*, [illegible] dem ingredi voluerit, percipere tam libere, ac ſi in ſeculo [illegible].

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 13. Apogr. Chartac. vid. No. 134.

1257. die 17 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilecte in Xpo filie. Nobili mulieri, *Ingardi*, Relicte quondam *Conradi* Comitis de *Regeſten* vidue *Roſkildenſis* dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Promerente tue deuotionis affectu, te libenter ſpeciali proſequimur gratia & fauore. Tuis igitur deuotis precibus inclinati, ut ſi te ingredi ordinem beati *Damiani* contingat, quod poſſis redditus & prouentus ad te ſpectantes, in ordine ipſo percipere, tamquam ſi remanſiſſes in ſeculo, auctoritate tibi preſentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Laterani* XVI Kal. Februarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla, qva Regi Daniæ inſtitutum ab *Ingerde* Comitiſſa de *Regenſten* monaſterium Sti *Franciſci Roſkildis* ordinis Sti. *Damiani* commendat.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 14. Apogr. Chartac. No. 135.

1257. die 17 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei chariſſimo in Xpo filio . . illuſtri Regi Dacie ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilecta in Xpo filia nobilis mulier *Ingardis* relicta quondam *Conradi* Comitis de *Regeſten*, diuinis accenſa monitis, tam pro ſe quam pro futuris ſororibus quoddam monaſterium quod ordinis Sti *Damiani* regularibus inſtitutis informari deſiderat, fundare intendit propriis ſumptibus & dotare. Cum igitur dicta nobilis ſit propter hoc

hoc dignis fauoribus attollenda, ſerenitatem Regiam rogamus & hortamur attente, quatinus dictum monaſterium, quod eſt nouella plantatio, habeas pro noſtra & Apoſtolice ſedis reuerentia commendatum, illud in perſonis & rebus a quoquam, quantum in te fuerit, non permittas indebite moleſtari. Ita quod eadem preces noſtras in hac parte ſibi profuiſſe letetur, & nos celſitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendemus. Datum *Laterani*. XVI Kal. Februarii. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla mandatoria ad Archiepiſcopum Lundenſem ut quoscunque volentes *Ingerdem* Comitiſſam de *Regenſten* in fundatione & dotatione monaſterii Sti *Franciſci Roſkildis* Ordinis Sti *Damiani* impedire, appellatione remota commoneat & compellat.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 12. Apogr. Chartac. No. 136.

1257. die 17 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. venerabili fratri . Archiepiſcopo Lundenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilecta in Xpo filia, nobilis mulier *Ingardis*, relicta quondam *Conradi* de *Regeſten*, nobis ſignificare curauit quod eadem in firmo gerit propoſito, quoddam monaſterium ordinis Sancti *Damiani* ad honorem Dei & animarum ſalutem, propriis fundare ſumptibus & dotare. Quare nobis humiliter ſupplicauit, ut ſi nobilem ipſam ad conſumationem huiusmodi operis de bonis propriis uendere forte contingeret, uel uendidiſſe, ut ſuper hoc a ſuis uel aliis impediri uel moleſtari non poſſit, prouidere ſibi de benignitate ſedis Apoſtolice curaremus. Ut igitur tam pii propoſiti executio alicuius impedimenti obice nequeat impediri fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus Clericos & Laicos, ſi quos tibi conſtiterit, eandem nobilem ſuper prædictis omnibus indebite moleſtare, ut ab huiusmodi moleſtatione omnino deſiſtant, monitione premiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas. Datum *Laterani*. XVI Kal. Februarii. Potificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

Actas

Acta dotationis monaſterii monialium recluſarum ordinis Sancti *Damiani Roſkildis* factæ coram Rege, ab *Ingerde* Comitiſſa de *Regenſten*, conſenſu *Johannis*, *Johannis* filii, ipſius fratruelis & domini *Andreæ*, Pincernæ filii, mariti Dominæ *Ceciliæ*, ſororis dicti *Johannis*. Qvcis Comitiſſa bona ſua in *Hornlef* cum duobus molendinis, in *Ammæthorp*, *Thornby minori* & *majori*, *Lyudztorp*, *Linde parvo*, in *Tubald* partem tertiam Domino *Andreæ* & *Johanni* ſcotavit, reſidua vero in *Skædæ*, *Alunde parvo*, *Sualſtorp*, *Anſtorp*, *Aggarthorp*, *Agarmark*, *Tokæmark*, *Jatuesleſ*, *Aggæthorp*, *Waldby*, *Barnæthorp*, *Heddingæ parvo*, *Svenſtorp*, *Grönæholt* & in *Tubald* partes duas dicto monaſterio obtulit.

Ex Autogr. membr. Faſcic. LI. No. 16 Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi vid. No. 137.

1257. die 8 Julii.

CHRISTOFORUS dei gratia Danorum Slauorumque Rex. vniuerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in domino Notum uobis facimus, Quod in noſtra preſencia conſtituti, domina *Tugærth*, Relicta domini *Conradi*, quondam Comitis de *Regynſten* ex una parte. & *Johannes* filius *Johannis* fratruelis dicte domine. & dominus *Andreas* filius pincerne, maritus domine *Cecilie* ſororis dicti *Johannis*, ex altera. taliter inter ſe conuenerunt ſilicet quod dicta domina *Tugærth* poſſeſſiones infra ſcriptas. ſcilicet *Hornlef*, & duo molendina ibidem, *Ammæthorp*. *Thornby minus*. in *Thornby maiori* terram ſeptem ſolidorum & dimidium in cenſu. *Lyudztorp*. *Linde parvum*. Tertiam partem de *Tubald* in *Mön* cum omnibus pertinentiis eorum ſcilicet mobilibus & immobilibus que ſua ſunt ibidem, predictis domino *Andreæ* & *Johanni* ſcotaret, quibus iidem contenti eſſent pro portione hereditatis, que ipſos contingere poſſet ex bonis eiusdem domine. Que- ſcotatio ſtatim facta eſt, hac conditione interpoſita, quod dicta bona nichilominus in poſſeſſione predicte domine *Tugærth* remanerent uſque ad completum triennium facta computatione a proximo ſequenti feſto Sancti *Michaelis*, & quod ipſa omnes prouentus dictorum trium annorum integre percipiat, ſiue per ſe ipſam, ſi uixerit. uel hii quibus ipſa eosdem prouentus donauerit uel legauerit ſi aliquid humanitus contigerit. Prefati uero dominus *Andreas* & *Johannes* ſuum adhibuerunt plenum conſenſum. quod ſepe dicta do-

mina *Yngærth* omnia ſua reliqua bona mobilia & immobilia, vendat donet uel leget ſeu quocumque uelit modo alienet quibuscunque etiam perſonis Ceterum ſepedicti dominus *Andreas* & *Johannes* ſuper bonis ſiue poſſeſſionibus, per dictam dominam prius iuſte & ſecundum leges terre alienatis reperendis uel quocunque modo impetendis ſi quod ius eis competeret uel competere uideretur penitus renunciarunt. Reſidua autem bona ſua vniuerſa tam mobilia quam immobilia cum ſuis attinentiiſ omnibus, videlicet: *Skædæ* cum molendino & ſtagno. *Alunde parvum. Sualſtorp. Anſtorp. Aggarthorp. Aggarmark. Tokkæmark. Jatnesleſ. Aggæthorp* cum piſcatura ibidem que dicitur *Walbut. Waldby. Barnæthorp. Heddingæ parvum Svenſtorp. Grönæholt* cum equicio. Duas parteſ de *Tubald* in *Mön* ad fundationem & dotationem monaſterij monialium recluſarum ordinis ſancti *Damiani*, earum dumtaxat, que redditus habere poſſunt, in *Roſkildenſi* dioceſi ad honorem Dei & ſancti *Franciſci* & ſancte *Clare* conſtituendi donauit. & nomine dicti monaſterij in manus noſtras ſcotauit, ſiue per ſcotationem tradidit: ita tamen, quod ſecundum conſilium & ordinationem venerabilis patris Epiſcopi *Roſkildenſis* cuius prouidentie predicta bona commiſimus pro debitis eiusdem domine poſſint aliqua ex dictis bonis, ſi neceſſe fuerit alienari. Talis etiam inter ipſos conditio interuenit. Quod ſi dicta domina aliqua de bonis ſuis immobilibus uendere uoluerit preter *Svensthorp. Hedingælitlæ. Tubald.* quibus dicti dominus *Andreas* & *Johannes* iam reſignarunt antedicta domina per ſex menſes antequam alij uendat, ipſis faciat nunciari. Actum *Copmanhauen* in Eccleſia beate virginis octauo idus Julii anno Domini. M.CC.L. Septimo. In euidenciam autem predictorum nos manu propria ſſ. & ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Nos *Margareta Danorum Slauorumque* Regina predictis interfuimus. & manu propria ſſ. ac ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Nos *Jacobus* Lundenſis Archiepiſcopus predictis interfuimus. & manu propria. ſſ. ac ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Nos *Nicolaus* Wibergenſis Epiſcopus, domini *Criſtofori*, Illuſtris Regis *Danorum* Cancellarius rogati ex parte ſupradicte domine *Yngærth*, manu propria, ſſ. ac ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Nos

Nos *Petrus Roſkildenſis* Epiſcopus predictis interfuimus, & manu propria, ſſ. ac ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Nos *Waldemarus* Dux *Jucie* predictis interfuimus. & manu propria. ſſ. ac ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Nos *Erneſtus*. Comeſ predictis interfuimus. & manu propria. ſſ. ac ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Nos *Ingærth*, Relicta Conradi quondam Comitiſ de *Reginſten*, manu propria. ſſ. & ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Ego *Andreas* filius pincerne manu propria ſſ. & ſigillum meum apponi feci.

Ego *Johannes* filius domini *Johannis* manu propria ſſ. & ſigillum meum apponi feci.

*) Ego *Cecilia*, domini *Andreæ* filii pincernæ uxor, huic inſtrumento michi oblato manu propria ſſ. & ſigillum meum apponi feci.

Sigilli. 1. 6. 7 & 9. fragmenta appendent cordis ſericeis verſicoloribus.

ALEXANDRI IV. Bulla confirmatoria ſuper bonis & reditibus monaſterio Stæ *Mariæ* Roſkildenſis oblatis ab *ABSALONE* (Archiepiſcopo Lundenſi) Epiſcopo Roſkildenſi, in *Striihæret*, *H . . hæret*, *Juirlundhæret*, *Styſinſhæret*, *Smörmshæret*, *Listahæret*, *Samæhæret*, *Ræmsiöhæret*, *Beueſcoghæret*, *Faxæhæret* & ad Sepulcrum Sanctæ *Margarethæ* iuxta mare.

Ex Autographo membran. Faſcic. XIX. No. 10.

1257. die 16 Julii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Xpo filiabus . . Prioriſſe & Conuentui Monaſterij ſancte *Marie* Roſkildenſis Ciſtercienſis ordinis Salutem & apoſtolicam benedictionem. Ex tenore ueſtre petitionis accepimus, quod bone memorie *Abſalon* Archiepiſcopus Lundenſis tunc Epiſcopus Roſkildenſis pie conſiderans uos de bonis monaſterij ueſtri quod erat nouella plantatio non poſſe commode ſuſtentari, uobis de *Strühærreth* de *Liongahærreth*, *Juirlundhærret* de *Styſinſhærret* de *Smormſhærret* de *Lilahærret* de *Samæhæret* . . . de *Ramſiohærret* de *Beueſcoghærret* de *Faxahærret* & de

*) Quæ ſequuntur alia manu, alioque atramento ſcripta ſunt.

Stetingshæret. Villarum redditus & tertiam partem oblationum que ad ſepulchrum ſancte *Margarete* iuxta mare offeruntur prout ſpectabat ad eum de aſſenſu Roſkildenſis capituli pia & prouida deliberatione conceſſit. Prout in patentibus litteris eius confectis ac ſuo ſigillo ſignatis plenius continetur. Nos itaque ueſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem A. pie & prouide factum eſt ratum & firmum habentes de auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis igitur hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Viterbii.* XVII Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI Papæ IIII. decretum, ne mulieres ſeculares monaſterium Sanctæ *Mariæ* Roſkild. Ciſtertienſis ordinis ingredi, ibiqve morari, ſub interminatione anathematis audeant.

Ex Autographo membr. Faſcic. I. Num. I.

1257. die 20 Julii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis in Xpo filiabus. Prioriſſe & conuentuj monialium incluſarum Monaſterij Ste *Marie* Roſkildenſis ciſtertienſis ordinis Salutem & apoſtolicam benedictionem. Transmiſſa nobis ueſtra petitio continebat. quod nonnulle nobiles mulieres ſeculares. illarum partium cum familiis ſuis frequenter. ad ueſtrum monaſterium accedentes illud contra inſtituta regularia ueſtri ordinis ingredi. & in eo diu morari preſumunt. propter quod monaſterium ipſum graue detrimentum ſepe patitur & ſancte contemplationis otium ibidem non modicum perturbatur. Quare pro parte ueſtra humiliter petebatur a nobis. ſuper hec paterna diligentia prouideri. Nos itaque propter hec digne ueſtris deſideriis annuentes ut huius modi & alie ſeculares perſone ſimilia efficere ſine apoſtolice ſedis licentia ſpeciali decreto non attemptent. ſub interminatione anathematis diſtrictius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-

paginam noſtre inhibitionis infringere uel ei auſu temerario contrarire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dei. & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noueriť incurſurum. Datum *Viterbii* XIII Kal. Aug. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt. (in dorſo ſuperne.) P. D. aſſ. Ciſter.

ALEXANDRI Papæ IIII. Confirmatio data monaſterio b. *Marie* Roſkild, ſuper duobus molendinis & uno manſo in *Glym*, illi ab *Abſalone* Epiſcopo Roſkild. oblatis.

Ex Autogr. membr. Faſcic. I. No. 2.

1257. die Julii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis in Xpo filiabus . . Prioriſſe & conuentuj Monaſterii Ste. *Marie* Roſkildj petitionem accepimus. quod bone memorie A. Epiſcopus Roſkildenſis pie conſiderans quod ſine bonis monaſterium ulla plantatio non poſſe commode ſuſtentari, duo molendina & unum manſum in *Glym.* Roſkildenſ. uel ad ſe ſpectantia. de aſſenſu ſui Roſkildenſis Capituli uobis pia ac prouida deliberatione conceſſit. prout ex patentibus litteris eius confectis ac ſuo ſigillo ſignatis plenius Nos itaque ueſtris ſupplicationibus inclinati quod ſuper hoc ab eodem Epiſcopo pie ac prouide factum eſt ratum habentes & gratum. confirm Nulli hominum liceat hanc infringere attemptare preſumpſerit omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noueriť incurſurum. Datum *Viterbii* Aug. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla prohibitoria ad Epiſcopum Roſkildenſem ne Eccleſias iure patronatus ad fratres de *Sora* pertinentes alicui vacantes conferat eisdem invitis.

Ex Codice Diplomat. Sorenſi fol. XLI. a.

1257. die 26 Julii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Epiſcopo *Roſkildenſi* Salutem & apoſtolicam benedictionem. Tua ſollicite vitari debet induſtria quod iniuſtum eſt & indecens eſſe dinoſcitur aut in iniuriam proximi redundare videtur. Sane ſicut petitio dilectorum filiorum Abbatis & conuentus monaſterii de *Sora* ciſtertienſis ordinis Roſkildenſis dioceſis nobis exhibita continebat tu paſſim & indifferenter eccleſias tue dioceſis in quibus ipſi ius optinent patronatus quociens eas vacare contingit quanquam non ſint in mora perſonas ad illas ydoneas infra tempus legittimum preſentandi confers aliis pro tue libitu voluntatis in eorum non modicum preiudicium & grauamen propter quod ipſi ad prouidentiam ſedis apoſtolice recurrerunt. Nos itaque ipſorum indebitis grauaminibus occurrere cupientes fraternitatem tuam rogamus & hortamur attente per apoſtolica ſcripta tibi diſtrictius inhibentes quatinus easdem eccleſias inuitis ipſis dictis abbate & conuentu infra tempus . . nulli de cetero conferre preſumas. Datum *Viterbii* VII Kalendas Auguſti. Pontificatus noſtri anno tertio.

Ingerthis Comitiſſæ de *Regenſten* litteræ, qveis *Petro* Epiſcopo Roſkildenſi tutelam omnium bonorum ſuorum committit, illumque exſecutorem teſtamenti ſui conſtituit.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 4. Apogr. Chartac. No. 138.

1257.

Omnibus preſentem literam inſpecturis. *J.* Relicta comitiſſ *Conradi* de *Regenſten*. Salutem in omnium ſaluatori. Vniuerſitati neſtre tenore preſentium notum facimus quod omnia bona noſtra tam mobilia quam immobilia ſub protectione dnj *Petri* Epiſcopi Roſchildenſis dimi-

dimiſimus quem etiam executorem teſtamenti noſtri conſtituimus ut ipſe de bonis noſtris ordinet & diſponat ſecundum quod in noſtra teſtamentali litera continetur. vt autem nullus preter eum de hoc negotio ſe intromittat preſentem paginam conſcribi fecimus & noſtri Sigilli munimine roborari. Dat. *Roſchildis*.

Sigillum, quod loro membranæ exciſo appenderat oræ inferiori, deeſt.

In Tergo. Quod domina *Ingerdis* comitiſſa quondam relicta Comitis de *Reynoſten* conſtituit Dominum *Petrum* Roſkildenſem Epiſcopum executorem ſui teſtamenti.

ALEXANDRI IV. Bulla protectoria data monaſterio Stæ *Mariæ* Roſkildis.

Ex Autographo membr. Faſcic. 19. No. 8.

1257. die 13 Auguſti.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis in Xpo filiabus Prioriſſe monaſterii Sancte *Marie* Roſkildenſis eiusque ſororibus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis. In ppm. Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis eneruet. Ea propter dilecte in Xpo filie ueſtris poſtulationibus clementer annuimus & monaſterium ſancte dei genetricis Virginis *Marie* Roſkildenſis in quo diuino eſtis obſequio mancipate ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuscipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum deum & beatibenedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum a uobis ante Concilium generale ſuſceptam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dicitur perpetuo ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum uel Principum oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma uobis & eis

qui

qui uobis ſucceſſerint & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. eccleſias quas habetis in villis *Syongneloſae. Garſtorp.* & *Glum.* uulgariter nuncupatis eccleſiam ſanctorum Petri & Pauli cum omnibus pertinentiis ſuis quam habetis in ciuitate Roſkildenſi quas idem monaſterium antequam Ciſtercienſium fratrum inſtituta ſuſciperet poſſidebat. Terras & poſſeſſiones quas habetis in villis que *Haubyrthe. Glum. Flaethinge* & *Tekathorp.. Aluersleſ. Suauersleſ. Cornaethorp. Hersleſ. Karlaeby, Fersleſ. Kinbi Turisleſ. Sculdaeleſ. Gunnilderuth. Smorhem. Haeringaloſae. Withaeleſ. Weſby. Rethaeſteſ. Tunae. Kalſſtund. Tyerby. Scalſthorp. Camſthorp. Saloae. Scenſwith. Latacara. Witby. Ramſio. Brothorp. Vareathorp. Tſora. Flacka. Gotherſleſ. Gorathorp. Hom. Hellaeleſ. Jurloſa. Houæ. Wimminga* uulgariter nuncupantur. Redditus qui collecta ſancte *Margarete* uocantur, quos habetis in locis *Stroharet. Liungaharet. Jurlundaharet. Stiſinſharet. Smorhemſharet. Lydlaharet. Samaharet. Timaharet. Ramſioharet. Biauerſcouharet. Faxaharet. Statingsharet* uulgariter nuncupatis. Tertiam partem oblationum que in eccleſia Ste *Margarite* poſite iuxta mare, a Xpi fidelibus conferuntur. decimas que decime epiſcopales dicuntur quas habetis in Ciuitate Roſkildenſi, & in villis ſpectantibus ad eccleſias omnium ſanctorum & beate *Marie* in ciuitate predicta ſitas, ac in parrochia Eccleſie que ſita eſt in villa que nominatur *Glum.* Manſum unum & duo molendina cum aquarum decurſibus & omnibus pertinentiis eorumdem que in villa obtinetis eadem. cum terris pratis nemoribus uineis uſuagiis in paſcuis in boſco in plano in aquis in molendinis in uijs & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane laborum ueſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale ac etiam noualium que propriis manibus colitis de quibus noualibus hactenus aliquis non percepit. ſiue de ortis & uirgultis & piſcationibus ueſtris uel de nutrimentis animalium ueſtrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat quoque uobis perſonas iberas & abſolutas e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli ſororum ueſtrarum poſt factam in monaſterio ueſtro profeſſionem

fas

fas ſit ſine abbatiſſe ſue licentia de eodem loco diſcedere. diſcedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes. ne terras uel quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui persone dari. siue alio modo alienari absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius. Sique uero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censendum. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus uel quelibet alia persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat. nec ad domos uestras causa ordines celebrandi causas tractandi uel aliquos conuentus publicos conuocandi uenire presumat. nec regularem electionem abatisse uestre impediat aut de instituenda aut removenda ea que pro tempore fuerit contra statuta Cistercienſis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus altarium uel Ecclesiarum siue pro Oleo sacro uel quolibet ecclesiastico sacramento nullius a uobis obtentu consuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere sed hec omnia gratis uobis Episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat uobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam & communionem Apostolice sedis habentem qui nostra fretus auctoritate uobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani Episcopi forte uacauerit interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis Episcopis accipere libere & absque contradictione possitis. sic tamen ut ex hoc imposterum propriis Episcopis nullum preiudicium generetur. Quum uero interdum proprij Episcopi copiam non habeatis siquem Episcopum romane sedis ut diximus gratiam & communionem habentem & de quo plenam notitiam habeatis per uos transire contigerit ab eo benedictiones uasorum & uestium ac monialium & consecrationes altarium auctoritate sedis apostolice recipere ualeatis. Porro si Episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum uel personas inhibi constitutas suspensionis uel excommunicationis uel interdicti sententias promulgauerint siue etiam in mercenarios uestros pro eo quod decimas sicut dictum est non persoluitis siue aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt siue benefactores uestros pro eo quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint

uel ad laborandum adiuuerint in illis diebus in quibus uos laboratis & alii feriantur eandem sententiam protulerint. ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam decernimus irritandam. nec littere ille firmitatem habeant quas tacito nomine Cisterciensis ordinis & contra indulta apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum comune interdictum terre fuerit liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis excommunicatis & interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus. ut infra clausuras locorum uel grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere ignem apponere sanguinem fundere hominem temere capere seu interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris romanis Pontificibus ordini uestro concessas nec non & libertates & exemptiones secularium exactionum a regibus & principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere minuere uel quibuslibet uexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur earum pro quarum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate & in predictis ecclesiis diocesani Episcopi . . iustitia . . decimis moderatione concilii generalis. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat &. a sacratissimo corpore & sanguine dei & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN. AMEN. AMEN.

Ego

Ego *ALEXANDER* catholice ecclesie Episcopus ſſ.
Ego *Odo* Tusculan Episc. ſſ.
Ego *Stephanus* Prenestinus Episc. ſſ.
Ego *Frater Johannes* Tit. Sti Laurentii in Lucina Presbiter Cardinal. ſſ.
Ego *Frater Hugo* Tit. Ste Sabine Presbiter Cardinalis. ſſ.
Ego *Riccardus* Sti Angeli Diac. Card. S.
Ego *Ottauianus* Ste Marie in Diac. Card. S.
Ego *Petrus* Sti Georgii ad Uelum
Ego *Johannes* Sti
Ego *Ottobonus* Sti

Datum *Viterbii* per manum *Jordani* sancte Romane ecclesie Subdiaconi & Notarii. Idus Augusti. Indictione. XV. Incarnationis dominice. Anno. M.CC.LVII. Pontificatus uero Domini *ALEXANDRI* Pape IIII. anno tertio.

Bulla corda sericea rubri flauique coloris appensa deest

Petri Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ, qveis commutat manſionem in *Sothathorp* menſæ Epiſcopali attinentem, pro manſione in *Augthæhor* qvam *Jacobus* Sunonis teſtamento reliqverat ad vinum diſtribuendum ſingulis eccleſiis Civitatis Roſkildenſis; additqve, ut teſtatoris voluntati eo facilius obtemperetur, unum & dimidium *Bol* in *Valby Eſtre*, & dimidium *Bol* in *Raveslef*.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 18.

1257. die 4 Octobris.

P. dei gratia Roſkildenſis Epiſcopus. Vniuerſis preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in domino preſentem & eternam. Nouerint tam preſentes quam poſteri quod volentes in quibus possumus utiliter eccleſie commoditati prouidere pro manſione in *Augthæhör* quam vir nobilis *Jacobus Snnonis* filius pie memorie in ſuo teſtimonio legauit ultima voluntate ad uinum diſtribuendum ſingulis eccleſiis ciuitatis Roſkildenſis & dyocesis ſingulis annis, ſcotauimus manſionem menſe Epiſcopali attinentem ciuitati uicinam cum ſuis pertinentiis in *Sothæthorp* ad uſus memoratos iure perpetuo poſſidendam, unanimi capituli noſtri concenſu requiſito & obtento. Ceterum ut uoluntas dicti teſtatoris firmius effectum habeat & fidelius conſeruetur, eandem dilecto nobis Canonico noſtro domino *Petro Othenſun* ipſius quondam Capellano & contentiente capitulo ad dies ſuos libere dimiſimus ad prefatos uſus ordinandam. Et eidem dimiſimus pro duobus *Bol* prebende ſue attinentibus in *Walby*. iuxta *Haſnæ*. *Bol*. & dimidium in *Walby*. *Eſtre* iuxta ciuitatem & dimidium *Bol*. in *Raueslef* ſimiliter in Capitulo. Ne igitur ſuper huiusmodi commutatione poſſit Eccleſie uel perſone ſuboriri calumpnia preſens ſcriptum ſigillo noſtro & ſigillo Capituli roborari fecimus ad cautelam. Actum *Roſkildis*, Anno Domini M.CC.LVIJ. IIIJ ydus Octobris.

Sigilla deſunt.

Teſta-

Teſtamentum Dominæ *Ingerth*, relictæ *Conradi* Comitis de *Regenſten*.
Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 15. Apogr. Chartac. vid. No. 139.

1257.

Cum uita hominiſ inſtabiliſ ſit et breuiſ ad ſalutem anime neceſſarium eſt ut taliter in temporalibus procedamus ut per uſum terrenorum non amittamus eterna ſed potius laudabili commercio eterna cum temporalibuſ acquiramus. In nomine Patris & filii & ſpiritus Sancti. anno Dominj M.CC.LVIJ. Ego *Ingerht* Relicta comitiſ *Conradi* de *Regenſten* preſentiſ inſtrumenti paginam ordinatione teſtamenti ſiue ultime uoluntatis digeſtam. omnibus inſpecturiſ legendam. & domino *Petro* Epiſcopo *Roſkildenſi* quem Executorem mei teſtamenti conſtituo quicquid in eo continetur abſque omni contradictione effectui mancipandam derilinquo. Nouerint igitur uniuerſi tam preſenteſ quam poſteri quod teneor ſoluere fratribuſ Predicatoribus pro Clauſtro de *Byrthingi*. XXIIII. mar. denar. item XIIII. mar. den. eiſdem pro redemptione crucis. Item teneor ſoluere Fratri *Philippo* de ordine minorum XL. mar. den. Item duaſ mar. monetario. Item vnam mar. pro curia. Preterea dedi Domino *Paulo*. capellano meo XVI mar. den. Item *Nicolao Werreſunt* XII. mar. den. Item *Conrado* Diacono IIII. mar. puri XII. mar. den. ad equum. XVI. mar. den. ad ueſtes eidem. Item *Stephano*. XX. mar. den. *Ludolfo*. X. mar. den. Item *Boſſoni*. X. mar. den. *Nicolao paruo*. X. mar. den. *Johanni Coco* VI. mar. den. Item *Mereke*. IIII. mar. den. & X. mar. den. ad equum. Item *Bundoni* IIII. mar. den. Item *Ingerth* XX. mar. den. Item *Johanni* filio *Stephani* V. mar. den. Item fratribus predicatoribus *Roſchildis*. XX. mar. den. Item fratri *Aſtrado*. V. mar. puri & XX. mar. den. fratri *Salomoni*. V. mar den. *Gardiano Roſchildenſi*. V. mar. den. Inſuper do fratribus minoribus *Roſchildis* apud quoſ ſepulturam eligo meum ſcrinium argenteum tam ad edificationem monaſterij quam eorum uſuſ. Item eiſdem pixidem argenteum in quo ſeruatur corpus dominicum. Item Pſalterium meum maius eisdem. & optima preparamenta mee Capelle. totam autem capellam preter hec dedi monialibus de ſancta *Clara*. quibus etiam dedi crucem auream & pater noſter au-

reum & ymaginem appendentem. & ymaginem ſancti *Franciſci*. Item eiſdem omnia attinentia ad coquinam. piſtrinum. & braxatorium. omneſ etiam meaſ eulcidras do eiſdem. Item ad Eccleſiam ſancti *Lucii* do pomum argenteum. Item fratribus predicatoribus *Roſchildis* draconem argenteum & pixidem. Item paruo ſcolari *Thorberno* mar. den. ceteriſque pueriſ in curia ſeruientibus cuilibet dimidiam mar. den. Ceterum vendideram *Svenſtorp* pro centum mar. puri. ex eo argento ſolui in *Theutonia* LX. mar. puri. Item dedi ad adducendas moniales de Clauſtro ſancte *Clare* X. mar. puri. Id autem quod ſupereſt volo ut diuidatur inter eos, quibus purum argentum erogaui ſuperius in littera prenotatis. Ad denarios autem preſcriptos perſoluendos aſſigno equos indomitos in *Svenſtorp*. ſed reſidui denarii, ſi qui fuerint perſoluendi, de bonis meis ſolaantur ſecundum quod Domino Epiſcopo uiſum fuerit expedire. Super hec autem que preſcripta ſunt teneor ſoluere pro Curia VI. mar. den. Item pro alia curia II. mar. den. Item ſtupam quam de meis denariis in predicta curia edificari feceram, dedi ad Clauſtrum ſancte *Clare*. Huius autem ordinationis ſiue uoluntatiſ teſteſ ſunt. Decanus *Roſchildis* Dominuſ *Petrus Öthenſun*, *Tuvo* Exactor, dominuſ *Michahel*, Frater *Aſtradus* & alii Fratreſ minoreſ. *Stephanus*. *Conradus*. *Mereke*. totaque mea familia & alii quam plures. In cuius rei teſtimonium preſentem literam feci mei ſigilli munimine roborari. Datum Roſkildis.

Sigillum deeſt.

ALEXANDRI IV. Bulla, qva conceditur Sororibus monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildis, earum familiaribus & oblatis, in earum eccleſia durante generali interdicto audire diuina & recipere eccleſiaſtica ſacramenta.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 21.

1257. die 21 Januarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Xpo filiabus . . Abatiſſe & conuentui monaſterij Sancti *Franciſci* de Roſkildis, ordinis Sancti *Damiani*, Salutem & apoſtolicam benedictionem. Ut eo libentius diuinis uacetis obſequijs, quo in hiis . .

ſedis

ſedis apoſtolice gratiam, fueritis aſſecute, deuotionis ueſtre precibus inclinati, auctoritate uobis preſentium indulgemus ut cum generale interdictum terre fuerit, liceat familiaribus ueſtris & oblatis, in monaſterio ueſtro, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, interdictis & excommunicatis excluſis audire diuina & eccleſiaſtica recipere ſacramenta, ac ibidem habere libere ſepulturam dummodo predicti familiares & oblati, cauſam non dederint interdicto, & eis id non contingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario, contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Viterbii* XII. Kal. Februarii. Pontificatus noſtri anno quarto.

in plica. P. Sabett.

Bulla deeſt, pars vero cordæ ſericeæ rubri & flavi coloris appendet.

In dorſo, manu alia, ſed coæva.

Quod in generali interdicto Sorores in eccleſia ipſarum & earum familiares & oblati poſſunt audire diuina, & recipere eccleſiaſtica ſacramenta.

ALEXANDRI IV. Bulla tribuens miniſtro ordinis Fratrum minorum in Dacia plenam poteſtatem viſitandi in Clauſtro Sororum ordinis Sti *Franciſci*, *Roſkildis*.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 22.

1258. die 5 Februarii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilecto filio .. miniſtro ordinis fratrum minorum in *Dacia*, *Norwegia*, *Suecia*, & *Riga*, Salutem & apoſtolicam benedictionem. Cum uerbo & opere te ſuper hiis ſtudeas exhibere ſollicitum, per que ſalus prouenire ualeat animarum. nos de tua circumſpectione, plenam in domino fiduciam obtinentes, plenam iurisdictionem, & uiſitationis officium in Monaſterio Monialium incluſarum, *Roſkildenſi*, ordinis ſancti *Damiani*, tibi auctoritate preſentium, duximus committenda, ut in eo uiſi-

uiſitationis, correctionis, & reformationis officium, quociens expedire uideris, ualeas, per te, uel per alios, ordinis tui fratres, quos ad hoc ydoneos eſſe uideris, exercere. Contradictores, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum *Viterbii*, nonis Februarii. Pontificatus noſtri anno quarto.

Bulla deeſt.

In dorſo, manu alia coæva.

Quod miniſter habeat plenam iurisdictionem & licentiam uiſitandi in Claustro Sororum.

ALEXANDRI IV. Bulla, qva magiſterio generalis ordinis fratrum minorum committuntur Sorores monaſterii Sti *Franciſci Roſkildis*.

Ex Apogr. membr. Faſcic. LI. No. 25.

1258. die 28 Februarii.

Omnibus preſentes Litteras inſpecturis. *Jacobus* diuina miſeratione Lundenſis Archiepiſcopus, Succie primas ſalutem in domino. Noueritis nos Litteras Domini Pape inſpexiſſe in hac forma:

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Xpo filiabus abbatiſſe. & Conuentui monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildenſis, ordinis ſancti *Damiani* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut ex parte ueſtra fuit propoſitum coram nobis uos incluſe corpore in caſtris clauſtralibus mente tamen libera deuote domino famulantes generali ordinis & prouinciali fratrum minorum miniſtris illius prouincie deſideretis pro ueſtre ſalute committi. nos pium ueſtrum propoſitum in domino commendantes deuotionis ueſtre precibus inclinati uos & Monaſterium ueſtrum auctoritate preſentium generali & prouinciali miniſtris committimus ſupradictis, eadem auctoritate michilominus ſtatuentes. ut ſub magiſterio & doctrina miniſtrorum Generalis & prouincialis fratrum Minorum prouincie prefate qui pro tempore fuerint de cetero maneatis. illis gaudentes priuilegiis que ordini predicto fratrum ipſorum ab apoſtolica ſede conceſſa ſunt uel in poſterum concedentur. Ipſique Generalis & Prouincialis miniſter ani-

animarum ueſtrarum ſollicitudinem gerentes & curam, eidem monaſterio per ſe uel per alios fratreſ ſui ordinis quos adhoc uiderint ydoneos quocienſ expedierit officium uiſitationis impendant, corrigendo & reformando ibidem tam in capite quam in membris que correctionis ſeu reformationis officio nouerint indigere. & nichilominus inſtituant & deſtituant mutent & ordinent prout ſecundum dominum uiderint expedire. Electio tamen Abbatiſſe libere pertineat ad conuentum. Confeſſioneſ autem ueſtras audiant & miniſtrent uobis eccleſiaſtica ſacramenta. Et ne pro eo quod in monaſterio ueſtro ipſiuſ ordinis fratres reſidere continue non tenentur pro defectu ſacerdotis poſſit periculum imminere predicti Generalis & prouincialis miniſtri ad confeſſioneſ in neceſſitatis articulo audiendas & miniſtranda ſacramenta predicta necnon diuina officia celebranda uobis deputent aliquos diſcretos & prouidos capellanos. Adhec liceat uobis redditus & poſſeſſiones recipere, ac ea libere retinere. non obſtante contraria conſuetudine ſeu ſtatuto ueſtri ordinis confirmatione ſedis Apoſtolice, aut quacunque firmitate alia roboratis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre commiſſionis & conſtitutionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Viterbij*. IJ. Kalend. Marcij. Pontificatus noſtri anno Quarto.

In huiuſ igitur Rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus apponi fecimuſ. Datum *Lundis*. Anno Domini M.CC.LVIIJ. IIIJ. Idus Septembris.

Sigillum amphiſphragiſticum appendet corda ſericea rubri & albi coloris.

ALEXANDRI IV. Bulla, qva Sorores monaſterii ordinis Sti *Franciſci*, *Roſkildis* bona mobilia & immobilia, exceptis feudalibus, ratione ſucceſſionis, aliove qvocunqve titulo iis debita, petere, recipere retinere ac transferre in alios poſſunt.

Ex Autographo membr. Faſcic. LI. No. 23. confr. Apograph. Papirac. ibid. No. 24.

1258. die 1 Martii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Xpo filiabus . . Abbatiſſe & conuentui monaſterij Sancti *Franciſci*, *Roſkyldenſis*, ordinis ſancti *Damiani*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Deuotionis ueſtre precibus inclinati ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia & immobilia, exceptis feudalibus, que perſonas liberas, ſororum ad monaſterium ueſtrum, mundi relicta uanitate uolantium, & profeſſionem facientium in eodem, ſi remanſiſſent in ſeculo, ratione ſucceſſionis uel quocunque alio iuſto titulo contigiſſent, & in alios libere potuiſſent transferre, petere, recipere, ac retinere libere ualeatis, auctoritate uobis, preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario, contraire. Siquis autem hec attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Viterbij* Kalendis Martij. Pontificatus noſtrj Anno Quarto.

Bulla deeſt.

In dorſo, alia, ſed coæua manu.

Quod ſorores bona mobilia & immobilia, petere, recipere, ac retinere ualeant libere.

Jacobi Archiepiſcopi Lundenſis Indulgentiæ datæ iis, qvi monaſterio Sororum Sti *Damiani* manus porrexerint adjutrices.

Ex Autographo membran. Faſcic. LI. No. 26. Apograph. Chartaceum vid. No. 139.

1258. die 15 Septembris.

Jacobus permiſſione diuina *Lundenſis* Archiepiſcopus Suetie primas' Uniuerſis per *Lundenſem* prouinciam conſtitutiſ Salutem in omnium Saluatore. Quoniam ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Xpi recepturi pro ut in corpore geſſimus siue bonum fuerit, siue malum oportet noſ diem meſſionis exſtreme miſericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam ſpem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam. Cum igitur dilecte nobis in Xpo moniales recluſe ordinis ſancti *Damiani Roſkildenſis* pro Eccleſia & edificiis monaſterij sui. ac etiam fuſtentatione arte uite ipſarum, que pro Xpo tante rigorem religionis ferre decreuerunt elemoſinis indigeant iuuari fidelium, quibus ipſe orationum ſuarum ſubſidia rependere ſtudent. Uniuerſitatem ueſtram rogamuſ & hortamur in domino in remiſſionem uobis peccaminum injungentes. Quatenuſ eiſ pias elimoſinas & grata caritatis ſubſidia erogetis ut per ſubuentionem ueſtram opus huiusmodi conſumari ualeat. & alias earum indigentie prouideri. ac uos per hec & alia bona. que domino inſpirante feceritiſ earum admij precibus ad eterne poſſitiſ felicitatiſ gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eiuſ auctoritate confiſi, Omnibus uere penitentibus & confeſſis qui eiſdem pro dicti conſumatione operiſ & ipſarum neceſſitatibus releuandiſ manum porrexerint adiutricem. Quadraginta dieſ de iniuncta sibi penitentia miſericorditer relaxamuſ. Datum *Lundis* Anno Domini M.CC.LVIIJ. Decimo ſeptimo Kalend. Octobris.

Appendet corda ſericea albi rubrique coloris Sigilli amphiſphragiſtici, ceræ rubræ impreſſi pars dimidia inferior.

Petri Epiſcopi Roſkildenſis Indulgentiæ datæ iis qvi monaſterio Sororum ordinis Sti *Damiani* eiusqve eccleſiæ manus porrexerint adiutrices.

Ex Autographo membraneo Faſcic. LI. No. 27. Apograph. vid. No. 140.

1258. die 3 Novembris.

Petrus permiſſione diuina *Roſkildenſis* Epiſcopus, Omnibus in dyoceſi ſua conſtitutis, preſentes Literas inſpecturis, ſalutem in omnium ſaluatore. Quoniam ut ait apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal Xpi, recepturi prout in corpore geſſimus ſiue bonum fuerit, ſiue malum oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet uitam eternam. Cum igitur dilecte nobis in Xpo moniales recluſe ordinis ſancti *Damiani Roſkilden*, pro Eccleſia & edificiis Monaſterij ſui, ac etiam ſuſtentatione arte uite ipſarum, que pro Xpo tante rigorem Religionis ferre decreuerunt elemoſinis indigeant iuuarj fidelium, quibus ipſe orationum ſuarum ſubſidia rependere ſtudent, uniuerſitatem ueſtram rogamus & hortamur in Domino, in remiſſionem uobis peccaminum iniungentes, quatinus eis pias elemoſinas & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubuentionem ueſtram opus huiusmodi conſumari ualeat & alias earum indigentie prouiderj, ac uos per hec & alia bona que domino inſpirante feceritis, earum adiuti precibus, ad eterne poſſitis felicitatis gaudia peruenire. Cupientes etiam ut earundem eccleſia congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus & confeſſis qui eis pro dictj conſumatione operis, uel ipſarum neceſſitatibus releuandis manum porexerint adiutricem, ſeu earum eccleſiam cum deuotione & reuerentia* uſitauerint, de Dei omnipotentis miſericordia. & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, viginti dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum *Roſkildis* Anno dominj M.CC.LVIII Tertio nonas Nouembris.

Appendet corda ſericea rubra Sigillum Epiſcopi amphiſphragiſticum ceræ rubræ impreſſum.

Petri

Petri Epiſcopi Roſkildenſis Confirmatio Donationis Domini *Petri Othenſun* Canonici Roſkildenſis, factæ eccleſiæ Sti *Lucii*, ſuper manſo terræ integro in *Flougi* & duobus *Fæligh*.

Ex Autogr. membr. Faſcic. LI. No. 28.

1259 die 10 Martii.

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus. *P*, miſeratione diuina Roſkildenſis Epiſcopus. Salutem in domino, Cum ea que in tempore geruntur a memoria hominum perfluere ſolent & facili ſcripture beneficio ſunt commendanda, ut litium materia & occaſio penitus excludatur. Eapropter conſtare uolumus ſingulis & vniuerſis preſentibus & futuris. quod dominus *Petrus Othenſun* Canonicus eccleſie noſtre in preſentia noſtra conſtitutus, ob anime ſue remedium, manſum terre integrum in *Flougi* cum duobus *Fæligh*. & cum omnibus ſuis pertinentiis. cum quodam molendino uentuali ibidem, nobis nomine fabrice eccleſie beati *Lucii Roſkildenſis* ſcotauit iure perpetuo poſſidendum, & ſcotando miſit in corporalem poſſeſſionem. Cui eidem bona ad dies ſuos tanquam procuratori commiſimus cuſtodienda poſt mortem nichilominus ſuam in vſum predicte fabrice in perpetuum remanenda, ita ut fabrice ipſius eccleſie de predictis bonis uiginti marchas denariorum ſoluat annuatim. & ut ipſa fabrica ſeu procurator eiuſdem ipſi domino. *Petro* anniuerſarium teneatur perpetualiter facere. & in quolibet anniuerſario de redditibus dictorum bonorum marcha pauperibus & marcha fratribus qui ipſius commemoracioni interfuerint tribuatur. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri appenſione duximus roborandas. preſentibus dominis *Johanne Ærlandſun. Nicolao* dicto *Wind Arnoido* canonico Hafnenſi & pluribus aliis tam clericis quam laicis. Promiſit etiam idem dominus ut ſi facultas ſua domino proſperante augmentata fuerit. intendit ipſis bonis bona addere in cultum diuini operis ampliorem. Actum *Roſkild*. Anno domini M.CC.LIX. Iduſ Marcii Sexto.

Appendent Sigilla. 4tum amphiſphragiſticum ſc. *Petri* Epiſcopi Roſkildenſis, & 8. utrumque ceræ albæ liquore glauco ſuperinductæ impreſſum.

ALEXANDRI IV. Bulla mandatoria Epiſcopo Suerinenſi ut laicos, qui Caſtrum *Hofnenſe* hoſtiliter deſtruxerant, ad eius reædificationem cenſura eccleſiaſtica compellat.

Ex Tom. Bartholin. C. p. 60. Apogr. Chartac. vid. No. 141.

1259. die 29 Martii.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Epiſcopo Suerinenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis uenerabilis frater noſter Epiſcopus Roſkildenſis, conqueſtione monſtrauit, quod nonnulli laici ſue dyoceſis in Caſtrum de *Kopmannehafn* ipſius dyoceſis, ad Roſkildenſem eccleſiam pleno iure pertinens hoſtiliter irruentes, illud funditus deſtruere temeritate propria preſumpſerint in ipſorum Epiſcopi & eccleſie diſpendium non modicum & grauamen. Quocirca fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ſi eſt ita laycos predictos quod Caſtrum ipſum reedificent ac de dampnis & iniuriis, que predictis Epiſcopo & eccleſie taliter irrogaſſe noſcuntur, ſatisfaciant ut tenentur, monitione premiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota, prouia ratione compellas. Non obſtante, ſi communiter uel diuiſim ab apoſtolica ſede indultum exiſtat, quod excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas, niſi plenam & expreſſam fecerint de indulto huiusmodi mentionem uel quauis alia indulgentia ſedis eiusdem, per quam effectus preſentium impediri ualeat ſeu etiam retardari, ſeu conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali, dummodo ultra tertiam & quartam aliquis ultra ſuam dyoceſim auctoritate preſentium non trahatur ad iudicium. Datum *Anagnie* IIIJ Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Jacobi Archiepiſcopi Lundenſis literæ donationis factæ monaſterio Sæ *Claræ* Roſkildis, ſuper bonis in *Walengſwith*, *Wiſtæthorp*, *Lund*, *Höllöſæ*, *Sneslef*, *Thorſtorp*, *Akæthorp*, *Brotbæſcog*, *Flintbæthorp*, *Lyndholm*

Ex Autogr. membr. Faſcic. LI. No. 30 31. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi vid. No. 142.

1259.

In nomine patris & filij & Spiritus ſancti Amen. Nos *Jacobus* dei gratia *Lundenſis* Archiepiſcopus, Suetie Primas Notum facimus preſentibus & futuris quod in remedium tam noſtrorum peccaminum quam parentum noſtrorum, & in redemptionem voꝛj noſtrj, videlicet quod redditus certos ad altare aliquod, vbi cotidie quoad uiueremus, de beata dej genitrice *MARIA*, poſt mortem uero noſtram pro mortuis miſſa diceretur, aſſignaremus ad honorem & Laudem dei & eiuſdem beate virginis, ac beatorum *Laurentij* Martiris. *Nicolai* & *Franciſci* confeſſorum, *Katerine* & *Clare* virginum, atque aliorum patronorum noſtrorum, & omnium ſanctorum monaſterio ſororum ordinis ſancti *Damianj Roſkildis* recluſarum, omnia bona noſtra, mobilia & immobilia, que titulo permutationis pro bonis noſtris patrimonialibus, de Domino *Eſberno Woghenſun* in Dyoceſi *Roſkildenſi*, in *Flackæbyargsheret*, ſilicet *Walengswith* cum molendino ibidem ſito, *Wiſlathorp*. *Lund*. *Höllöſæ*. *Sneſlöſ*. *Thorſtorp*. *Akæthorp*. *Brotæſtogh*. *Flintæthorp*. *Lyndholm*, adepti ſumus conferimus & ſcotamus, ſiue per ſcotationem tradimus iure perpetuo poſſidenda. Tali conditione interpoſita, vt tam fratres de ordine Minorum, ſeu Capellani quicumque in dicto monaſterio celebrantes, quam ſoroꝛes ipſe in miſſis peculiaribus vel conuentualibus noſtrj memoriam, tam in vita quam poſt mortem habere ſtudeant in canone inceſſanter, ac etiam in collecta aliqua Speciali, quando poſſunt & ordinarij eorum notula non repugnat. Necnon etiam vt quando poſſunt pretextu dicte elemoſine, ac voti noſtri ſupradicti, cuius complendi quantum poſſum deſiderium eos habere per Dominum Iheſum attentius obſecramus. Miſſam de beata virgine *Maria* in vita noſtra, cum Speciali collecta, pro ſtatu noſtro in incolatu huius miſerie, & poſt mortem noſtram pro anima

anima noſtra & parentum noſtrorum ſtudeant celebrare, & vt etiam elemoſinas pauperibus ex predictis bonis eo largius, quo eis ultra neceſſitatem expenſarum ſufficientium ad dictum uotum complendum in eiſdem bonis prouidere curauimus, impertirj pro poſſe ſatagant, in tantum. vt hij, quorum intereſt ſuper ſingulis hiis obſeruandis, eis qui ſuper jdem monaſterium iurisdictionem pro tempore habuerint, rationem ſint debitam redditurj. Hoc etiam huic ordinationj adiecimus quod ſi Clauſtrum ordiniſ eiusdem in dyoceſi *Lundenſi* conſtrui contingeret, omnia bona memorata, cum conditionibus eiſdem cederent illi loco. Nos autem in omnes illos, qui hanc noſtram donationem irritare malitioſe aut perturbare preſumpſerint excommunicationis ſententiam proferimus in ſcriptis. In huius ergo facti teſtimonium, noſtrum & capituli noſtri sigilla preſentibus apponi fecimus. Actum *Lundis* Anno Domini M.CC.LIX.

Cecilie Relictæ Domini *Haraldi*, Regis Marſchalchi, Litteræ, qveis Monaſterio de *Eſrom*, terram duorum ſolidorum in *Thoreſthorp* pro XXX marchis denariorum eidem a marito ſuo debitis, dimittit. Ex Cod. Diplomat. Eſromenſi Fol. CVII.

1259.

Uniuerſis preſentes litteras inſpecturis *C.* relicta domini *Haraldi* quondam illuſtris Regis Danorum Marſchalchi. & *Ol.* filius eorundem. Salutem in domino ſempiternam. Vniuerſitati ueſtre tenore preſentium conſtare uolumus quod nos dilectis fratribus. Domino *Th.* Abbati & Conuentui de *Eſrom.* pro XXX marchis denar. debitis quas ex parte dilecti viri noſtri domini *Haraldi* cuius anima requieſcat in pace dictis fratribus tenemur perſoluere. dimittimus terram duorum ſolidorum quam habemus in *Thorethorp* cum arundineris & ſilua & ceteris dicte terre attinentiis. perpetuo iure libere poſſidendam. uel uendendam, ſeu qualitercunque uoluerint alienandam. In cuius rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. Actum anno domini M.CC.LIX.

SU-

SUPPLEMENTA

NICOLAI Regis Litteræ in compend. redactæ, qveis Ecclesiæ Sancti *CANUTI* Otoniensis quadraginta marchas annuatim solui iubet,

Ex Apographo manu Arnæ Magnæi. No. 143.

1107.

In nomine domini, Ego *NICOLAUS* Dei gratia Rex Danorum pro salute animæ meæ & prædecessorum meorum contuli ecclesiæ Sancti *CANUTI*, quæ est *Othensi* & Monachis ibidem commorantibus. XX. marcas de pecunia; quæ singulis annis solet Regibus persolui. Item alias. XX. marcas de pecunia tributorum ex *Jutlandia*.

NICOLAI Regis Litteræ in compendium redactæ donationis sextæ partis piscationis in *Löneburg*, factæ Ecclesiæ Christi Sanctæ *Mariæ* & Martirum Sancti. *Albani* & Sancti *CANUTI Othense*.

Ex Apographo manu Arnæ Magnæi. No. 144.

circa 1107.

NICOLAUS Rex Danorum Ecclesiæ Christi & Sanctæ *Mariæ* nec non beatorum Martyrum *Albani* atque *CANUTI* quæ est *Othense* donat sextam partem piscationis de hæriditate patris sui quæ est in *Löneburg*, pro anima multum sibi dilecti *Ingonis* filii sui. testes sunt, uxor Regis *MARGARETHA* Regina, *Magnus* filius Regis, *Karolus* frater Regis, *Vbbo* filius *Esberni* cum filio suo *Esberno*, *Johannes* filius *Hugolati*, *Ebbe* de *Bastetorp*, *Ebbe* villicus, & alii.

PASCALIS II, Bulla Confirmatoria monaſterii *Othonienſis* a Rege *NICOLAO* fundati.

Ex Apographo Chartac. No. 145.

1117.

PASCALIS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri *Hubaldo Othonienſi* Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Illuſtris filii noſtri Regis *NICOLAI* ſcripta ſuſcepimus quibus ſe per conſilium & conſenſum tuum effeciſſe ſignificauit. ut in loco ſecundum hanc Religioſorum Monachorum certitudinem adunatur, quem apoſtolice ſedis auctoritate munire poſtulat, ne poſt ſuum uel noſtrum obitum hominum infeſtatione turbetur. In ueſtris quoque litteris id ipſum uoti poſtulationisque percepimus. Nos ergo ueſtris uotis & poſtulationibus annuentes congregationem ipſam preſtante Domino per preſentis priuilegii paginam apoſtolice ſedis auctoritate munimus, ſtatuimus igitur ut uniuerſa predia & poſſeſſiones que uel idem Rex de Regio Jure uel ſerenitate ſua de *Othonienſis* Eccleſie pertinentiis ad eiusdem congregationis uictum ſuſtentationemque contulit, quieta eis ſemper & integra conſeruentur. Quecunque preterea uel a uobis ipſis uel ab aliis fidelibus eidem monaſterio in poſterum dari offerti uel aliis iuſtis modis adquiri domino dante contigerit perpetua eis ſtabilitate fixa permaneant, nec Epiſcopo cuiquam aut Regi aut cuſlibet Eccleſiaſtice ſeculariue perſone facultas ſit ab eodem loco monachos remouere & conſtitutum illic regularem uite ordinem ui aut ingenio propulſare, ſed quiete ſemper in monaſticæ conuerſationis cuſtodia & omnipotentis Dei ſeruitio conſeuerent. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre uel ablatas retinere minuere uel temerariis uexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam, ſciens contra eam uenire temptauerit, ſecundo tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat reamque ſe diuino iuditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo

tiſſimo corpore & ſanguine Dei & domini noſtri aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem monaſterio iuſta ſeruantibus, ſit pax domini noſtri Iheſu Chriſti quatinus & hic fructum bone actionis percipiat & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniat. Amen. Amen. Amen.

Eſkilli Archiepiſcopi Lundenſis Privilegia in compend. redacta Monachis Sancto *KANUTO Othenſe* militantibus data

Ex Apographo Chartaceo manu Arnæ Magnæi. No. 146.

1139. die 8 Auguſti.

Eſkillus Dei gratia ſanctæ Lundenſis eccleſie Archiepiſcopus dilectis filiis & fratribus in *Othenſe* Deo ſanctoque *CANUTO* militantibus ſcribens. Hi fratres a malis hominibus vexabantur. Indicat quid ſancta Synodus decreuerit, ut nemini liceat perturbare uel minuere, quæ Dominus *Hubaldus* Epiſcopus conceſſit, uel Regum largitio, uel fidelium deuotio priuilegio *PASCHALIS* piæ memoriæ conceſſa: his exceptis quæ pro tenore concordiæ Epiſcopus recepit communi concenſu tempore & conſilio glorioſi Regis *NICOLAI*. *Eſkillus* preterea confirmat ut ſecundum Canonicas & leges & ſcripta apoſtolica liberam electionem in propria eccleſia habeant. Primam uidelicet uocem in electione proprii Epiſcopi utpote qui cathedrali eccleſie inſeruiunt; ſingularem in electione Prioris proprii, electum epiſcopo confirmandum preſentent, ut eius reuerentia in omnibus ſalua ſit. Unctionem, (&) ſepulturam ſine controuerſia iis impendant, qui largitione Elemoſinarum quæſierint illorum collegium, & in cimiterio illorum ſepeliri uoluerint: ſaluo tamen iure proprii ſacerdotis. Nemini liceat ornamenta eccleſiæ illorum uendere, dare &c. niſi pro magna uel canonica neceſſitate & eccleſiaſtica utilitate, congregationis conſenſu. Delicta fratrum non emendet Epiſcopus, niſi a priore & fratribus interpellatus &c. Hæc ut rata & inconcuſſa permaneant auctoritate dei Patris & filii & ſpiritus ſancti, & beatorum Petri & Pauli & domini Papæ *INNOCENTII*, cui ſuam uicem commiſit indigno, & omnium coëpiſcoporum omnibus futuris temporibus illi-

bata permanere ſanximus. Siquis autem hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam uenire tentauerit, ſemel & ſecundo commonitus ſi non emendauerit anathema maranatha ſit. Fiat. Fiat. Amen.

Ego *Theodignus* Apoſtolicæ ſedis legatus ſſ.
Eno *Eſkillus* Archiepiſcopus Lundenſis. ſſ.
Ego *Ryco* Roſkildenſis Epiſcopus ſſ.
Ego *Giſlo* Lyngacopenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Sueno* Vibergenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Nothaldus* Ripenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Sylueſter* Burglanenſis Epiſcopus. ſſ.
Epo *Siguardus* Bergenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Orm* Faröenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Hermannus* Sleſuicenſis Epiſcopus. ſſ.

Acta Lundis Anno Incarnationis Domini M.C XXX. (IX) Indictione II. VI Idus Auguſti. Archiepiſcopatus autem Domini *Eſkilli* Anno I. glorioſi Regis *ERICI* tertii Anno ſecundo. Regnante Domino noſtro Iheſu Chriſto.

ERICI Regis Litteræ in compend. redactæ, qveis Monachis in *Othenſi* deo famulantibus concedit annuatim XXX marchas de Inſula *Sild.*

Ex Apographo Chartaceo manu Arnæ Magnæi No. 147.

1141. die 7 Decembris.

ERICUS III. Rex Danorum monachis in *Othenſi* deo famulantibus concedit annuatim XXX marchas de Inſula *Sild.* Actum in Eccleſia Sti *CANUTI* coram ſacro Altari. Anno incarnationis Dominicæ M.C.XLI. VII. Idus Decembris. Aſtantibus *Aſcero* Capellano, *Alli Pik*, *Vbbone* filio *Botild*, *Thorth Staſnisſun*, filiabus *Canuti Chriſtina*, *Katherina*, cum Domina *Margareta* & *Botilda* & pluribus aliis.

ERICI

ERICI Regis Litteræ in compend. redactæ, qveis *Liuonem* Præpositum iubet seruare pactum auctoritate Regia initum inter Ecclesiæ Sti *Albani* Parrochianos & Monachos Sti *CANUTI*, secundum quod dicti fratres, pro iure in ecclesiam divi *Albani* quatuor marchas æstivalis census annuatim a Rege obtinebant.

Ex Apographo Chartaceo No. 148.

1142.

ERICUS Rex Danorum *Liuoni* Præposito & omnibus sancti *Albani* Parrochianis scribens ecclesiam Divi *Albani* liberam esse vult a Monachorum sancti *CANUTI* dominio, quam legitimo possessionis iure tenebant, & pro ea iuris amissione accipiunt fratres a Rege IIII marchas æstiualis census, quem conferre solebat Rex Ecclesiæ *Albani*; ut sic tandem inter illos controuersia tolleretur. Præterea ut renovatas contentiones tolleret, scribit. „Audiuimus hinc ite„rum intra vos contentiones oriri quod profecto dolemus, quia in „nullo fratrum quietem turbari volumus, vel patiemur. Quocirca „te *Liuo* Præposite, per gratiam perque fidem, quam mihi debes „& intra nos est, rogo, & incunctanter præcipio omnibus quod vo„bis amicitiæ tenore denuntio, ut pactum intra vos firmatum nullo „modo irrumpetis, sed ut dictum est Ecclesiam vestram libere pos„sideatis, fratres autem præfatas quatuor marchas; cum aliis XVI. „nostræ elemosinæ, quæ simul sunt XX. annuatim accipiant. Quod „si quis nostris præceptis contraire tentauerit diuinæ ultioni & nostræ „subiacebit.“

ERICI Regis Confirmatio in compend. redacta piscationis ecclesiæ *Osbiniensi* ab *NICOLAO* Rege oblatæ.

Ex Apographo Chartaceo manu Arnæ Magnæi. No. 149.

1142. die 4 Januarii.

Acta sunt hæc. II. Non. Januarii Anno Incarnationis Dominicæ M.C.XL.II. præsidente Romanæ sedis Cathedram Apostolico viro præclaro *INNOCENTIO*, Romanorum Imperatore glorioso *CONRADO*

RADO existente, Tertio *ERICO* Rege Regnum Danorum procurante, verum & *Eskillo* venerabili Archiepiscopo sanctæ Lundensis Ecclesiæ Danorum, Suuecorum, Noruegensium Regnis prouidente. præfatus Rex *ERICUS* datam piscationem sanctæ ecclesiæ *Othinensi* a pio Rege *NICOLAO*, sui assensus beneficio perpetuo stabiliuit habendam, in octaua Paschæ, memorato Archiepiscopo, *Petro Botild* filio, *Acone Pik*, *Helga* præpositο Eggasleuensi, *Thort Stasnsun* Thesaurario, *Ascerò* Capellano, Jutensibus *Guma* & *Ryco* præsentialiter astantibus. Qui contra hoc consultum facerent, Archiepiscopus inbanniuit.

EVGENII III. Bulla protectoria data Monasterio de *Efrom*.

Ex Cod. Dipl. Efromensi, fol. [illegible] Apographum. vid. No. 150.

1151. die 28. Decembris.

EVGENIUS Episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis *Guilielmo* Abbati Monasterii de Efrom eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum impertire suffragium. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus, & prefatum monasterium in quo diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste & canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum. largitione Regum aut Principum. oblacione fidelium. seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci. firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. *Widelingeruth* cum pertinentiis suis. *Aueholm*. Quicquid habetur in *Tanga* & *Dauidesthorp* ex dono venerabilis fratris nostri *Eschilli Lundensis* Archiepiscopi. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestro-

ſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere preſumat Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare. aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere. Sed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Siqua igitur eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtram conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit. Secundo. tertioue commonita ſi non ſatiſfactione congrua emendauerit. poteſtatis honorisque ſui dignitate careat. Reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine dei & domini noſtri Ihu Xpti aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax domini noſtri Ihu Xpti quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego *Eugenius* Catholice Eccleſie Epiſcopus. ſſ.
Ego *Gregorius* Presbiter Cardinalis Tit. Kalixti.
Ego *Svbaldus* Presbiter Cardinalis Tit. Ste Praxedis.
Ego *Manfredus* Presbiter Card. Tit. Ste Sauine.
Ego *Aribertus* Presbiter Card. Tit. Ste Anaſtaſie.
Ego *Julius* Presbiter Card. Tit. Sti. Marcelli.
Ego *Vbaldus* Presbiter Card. Tit. Ste Crucis in Jeruſalem.
Ego *Bernardus* Presbiter Card. Tit. Sti Clementis.
Ego *Tmarus* Tuſculenſes Epiſcopus.
Ego *Nicholaus* Albenſis Epiſcopus.
Ego *Hugo* Hoſtienſis Epiſcopus.
Ego *Otto* Diaconus Card. Sti Georgii ad Velum aureum.
Ego *Gregorius* Diaconus Card. Sti Angeli.
Ego *Johannes* Diaconus Card. Ste Marie Noue.
Ego *Guido* Diacon. Card. Ste Marie in Porticu.
Ego *Jacinctus* Diacon. Card. Ste Marie in Coſmydyn.

Datum *Signie* per manum *Boſonis* Ste Romane eccleſie Scriptoris. IIII Kal. Jan. Indictione. XV. Incarnationis Dominice M.C.LI. Pontificatus Dni *EUGENII.* III Pape. anno Septimo.

Abſalonis Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ, qveis Monaſterio *Sorenſi* offert Decimas Parrochiarum *Fimethorp*, *Sunderthorp*, *Eleſeu*, *Harolſtadhe*, *Gesleue*, *Swarthetatorp*, *Biorbii* &c.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi. fol. XXX. b.

1164.

In nomine ſancte & individue trinitatis patris & filii & ſpiritus ſancti. ego *Abſalon* dei ſancte Roſkildenſis eccleſie humilis miniſter notum fatio vniuerſis ſancte matris eccleſie filiis quia cum in hoc poſitus ſim vt pater pauperum maxime pauperum Chriſti eſſe debeam iccirco pauperibus Chriſti fratribus de *Sora* quorum pater ſpecialiter eſſe decreui paterna ſollicitudine prouidere ſtudui vt de mea habundantia qua deo largitore impreſentiarum fruor eorum poſt vite mee terminum releuata ſit inopia. Igitur ſicut de rebus vel terminis eccleſie mee multiplicandis ſiue dilatandis cura michi incumbit ita opinor diſpenſationem michi eſſe creditam easdem res fideliter diſpenſare & conſeruorum meorum ex hiis neceſſitatibus pie ſubuenire quapropter portionem decimationis que me contingit de parrochia *Fimetorp* & de parrochia *Sunderthorp* & de parrochia *Eleſeu* nec non & de parrochia *Haroldſtadhe* de parrochia etiam *Gesleue* cum attinente capella de *Leoga* de parrochia quoque *Swarthetatorp* & de parrochia *Biorbii* cum adiacente capella *Georleue* trado ſupradictis fratribus colligendam & habendam in ſempiternum ne autem ſuper hac donatione aliquam inquietationem ab aliquo ſucceſſorum meorum ſuſtineant ſcripto & ſigillo noſtro munimus & confirmamus & ſub anathemate interdicimus.

In margine manu coæva. *Hiis decimis ſumus ſpoliati.*

Abſalonis

Abſalonis, Epiſcopi Roſkildenſis donatio decimarum Epiſcopalium *de Ring-ſtedeherred* facta fratribus de Sore.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſi. fol. XXX. a.

1164.

In nomine ſancte & individue trinitatis Patris & filii & ſpiritus ſancti. Ego *Abſalon* dei gratia Roſkildenſis eccleſie humilis miniſter notum facimus vniuerſis ſancte matris eccleſie filiis quia cum in hoc poſitus ſim vt pauperum pater maxime pauperum Chriſti eſſe debeam idcirco pauperibus fratribus de *Sora* quorum pater ſpecialiter eſſe decreui paterna ſollicitudine prouiſum eſſe ſtudui vt de mea habundantia qua deo largitore impreſentiarum fruor eorum me aliquando non exiſtente in carne releuata ſit inopia; igitur ſicut de rebus vel terminis eccleſie mee multiplicandis ſiue dilatandis cura michi incumbit ita opinor diſpenſationem michi eſſe creditum easdem res fideliter diſpenſare & conſeruis meis inde in tempore menſuram tritici erogare quapropter decimationem illius prouincie que vocatur *Ringſtedheherd*, que hactenus Epiſcopalibus ſeruiit ſtipendiis tradi ſupradictis fratribus colligendam & habendam in ſempiternum. Ne autem ſuper hac donatione aliquam inquietationem ab aliquo ſucceſſorum meorum ſuſtineant ſcripto & ſigillo noſtro munimus & confirmamus & ſub anathemate interdicimus.

ALEXANDRI III. Bulla, qva *Abſaloni* Roſchildenſi Epiſcopo magiſterium & prælationem Inſulæ Rugiæ a *WALDEMARO* Rege devictæ & converſæ, in perpetuum in ſpiritualibus indulget.

Ex Apographo membran. Archivi Regii. Apograph. Chartac. No. 151.

1169. die 4 Novembris.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei venerabili fratri *Abſaloni* Roſchildenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum chriſtiane fidei religio diuina cooperante gratia propagatur, & perfide gentis contunditur & refrenatur malitia, tanto inde gaudium

& letitiam concipimus in animo nostro maiorem, quanto amplius ex hoc diuini cultus numinis augetur. & uniuersalis ecclesia de die in diem susscipit incrementum. Ex literis siquidem charissimi in Christo filii nostri *WALDEMARI* illustris Danorum Regis & plurimum aliorum manifeste comperimus quod quedam insula *Rö* nomine dicta, iuxta regnum suum posita, tanto idolatrie ac superstitioni a primitiuis catholice fidei suisset temporibus dedita ut circumiacentem regionem sibi efficeret censualem, & eidem regno & uniuersis christianis circumpositis dampna plurima & crebra pericula incessanter infetret. Quod idem Rex celesti flamine inspiratus, & armis Christi munitus scuto fidei armatus considerans, diuino munere potentius, cum brachio forti & extento, duriciam hominum illius insule expugnauit & exprobratiorem immanitatem illorum ad fidem & legem Christi tam potenter ac ualide magnanimiter reuocauit, & sue quoque subiecit dominationi. Sane quoniam potentes ac populus terre angustam insulam habent, ita quod non possunt proprium episcopum & pastorem habere Rex eorum precibus & supplicatione deuictus, necessitate inspecta, nos satis suppliciter & affectuose rogauit, ut tibi curam & administrationem illius insule committeremus, quantum ad spiritualia. Nos igitur petitionibus eiusdem Regis, in quibus cum deo & iustitia possumus animo benigniori fouere uolentes, & te sicut uenerabilem fratrem & firmam columnam ecclesie gratia & honore preuenire optantes interuentu quoque uenerabilium fratrum nostrorum. *E.* Lundensis Archiepiscopi Apostolice sedis Legati & episcoporum & Principum regni & instantia venerabilis fratris nostri Upsalensis Archiepiscopi, & dilectorum filiorum nostrorum *Brianensis* Abbatis *Johannis* Magistri nuntii eiusdem Regis, & Magistri *Galteri* clerici tui nihilominus inclinati, tibi & successoribus tuis magisterium & prelationem eiusdem insule in spiritualibus indulgemus in perpetuum absque preiudicio iustitie aliarum ecclesiarum si quam in ipsa habent, auctoritate apostolica confirmamus. Eis ergo quoniam sunt rudes in fide & adhuc legis nostre ignari, verbum saluris annunties & uiam ueritatis demonstres, necnon salubribus conditionibus & doctrina Christiana informes. Dat. *Beneuenti*, secunda Non. Nouembris.

ESKILLI Archiepiſcopi Lundenſis Litteræ protectoriæ Monachis Deo Sanctoqve *CANUTO* Ottenſe militantibus datæ.

Ex Apographo Chartac. No. 152.

1171.

ESKILLUS dei gratia ſancte Lundenſis eccleſie Archiepiſcopus, Romane ſedis Legatus Dacie & Suecie primas dilectis filiis & fratribus in *Ottenſe* Deo ſanctoque *CANUTO* militantibus ſalutem & fraternam dilectionem. Peruenit ad notitiam noſtram malorum hominum importunitate vexari quietem veſtram peruerſis inſidiantum machinationibus, ſollicitari religionem ſanctam audiuimus & caritate ſincera vicem veſtram doluimus, credentes autem nos in reſurrectione partem vobiscum habituros communicato bonorum conſilio ſic paci ſic ſaluti veſtre preuidimus ut ſecundum Deum tranquillitati preſentium, concordie futurorum conſulerimus. Decreuimus igitur ut ſecundum beate memorie Pape *PASCALIS* ſecundi ſtatuta nulli unquam eccleſiaſtice ſecularisue perſone facultas ſit, vos vel veſtri ordinis Monachos ab *Othonienſi* monaſterio aliquo ingenio aut ſubdola machinatione remouere ſed quiete ſemper ac libere in monaſtica conuerſatione perſeuerent. Nec ulli omnino hominum liceat idem monaſterium veſtrum temere perturbare, aut poſſeſſiones eius auferre, minime retinere vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia que Regum largitio Epiſcoporum conceſſio, vel quorumcunque fidelium vobis contulit deuotio tam omnimodo acquirenda, quam hactenus acquiſita, quieta ſemper & integra vobis conſeruentur. Epiſcopus quoque ſuis contentus nullo modo aliquo fratrum uſui attinentia ſibi communicando vendicare, obedientiarios monaſterio ordinare, aut prebendam cuiquam absque veſtro conſenſu dare preſumat. Secundum canonicam eccleſie legem & Apoſtolica precepta liberam electionem habeatis in eccleſia veſtra primam videlicet & precipuam vocem in electione veſtri Pontificis, utpote qui Cathedrali eccleſie inſervitis, ſingulare vero in electione veſtri Prioris qui regulariter Electus, Epiſcopo confirmandus preſentetur, curam animarum ab eo ſuſcepturus: qua ſuſcepta fratrum conuentus ſibi, ipſique Epiſcopo debitam obedientiam faciat, aliter preſumpte electionis viribus careant.

Concedimus etiam ut viſitationem, unctionem, ſepulturam ſine contradictione impendatis hiis qui fraternitatem veſtram largitione elemoſinarum queſierint, & in eiusdem eccleſie cimiterio ſepeliri voluerint, ſaluo tamen iure proprii ſacerdotis. Eccleſie quoque veſtre ornamenta nulli unquam perſone liceat alienare, dare vel aliquo ingenio auferre niſi pro eccleſiaſtica utilitate conſenſu totius congregationis Quodſi Epiſcopus acceperit, perdiderit vel alio modo alienauerit, quod predictum eſt, condignum reſtituat. Siquid forte in congregatione delictum fuerit, non Epiſcopo emendandum attineat, priusquam a priore vel fratribus interpelletur, & tunc religioſis tantum ſibi aſſociatis Capitulum intret, vindictam de inobedientibus ſecundum Regulam beati *Benedicti* expetat, nullusque Monachorum pro qualibet culpa alibi quam in ſuo capitulo diiudicetur aut reſpondeat. Elemoſinarum quoque collectas de *Jutia*, *Selandia*. *Lalandia* aliisque inſulis ab Epiſcopis & prepoſitis ſancto Martiri *CANUTO* antiquitus donatas, annuatimque reddendas, Apoſtolice pariter ac noſtre auctoritatis confirmatione immunitas ſemper poſſideat. Hec ut rata & inconcuſſa permaneant auctoritate Dei Patris & filii & ſpiritus ſancti & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & domini Pape *ALEXANDRI* noſtro quoque officio omnibus futuris temporibus illibata permanere ſancimus Siquis autem hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptauerit ſemel & ſecundo commonitus & non emendauerit anathema maranatha ſit Fiat. Fiat. Amen. Amen. Acta Lundis anno incarnationis domini M.C.LXXI. Archiepiſcopatus domini *Eſkilli* anno XXXVIII. glorioſi Regis *VALDEMARI* Anno XIV. Indictione quarta, Epactis XII. Regnante domino noſtro Iheſu Xpo.

Ego *Marcus* Abbas Eccleſie omnium ſanctorum ſubſcripſi.
Ego *Aſcerus* ſancti Laurentii Eccleſie prepoſitus ſubſcripſi.
Ego *Petrus*, eiusdem Eccleſie Diaconus ſubſcripſi.

WALDEMARI I. Litteræ, qvibus fratribus Sti *CANUTI* Ottonienſibus tres Manſos *Ornum*, *Reb*, & *Gaſetbunge* pro aliis bonis, adſerit datqve iisdem privilegium, qvo caveatur, ne Cives *Ottonienſes* frumentum ad alia, qvam Monachorum molendina ferant.

Ex Apographo Chartaceo mauu Arnæ Magnæi. 153.

1175.

WALDEMARUS dei gratia Rex Danorum uniuerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis. Æquitas & iuſtitia ſuadet ſeruare eccleſiæ rerum ſuam firmitatem & inconcuſſi vigoris munimenta ſervare. Non enim deo gratus aliqvando famulatus impenditur, niſi ex caritatis radice procedens ramos dilectionis longius ſed maxime ad eos, qvi in domo dei non ceſſant quotidie clamare extendat. Oportet ergo omnes Chriſtianæ fidei amatores religionem diligere & loca venerabilia cum ipſis perſonis divino ſervitio mancipatis attentius fovere, ut nullis pravorum hominum inqvietentur moleſtiis ſeu inportunis angariis fatigentur. Nam qvod conſtanter factum eſt, ſæpius per calumniam infringitur, & qvod legitime difinitum eſt, malitioſis cavillationibus aliqvoties diſſipatur. Sed qvoniam fidelis eſt litterarum cuſtodia qvæ rerum actiones loqvitur & ingentibus calumniis firma præſtat obſtaculum veritate: prædiorum commutationem, qvam cum fratribus *Othonienſis* coenobii contraximus noſtræ auctoritatis apicibus memorari, & ad poſteros transmittere decrevimus. Dat igitur his Monachis permutatione villam *Hetby* & tres manſos (*Ornume*, *Rep*, *Gaſetunge*,) & alia, ut cives Othinienſes nullibi ſuum frumentum portent qvam in Monachorum molendinum, alio non. teſtes ſunt: *Henricus Skerp*, *Thue Scalmi* filius, *Strange Vage*, *Tako Algoti* filius & plures alii clerici & laici Datum per manum *Emeri* Capellani, *Syeluerſtate* Anno dominicæ incarnationis. M.C. LXX.V. Indictione VIII concurrentibus. II. Epactis. XX.VI. ſeptima Kal. Julii in die Sancti *Canuti* Martyris regnante domino noſtro Ihesu Chriſto.

Ego *Symon* Othonienſis eccleſiæ Epiſcopus ſſ. & ſub anathematis imminatione hoc regium decretum corroboravi.

Ego

Ego *Frethericus* Slesvicenſis Epiſcopus, ſſ. & hoc ipſum eodem mili modo confirmavi.
Ego *Thomas* Abbas de *Inſula dei.* ſſ.
Ego *Otto* Capellanus Regis. ſſ.
Ego *Nicolaus* de Toſta Diaconus Regis. ſſ.
Ego *Aſcerus* Capellanus Reginæ Matris Regis. ſſ.

Sigillum datum eſt in præſentia Domini Ducis *Waldemari* per manum *Aſceri* ſtabularii ſui in *Nyburg.*

Symonis Epiſcopi Ottonienſis Epiſtola ad *Fionenſes* qva notum iis facit, ſe Sororibus *Ottonienſibus* paupertate afflictis Eccleſiam de *Hiellöſe* dediſſe.

Ex Apographo Chartac. No. 154.

circa 1175.

Sy. Dei gratia ſanctæ Ottonienſis Eccleſiæ humilis miniſter omnibus Pheonenſibus ſalutem & benedictionem. Contra incommodum & malignitates ſubdolorum unicum occurrit literarum remedium. hæ ſiqvidem rei geſtæ ſeriem perpetua poſteris veritate loquuntur. Hinè nos ſcripto, caritati veſtræ pernotare curavimus, qvod filiarum noſtrarum in urbe commorantium inopia commoti, eorumqve precibus compulſi, Eccleſiam, qvæ eſt in *Hiellöſe* poſſeſſioni ſuæ contiguam, ciuiumqve conniuentia ſibi pollicitam dedicavimus, videlicet pacto, ut utilitati domus illarum deſerviat perpetuo & decimas eccleſiaſticaqve debita plenarie perſolvant. Illæ verò ſorores, ne ſuprædicta domus divino careat officio, ſolicite prævideant. Sin autem ipſi parochiani prædictis ancillis dei promiſſa perſolvere renuerint, divina ibidem celebrari interdicimus, & ut ad eccleſias prius habitas diverſant, mandamus. Valete.

ABSALONIS Episcopi Roskildensis Dotatio Claustri Sanctæ *MARIÆ* Roskildensis.

Ex Autographo Archivi Regii. Apograph. membran. Fascic. XIX. No. 9.

1176.

Jakobus dei gratia Lundensis Archiepiscopus swecieque primas. Omnibus Presens scriptum cernentibus Salutem in domino. Noueritis nos litteras domini *Absalonis* quondam Lundensis Archiepiscopi & aliquando etiam Roskildensis Episcopi inspexisse & diligentia qua potuimus tam in sigillo quam in carta examinasse in hec verba,

IN Nomine sce & indiuidue trinitatis tam presenti quam future in Xpo regenerande posteritati. Ego *Absalon* non humanis meritis sed diuina in me ordinante gratia roskildensi sedi & ecclesie addictus episcopis notificare dignum duxi & fidelium memorie commendare quod *Claustrum* Ste *Marie* in ciuitate roskildensi nouella fundatione irrigatum & pio iuuamium labore constructum subscripta dote dotauerim sperans in resurrectione beatorum me recepturum pro paruis magna pro terrenis celestia pro temporalibus sempiterna Uidelicet uniuersam decimationem nostram in ciuitate *roskildensi* perpetuis temporibus colligenda. Et mansionem nostram in *Hosiwm* cum omnibus adiacentibus. & adhuc adiuuante domino inibi conquirendis per nos superius nominato loco & sanctimonialibus locum colentibus contradidi. & uulgari consuetudine super altare scotaui multis fidelibus astantibus clericis & laicis. & rem legaliter gestam intuentibus intuitu quoque quamdiu uiuunt testificantibus. Nequa igitur ecclesiastica secularis ue persona moderna siue futura. dubia pro certis recipiat. & de canonica collatione credula non permaneat presenti paginam istam imaginis nostre impressione munimus & confirmamus & successorum nostrorum Episcoporum. omniumque Xi fidelium oculis & credulitati perpetuo inspiciendam relinquimus.

Ego *Symon* Abbas de *fora*. ss.

Ego *Isaac* prepositus. ss. Fratres de Hospitali in *Hirlm*. subscripserunt.

Ego *Walterus* huius episcopi capellanus. ss.

Clerici multi & laici fideles astantes & hec uidentes licet manibus

non ſubſcribant. corde & deuotione actionem ſiere donationis approbant & collaudant.

In cuius rei euidentiam preſenti litere ſigillum noſtrum feeimus apponi. Datum Roſkildis Anno Domini, M.CCLIX. VII. Idus Septembris. (Sigill. deeſt).

Sigillum corda ſericea flavi & ſubrubri coloris appenſum deeſt.

ABSALONIS Archiepiſcopi Lundenſis Litteræ, quibus eccleſiam in *We* eccleſiam de *Keebu* cum Capella de *Kuicum* & decimas totius Parochiæ, Abbatiæ Præmonſtratenſium confert, pro eccleſia de *Schippersleph*.

Ex Apographo Chartaceo. No. 154.

1178.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis Amen. *Abſalon* dei gratia Lundenſis Archiepiſcopus, Apoſtolice ſedis Legatus, Primas Danie atque Suethie dilectis in Chriſto filiis, *Tobie* & fratribus *eccleſie ſancte Marie* de *We* tam preſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis imperpetuum. Pro debito officii noſtri ſummopere curandum eſt nobis ut vinea Domini Sabbaoth que preſtantius in religioſis viget diffuſa latius palmitum ſuorum propagine die in diem creſcat & fructificet. Ea propter bonis veſtris ſucceſſibus filii in domino kariſſimi pie congratulationis affectu congaudentes & quod noſtrum eſt exequentes prefatam videlicet eccleſiam ſancte *Marie* in *We* cum omnibus ſuis pertinentiis ad faciendum Abbatiam Promonſtratenſi ordini perpetuo liberam concedimus inſuper eccleſiam de *Kiebu* & omnia ad eam pertinentia capellam videlicet de *Kuicum* cum decima totius parrochie que ibidem in ius noſtrum cedit pro Eccleſia de *Schipperſleph* commutaui. Ut autem hoc ratum & inconcuſſum permaneat preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione & teſtium ſubſcriptorum munire curaui.

Ego *Abſalon* Lundenſis Archiepiſcopus, Apoſtolice ſedis Legatus & Swethie primas. ſſ.

Ego *Saxo* Lundenſis Eccleſie Canonicus. ſſ.

Ego *Tobias* Abbas de *We*. ſſ.

Ego *Magnus* Diaconus *Abſalonis* Lundenſis Archiepiſcopi. ſſ.

ALEX-

ALEXANDRI III. Litteræ Protectoriæ datæ Monaſterio de *Eſrom.*

Ex Cod. Diplomat. Eſromenſi. fol. II.

1179. die 2 Novembris.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis *Walberto* Abbati de *Eſrom* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet. aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii. veſtris iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus & prefatum monaſterium Beate dei genetricis ſemperque virginis Marie in quo diuino eſtis obſequio mancipati. sub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum deum & beati *Benedicti* Regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona. idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet. aut in futurum conceſſione Pontificum. largicione Regum. uel Principum. oblacione fidelium ſeu aliis iuſtis modis prante domino. poterit adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum ſuis pertinentiis. Locum in quo erat villa que quondam vocabatur. *Tanga.* cum omnibus piſcacionibus. pratis & ſiluis. & aliis ſuis appenditiis. *Withlingeruth* & terras in quibus quondam fueram villule. *Eſchilholm. Langaholm. Dawiſthorp* cum pratis. ſiluis & piſcacionibus & aliis pertinentiis ſuis. *Hauerholm* cum terra in qua quondam erat villa dicta *Aholm.* cum ſiluis. pratis. & aliis ſuis pertinentiis. *Birgisholm* cum villulis ſuis. *Sactrethorp. Horſeruth. Mulnethorp. Nuthorp* cum ſiluis & pratis. & aliis ſuis pertinentiis. Grangiam que dicitur *Sande* cum ſiluis pratis & piſcationibus. & aliis ſuis pertinentiis. *Agneſto* cum terris. ſiluis ad ſe pertinentibus & villulis. *Tomethorp. Haldenſthorp. Halgerſthorp. Karleſthorp. Dael. Wondekolt. Jorthehólm. Bothorp. Stenhas. Halinſruth.* & dimidium *Toteholt.* cum ſiluis. pratis & cete-

ris eisdem locis pertinentibus. *Stenkolt* cum villalis [illegible] *Thorthethorp*. *Gunsphialholt*, *Birsethorp* & *Mulneholt* cum suis pratis & piscationibus & aliis eisdem locis pertinentibus. *Saxolfsthorp* cum siluis pratis & piscationibus & aliis suis pertinentiis. *Mothorp* in *Hallandia* cum siluis pratis & ceteris pertinentiis suis & terciam partem decime totius parrochie *Esbiernsthorp*. quam vobis venerabilis frater noster *Absalon* tunc Roskildensis Episcopus nunc Lundensis Archiepiscopus vobis concessit perpetualiter habendam. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus coliris. siue de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas presumat exigere. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conuersionem vestram recipere & eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco confessionem aliqua leuitate sine abbatis sui licentia fas sit de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione. nullus audeat retinere. Paci quoque & tranquillitati vestre paterna sollicitudine prouidere volentes auctoritate apostolica prohibemus ne infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam seu furtum committere. aut ignem apponere. seu hominem capere vel interficere audeat. decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere perturbare aus eius possessiones auferre vel ablatas retinere. minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua in omnibus Apostolice sedis auctoritate. Siqua igitur in presentiarum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit. secundo tertiove commonita. nisi reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat & a sanctissimo corpore & sanguine dei & domini redemptoris nostri Jhesu Xpi aliena fiat. atque in extremo examine diuine vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax dni nostri Ihesu Xpi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen.

Ego

Ego *Cynbtyus* Presbiter Cardinalis tit. Ste Cecilie.
Ego *Arduinus* Presbiter Card. Ste Crucis in Jerusalem.
Ego *Jacobus* Ste Marie in Cosmidyn Diaconus Card.
Ego *Ramerius* Diaconus Card. Sti Georgii ad velum aureum.
Ego *Gratianus* Diaconus Card. Storum Cosme & Damiani.
Ego *Johannes* Diaconus Card. Sti Angeli.
Ego *Ramerius* Diaconus Card. Sti Adriani.
Ego *Matheus* Diaconus Card. Ste Marie Noue.
Ego *Bernardus* Sti Nicolai in carcere Tulliano Diacon. Card.
Ego *Alexander* Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego *Nubaldus* Hostiensis Episcopus.

Datum *Tusculan* per manum *Alberti* Sancte Romane Ecclesie Presbiteri Cardinalis & Cancellari. IIII. Non. Nouembris. Indictione XII. Incarnationis Dominice Anno M C. LXX.VIII. Pontificatus vero Dni *ALEXANDRI.* Pape. III. anno. XX.

WALDEMARI Regis Privilegium, qvo omnia bona Ecclesiæ *Ostenienſis* infra Daniam ad præsens tempus acqvisita, ab omni iure exactionis Regioqve immunia declarantur, pro acceptis a fratribus *Canutinis* qvadrante & dimidio in *Quarstate*, villa *Suidrus*, & decem equi. taturis Regi *Ostenis* degenti præstandis.

Ex Apographo Charteceo. No. 155.

1180. die 6 Februarii.

In nomine sancte trinitatis & indiuidue unitatis Amen. *WALDEMARUS* Dei gratia Rex Danorum Uniuersis *sancte Maris ecclesie* filiis, tam fururis quam presentibus in perpetuum. Quum Rex Regum omnium in cuius *) discretione uniuersitas nostra consistit, sceptrigeram Regni Danorum censuram nostro regimini gubernare complacuit ut premium eterni regni mereamur recipere, huius siquidem Regni gratia licet omnibus regionis nostre ecclesiis necessariam defen-

*) *Dissociatione* legit apographum, pro qva voce, *discretione* legi debere unus qvisque facile videt.

sionem impertire debeamus, tamen sancte *Othoniensis* Ecclesie prefectis proficuo attentius consulere ac patrocinari speciali iure advocatis tenemur, tum eo quod venerande sanctorum reliquie in ea continentur, quos sicuti nostros extitisse propinquos, ita pios apud Deum patronos esse gaudeamus, tamquam nostro solenni Monastice religionis cultu antiquior, verum etiam in animarum fructu beatarum fecundior fuisse dinoscitur, quam uterque sexus tam Monachorum quam monialium, quie primordialia sue professionis nonnulle ab ea contraxere, veraciter contestatur. Exemplo igitur anteccssorum nostrorum Regum admodum informati: quam eandem ecclesiam constitui fecerunt, & probabili monachorum conuersatione instituram, ab omni iugo seruitutis, & inportunis angariis alienam fore sanxerunt, talem eidem Ecclesie & Monachis ibidem deo militantibus libertatis legem promulgamus, ut uniuerse ipsorum possessiones, siue in villis, siluis, prediis, pratis siue in aliis quibuslibet generibus, quas Regum, Episcoporum, aliorumque fidelium largitione pecunie emptione seu terrarum cambitione, usque in diem hodiernum id est VIII idus Februarii mensis videlicet secundi Anni Incarnationis dominice Millesimi Centesimi Octogesimi infra Daciam cum idoneo testimonio acquisiuisse, possedisse dinoscuntur ab omni iure exactionis regiisque pertinentiis immunes penitus & omnimode libere perpetuo permaneant. Quicquid itaque ad nostram curiam, apparatum, transuecturam, expeditionem, seu ad aliud quidquam regii iuris officium vel obsequiale debitum a prefate ecclesie colonis exigendum erat & exhibendum tam in XL. quam trium Marcharum exactione hoc torum eodem iure, & quantitate ipsorum usibus Monachorum in perpetuum pertineat, verum ne ius Regie dignitatis ex tam larga concessa ei libertate a nostris successoribus extenuari videatur, quadrantem terre & dimidium in *Quarstethe* & villam que *Sandrus* nominatur, cuius collationem sub tenore priuilegii in computatione medietatis nostre capitalis portionis in *Feonia* a nobis habuerunt, nostre nostrorumque successorum vendicationi ipsorum assensu mancipauimus, & ut idem fratres quotiescunque nos ipsi in propria curia fuerimus *Othonienses* ecclesie Decem equitaturas nobis habeant paratas eorum beneplacito diffiniuimus. Statuimus etiam ut decem Marchas argenti de insula

Seland

Selandi annuatim reddendas & cenſum eſtiualem de *Othenſe*, que utraque ad ſupplementum veſtiture a noſtris anteceſſoribus habuere, non noſter exactor, ſed ipſorum tutor iam modo ſuſcipiat. Quod ſi quis vel viuentium vel ſuccedentium quocunque modo quid ſic ſtatuimus infringere temptauerit, dei omnipotentis indignationem incurrat & excommunicationis ſententia percellatur & eius qualiscunque calumpnia infructuoſa & irrita permaneat. cunctis autem eidem monaſterio iuſta ſeruantibus ſit pax domini noſtri Iheſu Chriſti quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Datum *Hiuby*. VIII. Idus Februarii Anno Dominice Incarnationis M.C LXXX. Indicationis XIII. in preſentia & aſſenſu filii noſtri Regis *KANUTI* preſentibus idoneis teſtibus *Henrico Skerp*, *Thure Skalmi* filio, *Nicolao Stigh*, *Petro Palmi* filio, *Esberno Haconis* filio, *Nicolao Thorkilli* filio.

Ego *Symon* Othinienſis Eccleſie Eqiſcopus Propria manu. ſſ.
Ego *Karolus* Cancellarius Regis. ſſ.
Ego *Emerus* Capellanus Regis ſſ.
Egp *Jonas* Clericus Regius. ſſ.
Ego Magiſter *Johannes* ſſ.
Ego *Bolduinus* Clericus Regius. ſſ.
Ego *Andreas* Clericus Regius. ſſ.
Ego *Thomas* Abbas Inſule Dei. ſſ.
Ego *Saxo* Roſkildenſis Eccleſie prepoſitus ſſ.

Abſ lonis Archiepiſcopi Lundenſis Confirmatio Priuilegiorum Eccleſiæ *Otthienſi* a *WALDEMARO I.* conceſſorum.

Ex Apographo Chartaceo deſumto ex Bartholini Tom. VI. No. 156.

1180. die 4 Maii.

Absalon Dei gratia Lundenſis Archiepiſcopus, Svecie primas univerſis ſancte matris eccleſie filiis tam preſentibus quam futuris in perpetuum. Ex iniuncte diſpenſationis officio & ſollicitudine nobis incumbere cognoſcimus ut ea que iuſte & pie ordinata & facta comperimus pio fauore proſequamur atque approbemus. approbata quoque.

ne

ne quorumlibet iniquorum ſeu fraudulentorum verſipelli malitia ſeu uſura perturbari aut immutari vel irritari valeant indulta nobis a domino auctoritate confirmamus. & manenti ſtabilitati Apoſtolorum clauc. ideſt banno ſeu anathemate corroborando ſignemus, ut & peruerſitas, ſi contra ea, que recto ordine ſunt ſanxita & iuſtitie robore vallata temerario auſu preſumere temptauerit, inueniat, vel offenſa in ſe inſiliat & amplectenda religionis tranquillitas habeat, quo ſcaturiente impetu malitie & aſſultu ſecura refugiat: proinde ergo nos ea que a domino *V.* Danorum Rege illuſtri & venerando pietatis intuitu anteceſſorum ſuorum Regum laudabilibus atque probabilibus exemplis inducto ac informato Eccleſie *Ottonienſi* collata & ſancita cognouimus. noſtri ſigilli atteſtatione. ac indulta a ſede Apoſtolica auctoritate confirmare decreuimus, volens itaque predictus Rex, prefate poſſeſſiones eccleſie, veſtigiis mayorum ſuorum inherendo, ab omni regie exactionis onere eximere & Monachos in ea eccleſia ſub regula & habitu beati Benedicti conſtituros ut orationi & contemplationi ſincerius vacare & domino liberius militare poſſint, ſublatis angariis exactionariis quibus eos quorundam inſolentia & incuria indebite & importune ſollicitabat & vexabat, liberos atque ſecuros reddere adhibito honeſtarum atque nobilium perſonarum tam clericorum, quam laicorum teſtimonio, quorum nomina in hac pagina inferius ſunt annotata. nec non filio eius *KANUTO* probante & aſſentiente libertatis & immunitatis legem eis decreuit ſtatuere & regia auctoritate ſancire: Statuit igitur ut uniuerſe poſſeſſiones predictorum fratrum, quas in *Phionia* habent, que iuxta eſtimationem XXX manſorum numero reſpondent ſiue in ſiluis villis prediis pratis & agris ab omni iure exactionis & quibuslibet angariis penitus immunes & omnino libere perpetuo permaneant, ita tamen ut quicquid predicte eccleſie coloni exacti, regie curie prius erant exhibituri, ſcilicet apparatum, transuecturam, expeditionem, aut quodlibet aliud Regii iuris obſequium, nec non ſatisfactiones tam ad XL. quam ad III. marchas pertinentes, premiſſo eodem iure, & quantitate, quo Regie dignitati noſcuntur pertinere eidem Monachi per ſuum tutorem exigant, recipiant & in proprios uſus conuertant. Preterea decreuit Decem marchas

chas de insula *Sild* *) annuatim eis reddendas, & censum estiualem de *Othense*, que utraque ad supplementum vestiture constat, ipsis collata fuisse, non Regius exactor, sed tutor eorum omnino suscipiat. Verum tamen ne quis tam larga & affluente immunitate ac libertate a Regia munificentia eis concessa & indulta regalis iura dignitatis amplius equo imminuta & extenuata a suis successoribus forte viderentur & causarentur in huiusmodi recompensationem quadrantem terre & dimidium in *Quarstathe* & villa que *Sundruse* dicitur, quam a iam dicto Rege sub estimatione medietatis sue capitalis portionis sub tenore priuilegii collatam & confirmatam receperant, ut diu aspiratam libertatem prescriptam consequi possent ipsis & successoribus suis possidendam. Contulerunt insuper quotiens Rex in propria curia *Othense* fuit ut decem equitaturas ad opus ipsius habeant paratas idem fratres ex Regis arbitrio diffinierunt. Porro superius annotatis XXX mansis prescripte libertate legis communitis relique possessiones, seu terre, quas prefata ecclesia processu temporum, a Regum seu Episcoporum munificentia obtinuerunt, aliorumque fidelium largitione vel pecunie emptione possederit, Regio iuri & exactioni subiacebunt, nisi que conuentione a prefatis fratribus fuerint ab angariis exempte, aut Regie Clementie largitate consilii libertatis lege in posterum exstiterint donate & emancipate. Fuerunt autem huic Regie constitutioni testes adhibiti hii. *Henricus Skerp. Thuri Skalmi* filius, *Nicolaus Stig* filius, *Petrus Palni* filius, *Strange Vnge*, *Thoki* filius *Algoti*, *Peter Esbernus Haconi* filius, *Nicolaus Thorkilli* filius. hii autem subscripserunt. *Simon Ottonienſis* Ecclesie Episcopus, *Thomas* Abbas, *Carolus* Cancellarius & reliqui plures. Quisquis ergo ecclesiastica secularisue persona annotate pagine constitutioni ausu temerario contraire temptauerit semel ac secundo tertioue commonita, si non destiterit auctoritate domini nostri Ihesu Christi nec non auctoritate Apostolorum Petri & Pauli anathematizamus, & a perceptione corporis & sanguinis domini ac redemptoris nostri Ihesu Christi sequestramus, & a communione fidelium separamus ut sortem cum

*) Apographum Confirmationis Andreæ Archiepiscopi habet *Silund.*

nente capella de *Leoga*, de parrochia quoque de *Swartatorp* & de parrochia *Berbii* cum adiacente capella *Georleue*. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos & laicos a ſeculo fugientes liberos & abſolutos absque alicuius contradictione ad conuerſionem recipere & in veſtro monaſterio retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſione ſine abbatis ſui licentia fas ſit de eodem loco diſcedere. diſcedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Paciquoque & tranquillitati veſtre paterna ſollicitudine prouidere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus ut infra clauſuram loci veſtri ſeu grangiarum veſtrarum nullus violentiam vel rapinam furtum ſeu incendium committere hominem capere vel interficere audeat decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura ſalua ſedis Apoſtolice auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit ſecundo tertioue commonita niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui dignitate careat reamque ſe diuino iuditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſanctiſſimo corpore & ſanguine dei & domini noſtri redemptoris Ihu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diuine ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri Ihu Chriſti quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant.

Ego *LUCIUS* Catholice Eccleſie Epiſcopus S.
Ego *Theodorus* Port. & Ste Rufine Epiſcopus S.
Ego *Petrus* tituli ſancte Suſanne Presbiter Cardinalis S.
Ego *Vnnanus* Presbiter Cardinalis Sancti Stephani in Celio monte S.
Ego *Hugo* Presbiter Cardinalis Sti Clementis S.

Ego

Ego *Arduinus* Presbiter Cardinalis Ste Crucis in Jeruſalem S.
Ego *Laborans* Presbiter Cardinalis Ste Marie trans Tyberym S.
Ego *Jacinctus* Cardinalis Diaconus Ste Marie in . . . S.
Ego *Ramerius* Sti Georgii ad velum aureum Cardinalis. S.
Ego *Gratianus* Storum coſme & Damiani Diaconus Card. S.

Datum *Laterani* per manum *Alberti* Ste Romane eccleſie Presbiteri Cardinalis & Cancellarii octauo Kalendas Februarii indictione quarta decima incarnationis dominice Anno milleſimo centeſimo octogeſimo primo Pontificatus vero, Dni *Lucii* Pape tertii anno primo.

KANUTI Regis Confirmatio privilegiorum Eccleſiæ Othinſenſi conceſſorum, qva illi ſimul manſiones Regiæ *Veſtorum* & *Sundrus* unacum qvadrante terræ & dimidia in villa *Quarſtathe* offertur.

Ex Apographo Chartaceo No. 157.

1183. die 21 Martii.

In nomine ſancte trinitatis & indiuidue unitatis Amen. Ego *KANUTUS* Dei gratia Rex Danorum vniuerſis ſancte matris eccleſie fidelibus tam poſteris quam preſentibus in perpetuum. inter cetera regni noſtri negotia & ſollicitudines, quibus occupamur, eccleſiarum dignitates ampliare, cenobiorum pretium proficuo *) interdici, ſanctéque religionis amantes attentius conſeruare ſalutari ſuggeſtu conſulimur, iuſtitie & equitatis ratione hortamur, diuineque auctoritatis monitu inſtruamur omnes qui ſanctum Ottonienſem Eccleſiam ad honorem dei & ſalutem animarum proficere cupiamus, quam que pii patris mei Regis *VALDEMARI* votum & deuotio ab omni ſeruitutis grauamine liberam fecit, ſueque hereditatis conſeruationem cum heredibus ſtatuit, eiusdem eccleſie priuilegia dignitate ſui & libertate conſcripta, undecunque ſunt conceſſa, non ſolum debito affectu approbamus & Regia auctoritate confirmamus, verum etiam ſub dominio & noſtro qualicunque obtentu ea irrefragabili iure conſeruari

*) Quin pro *interdici* legi debere *introducere* nullus dubito ſi genium ſeculi ſpectem in pia erga eccleſias & Monachos largitate omnia nonentis.

ſeruari decernimus. Ceterum dilectis in domino famulis prefate ecclesie Monachis ad votum ſatisfacere volentes pro redimenda dimidietate totius capitalis portionis, ſecundum ſui eſtimationem in *Phionia*, quam memoratus pieque memorie Pater meus eisdem Monachis ſolempni donatione contulerat manſionem noſtram in *Veſtorum* & aliam in *Sundrup*, quam *Saxo* a Patre meo emptam, pro anime ſue ſalute ipſis fratribus ſkönauit, cumque iidem fratres unacum quadrante terre & dimidia in villa *Quarſtate* dicta pro poſſeſſionum ſuarum omnimoda libertate optinenda & priuilegianda, patri meo contulerunt, ipſis Monachis poſſidendas obtulimus, cum ne peruerſorum cauillatione, ulla calumpniarum occaſio in poſterum naſcatur, alias poſſeſſiones viciniores ſibi & . . . , quas pro maiori ſuo commodo ac futurorum cautela maluerunt, pro duabus predictis manſionibus ab *Aſtrado Trugilſi* filio ſatis care emimus & eas ab omni iure exactionum liberas perpetuo, eorumque Monachorum vſibus contulimus. Sex videlicet quadrantes terre in *Aſterthorp* & due manſiones in *Eſtoſt* & prata que *Aſtradus* ab heredibus *Gunneri* empta poſſedit, terramque dimidia marcha annone ferabilem cum preſentis priuilegii clauſtro quam a *Petro* in *Lukki* emit ceteraque que idem *Aſtradus* ibidem habuit. Has poſſeſſiones XX marcharum auri, ſecundum pecuniarum penſationem & preſtationem eterno Regi Chriſto, ſanctoque Regi & martiri *KANUTO* & fratrum eis militantium ſuſtentationem pro ſalute & remedio anime patris mei ſtabili iure poſſidendi & utendi dedimus. Deo itaque auctore cuius ſancti regni fungimur regimine ſtatuimus ut ſiquis preſentium vel futurorum prefatam eccleſiam temere perturbare & has eius vel alias cuiuslibet generis poſſeſſiones auferre ſeu ablatas retinere, minuere, vel aliquibus angariis & iniuriis opprimere preſumpſerit & non emendauerit diuine vltionis & perpetue maledictionis plaga feriatur & eius qualiscunque calumpnia apud Deum & homines irrita & annihilata habeatur. Igitur ne huius donationis vel celebrationis ſtabilitas alicuius contentionis turbine in poſterum palpetur, ſigilli noſtri teſtimonio corroborauimus in preſentia & aſſenſu Matris mee *SOPHIE* Regine, Fratris mei *Valdimari*. Huius rei teſtes idonei interfuerunt Pincerna Regis, *Thuri* Camerarius Regis *WALDEMARI*, *Henricus Skerp* & *Tako* adue-

aduocatus Ripenſis, *Strangi Juuenis*, *Tuuo Hale*, *Ebbe Hirtap*, *Eſkerus* Villicus. Acta ſunt hec *Hiulby* XII Kalendas Aprilis. Anno Dominice incarnationis M.C.LXXXIIII. Indictione I. Epactis XXI. Glorioſi Regis Danorum *KANUTI* Quinti Anno. I. Regnante domino noſtro Iheſu Chriſto. Data per manum *Emeri* Capellani.

Ego *Symon* Otthonienſis Eccleſie Epiſcopus. ſſ.
Ego *Omerus* Ripenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Suuno* Aruſienſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Nicolaus* Vibergenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Henricus* Hetlandenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Marcus* Abbas Eccleſie omnium ſanctorum. ſſ.
Ego *Thomas* Abbas de Inſula dei. ſſ. propria manu.
Ego *Ako* Abbas de *Herwatho* propria manu. ſſ.
Ego *Gotho* Abbas de *Horø*. ſſ.
Ego *Andreas* Orhenienſis Prepoſitus. ſſ.
Ego *Eſgerus* Prepoſitus ſſ.
Ego *Saxo* Prepoſitus Roſkildenſis. ſſ.
Ego *Symon* Abbas de Sora. ſſ.

Kanuti, *Prizlavii* Principis filii Litteræ, qvibus Eccleſiæ Othinienſi duos manſos in *Caudisleithe* ac reliqvas ſuas terras & poſſeſſiones in Inſula *Alſo*, pro ſua ſepultura coram altari beatæ Dei Genetricis Mariæ, confert.

Ex Apographo Chartaceo. No. 158.

1183. die 20 Novembris.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Notum ſit omnibus fidelibus clericis ac laicis tam futuris quam preſentibus in regno Danico ſub protectione Dei commorantibus. Quum Ego *Kanutus Prizlaui* Principis filius vitam hanc caducam tranſitoria vanitate animaduertens ad tempus protelari, pro anime mee ſalutisque remedio ſanctam *Ottonienſem* eccleſiam in qua ſepulture mee locum coram altari beate Dei genetricis Marie, cum benevolo aſſenſu Monachorum ibidem domi-

no

no militantium elegi ſalubri conſultu & diuine diſpoſitionis intuitu conſtitui. Sperans ſiquidem imo reuera confidens, paterna annuente gratia pro religioſorum largitione in reſurrectione mortuorum me boni operis mercede non priuari & in terra viuentium, nonnulla beate patrie portione potiri, Deo ſanctisqve ejus martiribus *KANUTO* & *Albano* quorum reliquie in eadem eccleſia requieſcunt dilectisque fratribus meis predictis Monachis Ottonienſibus, qui me quotannis Karitatis ſinu in ſocietatem fraternitatis ſue & collegii ſuſceperunt, ſeſeque pro me quoque defuncto, velut pro ſuo proprio fratre loci profeſſo, imiſſis elemoſinis & omnimodis mortuorum officiis, actituros promiſerunt Duos manſos in *Candislete* & reliquas terras ac poſſeſſiones quas in inſula *Alſo* in dioceſi . . acquiſiui habui & poſſedi poſt finem dierum meorum legitime & infragabili iure poſſidendas voto & deuotione priuilegii contuli, quarum terrarum vel poſſeſſionum collationem a Domino *Symone* Epiſcopo eiusdem eccleſie ſub ſententiali anathematis nodo roboratam, ne aliqua calumpniarum procella in poſterum quod abſit perturbetur vel euacuetur, tam noſtri quam ſancti *KANUTI* Sigilli impreſſione ad memoriam preſentium & teſtimonium futurorum placuit per Cyrographum confirmare. Actum eſt hoc Anno incarnationis Dominice M.C.LXXXIII. XII Kalendas Decembris in die ſancti *EDMUNDI* Regis & Martiris Anno vero glorioſi Regis Danarum *KANUTI.* II. Huius vero teſtes fuerunt idonei clerici & laici *Eſkerus* prepoſitus *Henricus* Capellanus noſter & medicus & magiſter *Hylarius* & *Robertus* ſacerdos & *Horlacus* & *Vbbo*, *Godofridus*, *Toke*, Stabularii mei, *Thuri Schalmi* filius & *Petrus* filius *Wargh* & *Willichinus Saxonis* filius & *Hemmingus Olaui* filius & *Grimo Taki* filius. Hec ſeruans ſeruetur, deſtruens a domino deo deſtruatur. Fiat. Fiat. Amen. Amen.

Vrbani

VRBANI Papæ III. Bulla protectoria data Conventui Ciſtercienſi de Sora.

Ex Codic. Diplom. Sor. fol. XVI. b.

1186. die 10 Decembris.

VRBANUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis abbati monaſterii Ste Marie de Sora cum fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſane religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & monaſterium ſancte Marie de Sora in quo diuino eſtis obſequio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam & inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canoice poſſidet vel in futurum iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum in quo monaſterium memoratum ſitum eſt cum omnibus adiacentiis & pertinentiis ſuis. grangiam de *Liungha* cum omnibus pertinentiis ſuis. grangiam de *Slagloſe* cum omnibus pertinentiis ſuis *Othinſtorp* cum omnibus pertinentiis ſuis. grangiam de *Aſwarthabothæ* cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de *Wanpoſe* cum omnibus pertinentiis ſuis. Villam que dicitur *Biarbii*, quam ex donatione domini *Eſberni* fratris Domini *Abſolonis* Lundenſis Archiepiſcopi obtinuiſtis cum ſiluis pratis molendinis piſcariis & ceteris pertinentiis ſuis. grangiam de *Guthem* cum uniuerſis pertinentiis ſuis. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus vel ſumptibus colitis ſeu de nutrimentis veſtrorum animalium nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere & eas absque contradictione qualibet retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum

poſt factam in eodem loco profeſſionem ſine abbatis ſui licentia fas ſit de eodem loco diſcedere. Diſcedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna ſollicitudine prouidere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum terminos nullus rapinam ſeu furtum committere. ignem apponere, hominem capere vel interficere audeat ſeu violentiam aliquam exercere. Inſuper etiam ſancimus apoſtolica auctoritate ut quemadmodum a predeceſſoribus noſtris ſtatutum eſt nullus Epiſcopus neque alia perſona ad ſynodos vel ad conuentus forenſes vos inuitos ire compellat. Sed nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi, criſma confitiendi, cauſas tractandi, vel aliquos publicos conuentus conuocandi quisquam vobis inuitis preſumat accedere Sancimus etiam ut ſi Epiſcopus in cuius parrochia domus veſtra fundata eſt tertio per interualla temporum cum humilitate & deuotione, qua conuenit requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere forte noluerit licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit proprios nouitios benedicere & alia que ad officium per ipſum pertinent exercere donec idem Epiſcopus duritiem ſuam recogitet & benedicendum Abbatem benidicere non recuſet. Sane ſi Epiſcopi aliquid ab abbatibus veſtri ordinis preter obedientiam debitam vel principes terre contra liberratem ordinis a predeceſſoribus noſtris & a nobis indultam expetierint liberum ſit eisdem abbatibus auctoritate Apoſtolica denegare quod petitur ne occaſione iſta predictus ordo qui hactenus liber extitit humane ſeruitutis laqueo alligetur. Illud additientes vt nullus Epiſcopus regularem electionem veſtri Abbatis impediat aut de inſtituendo aut deponendo aut remouendo eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſes ordinis & auctoritatem priuilegiorum veſtrorum ſe ullatenus intromittat. Quod ſi Epiſcopi ipſi aliquam propter hoc in eccleſias veſtras vel perſonas ſententiam promulgauerint eandem ſententiam tanquam contra ſedis Apoſtolice indulta prolatam ſtatuimus irritandam. Cum vero propriorum Epiſcoporum copiam non poteſtis habere. Si aliquem Epiſcopum per vos tranſire contigerit de quo plenam notitiam habetis ab illo & a conicinis Epiſcopis cum dioceſana ſedes vacauerit benedictiones vaſorum & veſtium monachorum ordinationes & altarium conſecrationes reci-

recipere valeatis. Sic tamen ut ex hoc in posterum propriis Episcopis nullum preiuditium generetur. Auctoritate quoque Apostolica interdicimus ne quis vicinos vel mercenarios vestros pro eo quod vos ad laborandum adiuuerint in illis diebus in quibus laboratis & alii feriantur vel aliqua occasione eorum que ab Apostolica benignitate vobis indulta sunt seu benefactores vestros pro eo quod aliqua benefitia vobis vel obsequia ex caritate prestiterint interdicere aut vinculo anathematis audeat innodare. Quod siquis in aliquem de familia vestra donec in famulatu vestro permanserit propter detentionem decimarum vel aliud aliquid a sede Apostolica ordini vestro concessum excommunicationis vel interdicti sententiam promulgauerit liceat eos vobis absoluere metu mortis & si eorum presbiteri humiliter requisiti id efficere noluerint, vel malitiose distulerint ipsis ecclesiastica sacramenta conferre, liceat quoque vobis in monachos vestros siue conuersos qui de claustro vestro sine licentia Abbatis sui exierint si forte vobis inuitis aliquis eos retinere presumserit sententiam regularem ex nostra auctoritate proferre. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatura monasterium temere perturbare vel eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed illibata omnia & integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salua sedis Apostolice auctoritate. Siquis autem hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tempauerit secundo tertioue commonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a sacratissimo corpore ac sanguine dei & domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo iuditio diuine ultioni iubiaceat. cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen.

Ego *Petrus* de *Bon* tituli Ste Susanne Cardinalis ſſ.

Ego *Laborans* Presbiter Cardinalis. ſſ. sancte Marie trans Tyberim tituli Calixti ſſ.

Ego *Pandulfus* Presbiter tit. duodecim Apostolorum ſſ.

Ego *Vrbanus* Catholico eccleſie Epiſcopus ſſ.
Ego *Henricus* Albanenſis Epiſcopus. ſſ.
Ego *Paulus* Prenestinus Epiſcopus. ſſ.
Ego *Jacintus* Diaconus Cardinalis Ste Marie in Coſmidyn. ſſ.
Ego *Gratianus* ſanctorum Coſme & Damiani Diaconus Card. ſſ.
Ego *Roho* ſancti Angeli Diaconus Cardinalis. ſſ.
Ego *Rolandus* ſancte Marie in Porticû Diaconus Card. ſſ.
Ego *Petrus* ſancti Nicolai in Careere Tullian. Diac. Card. ſſ.
Ego *Radulfus* ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Card. ſſ.

Datum Verone per manum *Alberti* ſancte Romane eccleſie presbiteri Cardinalis & Cancellarii quarto idus Decembris Indictione quarta incarnationis dominice Anno milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo Pontificatus vero domini *Vrbani* Pape tertii Anno ſecundo.

Abſalonis Archiepiſcopi Lundenſes Litteræ profectoriæ datæ Monaſterio de *Sora*.

Ex Cod. Diplomat. Soreni. fol. XXX. b.

1188.

Abſalon Dei gratia Lundenſis Archiepiſcopus Apoſtolice ſedis legatus Sweticæ primas dilectis filiis *Gaufrido* Abbati de Sora ceterisque fratribus regularem vitam profeſſis quoniam ſua nos Deus prouidentia in eminentiori loco conſtituere voluit, equitatis intuitu conſtringimur pauperum Chriſti neceſſitatibus pro poſſe ſubuenire & eorum utilitatibus commodis prouidere iuſtasque eorum poſtulationis eius difficultatem admittere. Eapropter dilecti in domino filii petitioni veſtre facilem prebentes aſſenſum preſenti ſcripto vobis veſtrisque ſucceſſoribus confirmamus quascunque poſſeſſiones quecunque bona impreſentiarum iuſte & canonice obtinetis vel in futurum preſtante domino iuſtis modis poteritis adipiſci in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipſum *Soræ* in quo monaſterium veſtrum ſitum eſt cum pertinentiis ſuis. grangias veſtras *Slaglöſe, Lyunghe, Gudiom, Bierbii, Wendlöſe, Vtheleby. Aſwardabodhe, Egby* cum adiacentibus

tibus ſiluis & pratis & paſcuis & molendinis ſimiliter exteriores manſiones videlicet *Suærtinghe*, *Vbby*, *Hagueleff*, *Gloſtorp*, *Vinninghe*, *Querkeby*, *Skirpinghæ*, *Farathorp*, *Forneleff* cum adiacentibus terris & conculoniis ſuis. Preterea partem decimarum que ad ius veſtrum pertinebat dum eccleſie Roſkildenſi preeſſemus contulimus vobis in *Ringſtedæ herad* ſub atteſtatione Sigilli noſtri eo ſcilicet tempore quo nummi ſoluebantur pro decima. Sed cum ad hoc ventum erat ut annona ſoluerentur nolentes deferre ſucceſſoribus noſtris recepimus illud & in recompenſatione aſſignauimus vobis decimam in parrochiis iſtis iure perpetuo colligendam *Ölöſæ*, *Haralſtad*, *Finnetog*, *Geslöff* cum capella de *Leogæ*, *Sundetop*, *Swartetop*, *Bierbii* cum adiacente capella de *Görslöff* adhec portionem noſtram tertiam videlicet partem oblationis apud memoriam beate *Margarete* in eccleſia ſancte *Marie* Roſkildenſis pia largitione conceſſimus vobis in perpetuum ſtatuimus igitur ut hec omnia vobis veſtrisque ſucceſſoribus integra & illibata conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione collata ſunt uſibus omnimodis profutura interdicimus etiam ne ullus omnino hominum monaſterium veſtrum temere perturbare audeat vel poſſeſſiones veſtras auferre vel ablatas retinere vel quolibet modo vobis inuitis diſtrahere vel diminuere vel quibuslibet vexationibus fatigare. Siquis autem huic noſtre confirmationi ſciens contraire preſumſerit maledictionem & iram dei omnipotentis ſe nouerit incurſurum niſi reatum ſuum condigna ſatisfactione correxerit. cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini Ihu Xpi quatenus & in preſenti fructu bone actionis percipiant & in futuro premia eterne pacis inueniant.

CLEMENTIS III. Priuilegia data Monaſterio de Eſrom.

Ex Codic. Diplomat. Eſromenſi. fol. V. b.

1188.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Abbati monaſterii Ste Marie de Eſrom eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eſ-

gentibus. Apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus. & prefatum monaſterium Ste Marie de *Heſrom* in quo diuino eſtis obſequio mancipati. ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. & preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes. ut ordo monaſticus qui ſecundum deum & beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtertienſium fratrum inſtitutus eſſe dinoſcitur. perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte & Canonice poſſidet. aut in futurum conceſſione Pontificum. largitione regum vel principum. oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis prestante domino poterit adipiſci. firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus adiacentiis & pertinentiis ſuis clauſtrum ipſum de *Heſrom* cum ſiluis. pratis molendinis. piſcariis & omnibus pertinentiis ſuis. *Widingruth. Haſreholm. Byrgisholm. Sande. Tumathorp. Stenholt.* Domos Sancti *Martini. Hiarnetorp. Cracadal. Mothorp* in *Hallandia* & *Glumſtenswig.* cum villis. pratis. ſiluis & reliquis appenditiis ſuis. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus vel ſumptibus colitis. ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium. nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad conuerſionem recipere. & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ne vlli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit de ipſo. ſine licentia ſui abbatis diſcedere. Diſcedentem vero ſine communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus ne quis infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum furtum. rapinamue committere ignem apponere. hominem capere vel interficere audeat. ſeu aliquam violentiam exercere. Inſuper etiam apoſtolica auctoritate ſanecimus ut quemadmodum a predeceſſoribus noſtris ſtatutum eſt nullus epiſcopus. neque aliqua

qua persona ad Sinodos vel ad conuentus forenses. vos ire compellat. Sed nec ad domos vestras causa ordines celebrandi. crisma conficiendi causas tractandi vel aliquos conuentus publicos conuocandi. quisquam vobis inuitis presumat accedere. Sancimus etiam ut si Episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est. tertio per interualla temporum cum humilitate, qua conuenit requisitus substitutum Abbatem benedicere forte noluerit. proprios nouicios benedicere. & alia que ad officium suum pertinent exercere. donec idem Episcopus duriciam suam recogitet. & benedicendum Abbatem benedicere non recuset. Sane si episcopi aliquid a vobis preter obedientiam debitam vel principes terre contra libertatem ordinis a predecessoribus nostris & a nobis indultam expetierint liberum sit vobis auctoritate apostolica denegare quod petitur ne occasione ista predictus ordo qui hactenus liber extitit. humane seruitutis laqueo vinciatur. Illud adicientes. ut nullus Episcopus regularem Abbatis vestri electionem impediat. aut de instituendo. vel remouendo. seu deponendo eo qui pro tempore fuerit. contra statuta Cistertiensis ordinis & auctoritate priuilegiorum vestrorum se nullatenus intromittat. Quod si episcopi aliquam propter hoc in ecclesias vestras vel personas sententiam promulgauerint eandem sententiam, tanquam contra Apostolice sedis indulta prolatam. statuimus irritandam. Cum vero propriorum Episcoporum copiam non poteritis habere. Si aliquem episcopum per vos transire contigerit. de quo plenam notitiam habeatis ab illo. & vicinis episcopis cum diocesana sedes vacauerit. benedictiones vasorum vestium. Monachorum ordinationes & altarium consecrationes. recipere valeatis. Sic tamen ut propriis episcopis ex hoc in posterum nullum preiudicium generetur. Auctoritate quoque Apostolica interdicimus ne quis vicinos vel mercenarios viros. pro eo quod vos ad laborandum adiuuerint. in illis diebus in quibus laboratis & alii feriantur. ut aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt. seu benefactores vestros. pro eo quod aliqua beneficia. de proprio vobis. aut obsequia ex caritate prestiterint interdicere. aut vinculo anathematis audeat innodare Quod siquis aliquem de familia vestra donec in famulatu vestro permanserit. propter detentionem decimarum. vel alius quis a sede apostolica ordini vestro concessum. excommunicationis vel interdicti sen-

ſententiam promulgauerit. liceat vobis eos metu mortis abſoluere & ſi eorum Presbiteri humiliter requiſiti, id efficere forte noluerint, vel malitioſe diſtulerint. ipſis eccleſiaſtica ſacramenta conferre. Liceat quoque vobis in monachos vel conuerſos veſtros, qui de claustro veſtro ſine licentia abbatis ſui exierint. ſi forte vobis inuitis aliquis eos retinere preſumſerit ſententiam regularem ex noſtra auctoritate proferre. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione concesſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolice auctoritate. Sique igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona, hanc conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere temprauerit. ſecundo tertioue commonita. niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit. poteſtatis honorisque ſui careat dignitate. Reatnque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine dei & redemptoris domini noſtri Ieſu Xpi aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Dni noſtri Jeſu Xpi. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant. & apud diſtrictum iudicem. premia eterne pacis inueniant Amen.

Ego *CLEMENS* Catholice eccleſie Epiſcopus.
Ego *Johannes* Ste Marie Presbiter Cardinalis.
Ego *Pandulfus* Presbiter Cardinalis Baſilice XII Apoſtolorum.
Ego *Albraud* tit. Ste Crucis in Jeruſalem Presbiter Cardinalis.
Ego *Bobo* tit. ſancte Anaſtaſie Presbiter Cardinalis.
Ego *Alexander* Presbiter Cardinalis. tit.
Ego *Petrus* titi Sti Laurentii in Damaſo Presbiter Cardinalis.
Ego *Jacobus* Diaconus Card. Ste Marie in Coſmidyn.
Ego *Gratianus* Storum Coſme & Damiani Diaconus Card.
Ego *Gerardus* Sti Adriani Diaconus Card.
Ego *Bernardus* Ste Marie Nove Diaconus Card.
Ego *Gregorius* Ste Marie in Aquino Diaconus Card.

Datum

Datum *Laterani* per manum *Moiſe* Ste Romane eccleſie Subdiaconi Vicem agentis Cancellarii. XVII. Kal. Aprilis. Indictione. VII. Incarnationis Dominice Anno M.C.LXXXVIII. Pontificatus vero Dni. *CLEMENTIS* Pape III. anno ſecundo.

CELESTINI III. Privilegia data Monaſterio de *Eſrom.*

Ex Cod. Diplomat. Eſrom. fol. VIII. a.

1192.

CELESTINUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis *Walberto* Abbati. monaſterii ſancte Marie de Eſrom eiusque fratribus. tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in PPM. Regularem vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne forte cuiuſlibet temeritatis incurſus aut eas a propoſito reuocet. aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & prefatum Monaſterium Ste *Marie* de *Eſrom* in quo diuino eſtis obſequio mancipati. ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati *Benedicti* regulam atque inſtitutionem Ciſtertienſium fratrum in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona. idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet. aut in futurum conceſſione pontificum. largitione Regum vel Principum. oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci. firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt. cum omnibus adiacentiis & pertinentiis ſuis. Clauſtrum ipſum de *Eſrom.* cum ſiluis. pratis. molendinis. piſcariis & omnibus pertinentiis ſuis. *Willingeruth. Haſraholm, Byrgiſholm. Sande. Thumathorp. Toteholt.* cum omnibus attinentiis ſuis. *Haleſe* cum omnibus que pertinent. *Stenholt.* Domos Sti *Martini. Hiarnethorp. Cracadal. Mothorp* in *Hallandia.* & *Glumſtenswigh.* cum villis. pratis. ſiluis. &

reliquis appenditiis ſuis decimas quoque parrochie que dicitur *Eyber-netorp.* quam *Abſalon* Lundenſis Archiepiſcopus vobis dedit & ſcripto autentico confirmauit. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ne ulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit de ipſo ſine licentia ſui Abbatis diſcedere. diſcedentem vero ſine communium litterarum cautione. nullus audeat retinere. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes. auctoritate apoſtolica prohibemus ne quis infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum. furtum rapinamue committere. ignem apponere. hominem capere vel interficere audeat. ſeu aliquam violentiam exercere. Inſuper etiam apoſtolica auctoritate ſancimus. ut quemadmodum a predeceſſoribus noſtris ſtatutum eſt. nullus Epiſcopus neque alia perſona ad ſinodos vel ad conuentus forenſes vos ire compellat. Sed nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi. Criſma conficiendi. cauſas tractandi. vel aliquos conuentus publicos conuocandi. quisquam vobis inuitis preſumat accedere. Sancimus etiam ut ſi Epiſcopus in cuius parrochia domus veſtra fundata eſt. tercio per interualla temporum cum humilitate conuenit requiſitus ſubſtitutum abbatem benedicere forte noluerit proprios nouitios benidicere & alia que ad officium ſuum pertinent exercere. donec idem epiſcopus duritiam ſuam recogitet & benedicendum Abbatem benedicere non recuſet. Sane ſi epiſcopus aliquid a vobis preter obedientiam debitam vel principes terre contra libertatem ordinis a predeceſſoribus noſtris & nobis indultam expetierint. liberum ſit vobis auctoritate apoſtolica denegare quod petitur. ne occaſione iſta predictus ordo qui hactenus liber extitit humane ſeruitutis laqueo vincatur. Illud adicientes ut nullus epiſcopus regularem abbatis veſtri electionem impediat. aut de inſtituendo vel remouendo. ſeu deponendo. eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtertienſis ordinis & auctoritatem priuilegiorum noſtrorum ſe ullatenus intromittat. Quod ſi Epiſcopi aliquam propter hoc in eccleſias veſtras vel perſo-

nas

nas ſententiam promulgauerint. eandem ſenteniam tanquam contra apoſtolice ſedis indulta prolatam ſtatuimus irritandam. Cum vero propriorum Epiſcoporum copiam non poteſtis habere. ſi aliquem epiſcopum per vos tranſire contigerit. de quo plenam notitiam habeatis. ab illo & vicinis epiſcopis cum dioceſana ſedes vacauerit. benedictiones vaſorum & veſtium. Monachorum ordinationes. & altarium conſecrationes recipere valeatis. Sic tamen ut propriis Epiſcopis ex hoc in poſterum nullum preiudicium generetur. Auctoritate quoque Apoſtolica interdicimus. ne quis vicinos, vel mercenarios veſtros. pro eo quod vos ad laborandum adiuuerint in illis diebus in quibus vos laboratis. & alii feriantur vel aliqua occaſione eorum que ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt. ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua beneficia de proprio vobis vel obſequio ex caritate preſtiterint. interdicere aut vinculo anathematis. audeat innodare. Quod ſi quis aliquem de familia veſtra donec in famulatu veſtro permanſerit detentionem decimarum vel aliud quid a ſede apoſtolica ordini veſtro conceſſum excommunicationis vel interdicti. ſententiam promulgauerit liceat vobis eos metu mortis abſoluere. & ſi eorum presbiteri humiliter requiſiti id efficere forte noluerint vel malitioſe diſtulerint. ipſis eccleſiaſtica ſacramenta conferre. Liceat quoque vobis in monachos vel conuerſos veſtros. qui de clauſtro veſtro ſine licentia abbatis ſui exierint ſi forte vobis inuitis aliquis eos retinere preſumpſerit. ſententiam regularem ex noſtra auctoritate proferre. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare. aut eius poſſeſſiones auferre. vel ablatas retinere. minuere ſeu quibuslibet. vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum. pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolice auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit. ſecundo. tertioue commonita niſi reatum ſuum condigna ſatiſfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate. & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine dei & domini redemptoris noſtri Ihu Xpi aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax dni noſtri Jeſu Xpi. Quatinus & hic

fructum bonum actionis percipiant & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego *CELESTINUS* Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego *Albinus* Albanensis Ecclesie Episcopus.
Ego *Octauianus.*
Ego *Johannes* Prenestianensis Ecclesie Episcopus.
Ego *Petrus* Portuensis & Ste Rufine Episcopus.
Ego *Pandus* Basilice XII Apostolorum Presbiter Cardinalis.
Ego *Melior* sanctorum Johannis & Pauli Presb. Card.
Ego *Johannes* tit. Sti Clementis Card. Viterbiensis & Tusc. Episcopus.
Ego *Romanus* tit. sancte Anastasie Presbit. Card.
Ego *Guido* Presbit. Card. Ste Marie trans Tiberim tit. Calixti.
Ego *Hugo* Presbit. Card. Sti Marci tit. Equini.
Ego *Johannes* tit. Sti Stephani in Celio monte Presbit. Card.
Ego *Cinthius* tit Sti Laurentii in Lucina Presbit. Card.
Ego *Somffridus* tit. Sti Praxedis Presbit. Card.
Ego *Bernardus* Sti Petri ad Vincula Presbit. Card. tit. Eudoxie.
Ego *Findantius* tit. Sti Marcelli Presbit. Card.
Ego *Grauous* Storum Cosme & Damiani Diaconus Card.
Ego *Gregorius* Ste Marie in Portica Diaconus Card.
Ego *Gregorius* Ste Marie in Aquino Diaconus Card.
Ego *Gregorius* Sti Georgii ad velum aureum Diacon. Card.
Ego *Lotharius* Storum Sergii & Bachi Diaconus Card.
Ego *Nicolaus* Ste Marie in Cosmidyn Diaconus Card.
Ego *Bobo* Sti Theodori Diaconus Card,
Ego *Petrus* Ste Marie in via lata Diaconus Card.
Ego *Centius* Ste Lucie in Orthea Diaconus Card.

Datum *Laterani* per manum *Egidii* Sancti *Nicolai* in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis. III. nonas Martii. Indictione. XI. Incarnationis Dominice Anno M.C.XCII. Pontificatus vero Dni *CELESTINI* Pape. III anno secundo.

CANUTI Regis Litteræ confirmatoriæ (in compendium redactæ) bonorum Monachis Sti *CANUTI* Ottonienſibus ab *ERICO Bono* oblatorum, ita tamen ut priuilegia ſanctimonialibus de *Burg*, a *WALDEMARO* Rege, illorum beneplacito conceſſa, ſarta & tecta maneant.

Ex Apographo Chartaceo, manu Arnæ Magnæi. No. 159.

1193. die 22 Januarii.

CANUTUS Danorum & Slauorum Rex ſtatuit ut ea bona quæ *ERICUS* illius proavus, Rex Danorum cognomine & virtute *BONUS* dederit Monachis Sancti *CANUTI*, ut libera & rata ſint, excepto beneficio quod *WALDEMARUS* pater Rex ſua petitione ſanctimonialibus de *Burg*, fratrum *Othonienſium* beneplacito obtinuit. Hæ moniales & ordinem & ab ipſis monachis habuere. Priuilegium ſanctimonialium eſt, ut habeant poteſtatem molendi unam horam qualibet anni ſeptimana in Monachorum Sancti *CANUTI* molendinis, absque exactione farinæ una exceptione debent hæ moniales aliquid reditus frumenti habere ex Monachis ſtatuto tempore. Hæ etiam moniales conferunt villulam ſuam *Iſſuſe* & proximam aquam iacens uſque ad urbem fratribus monachis prædictis. Teſtes donationis ſunt. Dominus *WALDEMARUS* frater glorioſi Regis *CANUTI* Dux Sleſwicenſis Dominus *Sverco*, *Henricus Skerp*, *Gunni Balti*, *Aghe Wind*, *Thorbiörn Kry*, *Olaus Prybbe*, *Petrus* filius *Strangi*, *Elof* de *Sprouua* (&) plures alii. Datum per manus *Nicolai* Capellani de *Veſtuui* in *Nyburg* Anno Dominicæ Incarnationis M.C. XCIII. XI. Kl. Februarii in die Sancti *Vincentii* Martyris.

Ego *CANUTUS* Rex. ſſ.

Ego *Nicolaus* de *Wath CANUTI* Regis Capellanus.

WALDEMARI II. Litteræ confirmatoriæ Priuilegiorum Monachis Sti *CANUTI* Ottonienſis datorum, quibus cenſum æſtiualem de *Othenſe* & X marchas argenti de Inſula *Sild* inſuper *iis* confert.

Ex Apographo Chartaceo. No. 160.

1203.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego *WALDEMARUS* Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex, Dux Jutie dominus Nordalbingie tam preſentibus quam futuris in perpetuum. Conſiderantes diligentius ſtatum huius circumſtantie, ea tantum modo cognouimus mortalibus uſibus reſeruari, quodque premia hominum circumſpectorum diuine remunerationis intuitu erogauerit ſuccedentis ſeculi *) ferociter reditura. Quod cum in hoc corpore conſtitutus ſibi quisquam non timuerit ſubtrahere & eorum qui neceſſitatem patiuntur uſibus miniſtrare, hoc profecto cum nudus ad uterum matris ſue unde nudus exierat reuertitur ſe non dubitet inuenire. Eapropter anteceſſorum noſtrorum piis veſtigiis incedere cupientes & ab eorum virtutis & caritatis operibus in quantum nobis dominus permiſerit eos ſatagentes ullatenus declinare cum uniuerſo in noſtro dominio conſtitutis tenemur iniuſtitia non deſere re ullum . . nos recognoſcimus debitores, qui relictis huius mundi illecebris nudi ab huius ſeculi naufragio euaſerunt diuino ſe inceſſanter ſeruitio mancipantes. Scire igitur volumus uniuerſos, quod religioſos Eccleſie beati *KANUTI Otthenſe* ſeruitores ſpeciali quadam prerogatiua caritate & beneuolentia amplectentes libertatem, quam ab anteceſſoribus noſtris optinuerunt, quorum beneficiis & elemoſinis Monaſterium hoc recognoſcitur inſtitutum, nullatenus decernimus minuendum, ſed ſecundum tenorem tam preſentis quam prioris noſtri ſigilli & litterarum apicibus conſignatum inuiolabiliter conſeruandum, ita videlicet ut poſſeſſiones & colonos ipſorum uniuerſos ab exactione ſtudiorum & expeditionum & omni ſeruitio iuri regio debito liberi permaneant & immunes ſuper hoc nulli exactorum noſtrorum ſed monachis tantum modo reddendas. Statuimus etiam ut cenſum eſtivalem de *Othenſe* & decem marchas

*) fertiliter redditura. *legend.*

marchas argenti de Insula *Siland* annuatim reddendas ad *) vesturam fratrum quam ab anteceſſoribus habuere, non noſter exactor, ſed eorum tutor omnimodo ſuſcipiat. Ne igitur alicui exactorum noſtrorum huic liceat contradicere vel noſtre conſtitutioni in aliquo contraire eam litterarum & ſigilli noſtri teſtimonio dignam duximus confirmare. Siquis vero conſtitutionem noſtram & inſtitutionem non attendens hiis attemptauerit auſu temerario obuiare. indignationem noſtram incurrens iram ſupremi iudicis ſe metuat meruiſſe. Et quod omnibus fere regum tranſeuntibus officio teneretur caritate miniſtrare tam quadraginta quam (XX) marcharum exactionem, & ut piſtores eiusdem Ciuitatis nusquam preter ad illorum molendina molere **) decenter, conceſſimus.

Nicolai Petri filii donatio dimidiæ portionis ſuæ unacum manſione in *Barhem*, Monachis in *We* facta.

Ex Tom. VIII. Bartholin. manu Arnæ Magnæi p. 156. Apogr. Chartac. vid. No. 161.

1211.

Anno incarnationis dominice M.CC.XI. Ego *Nicolaus* filius *Petri* ob ſalutem anime mee ſanus & incolumis in preſentia domini *A.* Archiepiſcopi & domini *Ingemari* prefecti ac multorum nobilium virorum fratribus in *We* dimidiam partem portionis mee confirmaui ſcotando ſuper altare ſancte *Marie* aſtante Archidiacono *A.* & decano. *T.* multisque aliis tam clericis quam laicis. Sed ne aliqua calumpnia eis poſt dies meos ſuper hoc poſſit obici. & que geruntur in tempore ne labantur cum tempore bonorum virorum ac litterarum ſolent perhenmari teſtimonio. & ne filiorum aut aliorum cognatorum iuuentus noſtrum liceat irritare donum. portionem cum manſione in *Barhem* redemi ac ſigilli noſtri teſtimonio confirmaui. Quicunque igitur donum prenominatum & confirmatum irritum facere conatus fuerit iram dei omnipotentis & beate *Marie* Virginis & omnium ſanctorum in ſe prouocaſſe ſe non dubitet & partem habeat cum illis qui dixerunt domino deo ſcientiam viarum tuarum nolumus. **Amen.**

*) veſtituram. **) debeant.

Andreæ

Andreæ Sunonis Archiepiſcopi Lundenſis Confirmatio ſuper ſcotata manſione *Barem* fratribus in *We* per *Nicolaum Petri*.

Ex Tomo Bartholini VI. pag. 509. ibidem manu Arnæ Magnæi. No. 162.

1211.

A. Dei gracia Lundenſis Archiepiſcopus Suethie primas. Omnibus ad quos preſentes littere peruenerint. Salutem in vero ſalutari. Uniuerſitati veſtre notum facimus quod anno incarnationis dominice M. CC.XI. *Nicolaus* filius *Petri* ob ſalutem anime ſue ſanus & incolumis in die qua dominus *J.* prefectus filiam ſuam domino. *P.* filio *Ebbonis* deſponſauit in *We* in preſentia noſtri aſſiſtente Archidiacono *A.* & Decano *T.* & domino. *J.* prefecto multisque aliis nobilibus tam clericis quam laicis fratribus in *We* dimidiam partem portionis ſue confirmauit ſcotando ſuper altare ſancte *Marie* quam portionem ſtatim facta conditione eam quadam manſione in *Barem* redemit. huius rei teſtes ſumus. Quicunque ergo prenominatum donum tam manifeſtum ac taliter confirmatum irritum facere conatus fuerit, iram dei omnipotentis & beate *Marie* virginis, omniumque ſanctorum ſe prouocaſſe ſuper ſe non dubitet. Inſuper & noſtre ſubiaceat excommunicationi, quousque digne & deo & eisdem fratribus ſuper hoc ſatisfecerit.

INNOCENTII III. Bulla Confirmatoria data Monaſterio de *Sora* ſuper Decimis in *Bierbii* aqvilonari, domo de *Burg*, de *Bromage* &c.

Ex Cod. Diplomat. Sorenſ. fol. XXXII. a. exſcripta ibi ex Autographo ſub plumbo.

1212. die 2 April.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Abbati & fratribus monaſterii de *Sora* Ciſtertienſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum & honeſtum tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum; ea propter dilecti in Domino filii iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu deci-

decimas de *Bierbii* aquilonari & de *Bromage* ac domum de *Burgh* cum omnibus pertinentiis ſuis quas venerabilis frater noſter *Petrus* Roſkildenſis Epiſcopus vobis conceſſit intuitu pietatis ſicut eas iuſte ac pacifice poſſidetis ut in ipſius Epiſcopi ſuper his confecto autentico continetur vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre confirmationis paginam infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Laterani* quarto nonas Aprilis. Pontificatus noſtri Anno quinto decimo.

WALDEMARI II. Transactio pro liberatione ſua inita.

Ex Apograph. deſumto ex Autogr. in Archivo Zwerinenſi.

1224. die 4 Julii.

Hec eſt forma liberationis domini Regis *WALDEMARI* & filii eius preſentibus Magiſtro Hermanno Domus Teutonicorum, & aliis nuntiis imperii. Dominus Rex promiſit, quod accipiet crucem iturus in ſubſidium terre ſancte, & egredietur de regno ſuo a menſe Auguſto proxime venturo poſt duos annos & ibit ducens ſecum centum naues Cockonibus & ſneccis computatis ut primo yeme poſt exitum ſuum ſi dominus dederit ſit in Yſpania & eſtate proxima ſubſequente veniat in terram ſanctam. Ibi ſecundum conſilium Regis Jeroſolimitani & aliorum Magnatum per annum integrum moraturus. Si vero morte preuentus fuerit, vel alia cauſa legitima prepeditus, dabit viginti quinque millia marcarum argenti in ſubſidium terre ſancte, preſentaturus eas a die, pro quo iter peregrinationis arripere deberet ad annum, in ciuitate *Lubeke*, nunctiis Regis Jeroſolimitani & fratribus Domus Teutonicorum, ita videlicet, quod nihil de ſupradicta pecunia in uſus proprios conuertere debeant, ſed in animarum ſuarum periculo expendant ad opus terre ſancte, prout viderint melius expedire. De itinere, vel de pecunia, ſi perſonaliter Rex ire non

potuerit, pro itinere perſoluendo preſtabit Rex & ſui omnem cautionem, preter obſides & pignora, quam petierint Domini Legatus Archiepiſcopi Colonienſis, Epiſcopus Hildeſienſis, Magiſter Domus Teutonicorum, Comes *Sifridus* de Blankenburg, & eam ſecundum eorum conſilium & mandatum inuiolabiliter ratam hebebit. Si aliquis predictorum intereſſe non potuerit, nihilominus procedatur. Item Rex Terram Transalbinam integraliter reſtituet imperio & ea priuilegia, que ſuper eadem terra ei data fuerint in guerra pendente, Imperio reſtituet uniuerſa, & earenus predicte terre renunciabit, ut nec ipſe, nec filii ſui ſuper eadem terra de cetero habeant actionem. Terram etiam illam quam Comes Albertus de *Orlamunde* a Rege in pheudo tenuit, & alia bona, que in eadem terra Regi vocabant, dictus Comes Albertus in pheudo ab imperio recipiet, & Imperium preſtabit ei ſuper eis contra quemlibet warandiam. Epiſcopi quoque in eadem terra conſtituti, ſcilicet *Lubicenſis*, *Raceburgenſis*, *Swerinenſis*, regalia ſua ab imperio recipient. Preterea Rex liberos dimittet omnes illos ubicunque conſtitutos, qui in predicta terra ei homagio vel iuramento fuerunt aſtricti, & ipſi iurabunt Imperio & Comiti *Alberto* ad ſuam iuſtitiam. Vtrobique & bona, que a Rege tenebant, a Comite *Alberto* recipient. Item Rex & Comes *Albertus* terram *Boicenburg* & terram *Zuerin*, cum omnibus rationabiliter attinentibus, Comiti *Heinrico* de Zuerin libere dimittent, quas ab imperio recipiet, & reedificabitur ei Caſtrum *Wotmunde*, prout erat quando deſtructum fuit. Preterea omnia bona, que Gomes *Heinricus* a Comite *Alberto* tenebat, ubicunque ſita ſunt iterum tenebit & Vaſalli eius. Item bona, que *Dietericus Scacman* a Comite *Alberto* cum filio matris ſue debet habere, de iure tenebit. Item Rex matri uxoris Comitis *Henrici* terram eius reſtituet, vel duo millia marcharum dabit. De dicta terra *Transalbina* non repetenda ſecundum conſilium Principum Imperii preſtabit Rex omnem cautionem quam potuerit, vel quam principes voluerint per obſides & pignora. Cum Rex fuerit in curia *Bardavic* Principibus preſentatus omnem quam potuerit, & quam principes requiſiuerint faciet cautionem, per obſides & pignora, quod terras *Slauie*, ſuper quibus cauſa vertitur inter Imperium & Regnum Dacie, die conuenienti ſibi a principibus prefixa,

fixa, Imperio dimittet, vel ſecundum iuſticiam vel ſecundum gratiam retinebit. Item dominus Rex accipiet Regnum *Dacie* de manu Imperii & ei homagium faciet, ſecundum quod alii Principes facere ſolent & fidelitatem bona fide ſeruabit. Item Rex & Comes *Albertus* firmam facient cautionem que *Oruede* dicitur Comiti *Henrico* pro ſe & pro omnibus ſuis amicis & cognatis. Et ut iſta *Oruede* rata habeatur & firma dabit Rex obſides, unum de filiis ſuis legitimis, & decem alios, quinque de *Dacia* & quinque de *Holſatia*. Iſti dabuntur ad decem annos, & mutabuntur pro temporis opportunitate, cum opus fuerit. Iſti obſides dabuntur Imperio vel principibus Imperii & ipſi committent eos quibus ipſi voluerint. Item Rex dabit pro redemptione ſua quadraginta millia marcharum argenti Comiti *Henrico*, que preſentabuntur Imperio & principibus. Iſta pecunia dabitur in pondere Colonienſi uno lothone minus valente in unaquaque marca examinato argento. In eadem valoris quantitate, pecunia, que ad opus terre ſancte dabitur, perſoluetur. De pecunia quadraginta millium marcharum, dabit Rex viginti millia marcarum tam in pecunia, quam in pignoribus, ut ipſe & filius ſuus ſimul egrediantur. Quod ſi in egreſſu ſuo viginti millia marcarum ſoluere non poſſit, ſolutis decem millibus marcarum egredietur ipſe, filio ſuo ſeniore pro decem millibus remanente. Que decem millia cum primum ſoluta fuerint, filius ſenior liber egredietur. De reſiduis autem viginti millibus marcarum dabit Rex triginta obſides adultos & unum de filiis ſuis quodſi triginta obſides habere non potuerit, dabit quindecim adultos & toridem iuuenes cum duobus filiis ſuis. & ſi quindecim adultos habere non potuerit, dabit triginta pueros cum tribus filiis ſuis. Iſti obſides preſentabuntur Imperio, ſicuti ipſe Rex. De his duobus articulis tantum, videlicet pro *Oruede* & pro pecunia redemptionis, dabuntur obſides. de poſſeſſionibus, quas Rex in Terra *Transalbina* pecunia comparauit, pro ſue voluntatis arbitrio ordinabitur. Item ſi in curia *Bordwic* pars predicte pecunie propter temporis breuitatem perſolui non potuerit, ſecundum conſilium principum Imperii preſtabit Rex & ſui cautionem, quod die ſibi a principibus pre figendo, reſiduum pecunie perſoluant, & Rex ibi ſecundum conſilium principum ſuis reſtituetur homininibus. Item in feſto natiuitatis

beate virginis proxime venturo Dominus Rex Romanorum & Principes Imperii *Bardwic* curiam celebrabunt ad ea diffinienda, que ſuperius dicta ſunt. Et ut hec rata habeantur, & inuiolabiliter obſeruentur ſubſcripti iurauerunt, & in fide promiſerunt. Comes *Albertus Wicpertus* Dapifer ſuus, *Reinfridus* de *Schorlemer*, *Hinricus* Pincerna, & alii quam plures homines ſui. Hi Dani domini. *Buro* Pincerna, *Scozio* Marſchallus, *Johannes* Marſchallus, *Trugillus* Dapifer, & alii quam plures. Ex parte altera. Comes *Henricus* de *Zwerin*, Comes *Hermannus* de *Woldenberg*, Comes *Heinricus* de *Sladen*, Comes *Heinricus* de *Dannenberg* & duo filii ſui, Comes *Heinricus* de *Luchow*, Comes *Conradus* de *Regenſtein*. *Lupoldus Vrſus*. *Burchardus* aduocatus de *Luchow*. *Dietericus Scakman*. & alii quam plures. He promiſſiones & iuramenta ſub tali conditione facta ſunt, ut, ſi dominus Rex Romanorum & Principes Imperii ea, que, ſupra dicta ſunt, voluerint adimplere, ſupradicti promiſſores ad hec obſeruanda minime tenebuntur, ita quod a iuramentis & promiſſionibus ſint penitus abſoluti. Nunctii Imperii Dominus *Bernardus* de *Horſtmaria*, Comes *Hermannus* de *Woldenberg*, *Guncelinus* Imperialis aule Dapifer, Dapifer de *Waltpurg*, Dapifer Domini Colonienſis Archiepiſcopi, promiſerunt in fide, quod modis omnibus & bona fide ſtudebunt, ut ea que ſupra dicta ſunt, principes proſequantur, & hoc item Magiſter Domus Teutonicorum facturum ſe dixit Acta ſunt hec anno incarnationis Dominice. M.CC.XXIIII. menſe Julio. IV. Non. Julii. Indictione XII.

Ex X Sigillis, quæ olim appenderant, octo ſupererant.

Alia

Alia Transactio super libertatione *WALDEMARI* Regis.

1225. die 17 Novembris.

Hec est forma compositionis facte super liberatione Regum Dacie. Pro liberatione eorum dabuntur Comiti *Heinrico* de *Zwerin* XLIV millia marcarum puri argenti. unaqueque marca lotone minus valente; cum pondere colonienſi. Insuper uniuersum aurum, quod ad ornatum Regine pertinebat, preter coronam, & exceptis his, que ante discessum suum ob salutem anime sue claustris & aliis ecclesiis conferebat. Preterea dabuntur indumenta centum militum, scilicet cuilibet decem ulne de *Scarlato Flandrensi*, & duo timmer & dimidium de pellibus variis. In exitu Regis senioris dabuntur [illegible] millia marcarum. In Carnipriuio venturo dabuntur tria millia marcarum, pro quibus erunt obsides hii *Acer Juliani* filius, *Nicolai**) *Lai* filius, *Biurn* filius **)-*Fuui*. Ex his tribus militibus precipue duo millia tunc dabuntur. Si autem de his dandis defectus fuerit, *Jacobus* de *Mone*, *Petrus Strangi* filius, *Biurn Pinterna*, vel duo ex eis *Lubeke* intrabunt, donec defectus idem suppleatur. Predicti vero *Acer*, *Nicolaus* & *Biurn* pro residuis mille marchis in obsidione manebunt. Exeunte Rege antiquo duo filii eius intrabunt cum XL obsidibus aliis, XX. senioribus, & totidem iuuenibus, quos Comes *Heinricus* de *Dacia* eligere voluerit. Item in proximo Pascha dabuntur nouem millia marcarum, cum quibus Dux *Ericus* intrabit, & exhibit Rex iunior, & cum eo IX obsides. Remanentes vero obsides mutari possunt cum aliis eque valentibus filiis Regis exceptis. Item in festo *Michaelis* subsequenti dabuntur decem milia marcharum, & exibit Dux & mutabuntur obsides decem subtractis. In pascha sequenti dabitur medietas remanentis pecunie, & mutabuntur obsides decem liberati. In assumptione beate Virginis sequente post secundum pascha, summa totius pecunie remanentis debet esse persoluta. Data tota summa pecunie alter filiorum Regis exibit, quem Comes *Henricus* voluerit, quem vero ad remanendum elegerit cum aliis decem obsidibus stabit pro *Oruethe* per decem annos, qui tamen singulis annis mutabuntur. Et Rex filium suum si voluerit, alio filio suo mutabit. Quod si tota pe-

*) *forte* Olai *sive* Lagi. **) *rectius* Tuui.

cunia in terminis prescriptis ad plenum solui non potuerit, quot millia soluta non fuerint, tot viri honesti de Dacia, quos Comes *Henricus* de *Zwerin* nominauerit, intrabunt ad obsides, donec pecunia solui possit, & tunc exibunt hii cum aliis obsidibus sicut superius est diffinitum. Si Regem seniorem, ante quam argentum fuerit persolutum de medio transire contigerit, debiti remanentis summa ad medium minuetur. Si vero Regem iuuenem infra solutionem debiti mori contigerit, remanente pecunia tertia subtrahetur pars. Si ambo mortui fuerint ante solutionem debiti, *Dani* totaliter erunt liberi & obsides omnes sue restituentur libertati, preter illos qui pro *Orueth* decem annis stare debent. Qui semel obses fuerit, vel filium obsidem posuerit, secundo non erit obses, nisi sponte intrare voluerit. Si vero obsidum aliquis effugerit, ipse remittetur, vel alius loco suo eque bonus substituetur. Dominus Rex omnes terras intra *Eidram* & *Albiam* fluuios sitas, ad imperium pertinentes, videlicet a descensu *Eidriæ* in mare usque ad aquam *Lenoldesowe* & ab eadem aqua usque ad mare, terras domini *Burwini* & omnes terras *Sclauie*, preter *Rugiam*, Imperio dimittere debet. Castrum *Reinoldesburch* Comiti *Adolpho* reddetur decem diebus post Regis exitum in eo statu, quo Rex illud habuit. De hoc habebitur respectus ad iuramentum Regis suosque obsides, & dominus *Jacobus* de *Mone* & unus de *Dacia*, quem ipse voluerit pariter se obsidioni obligabunt, donec idem Castrum redditum fuerit. Omnia priuilegia que Rex super dictis terris obtinuerat & habet Comiti *Henrico* restituet. Rex & ceteri nobiles Dacie promittent & iurabunt quod nullum auxilium prestabunt Comiti *Alberto* ad castra & terras obtinendas que habet & habuit. Quicunque ad Danos confugerunt, pheoda sua que de iure habere debent, rehabebunt, facta domino suo, a quo ea tenebant securitate. Rex & Dani idem ius *Theutonicis* exhibebunt & facient. Item Rex & Dani nullum Theutonicum in lesionem *Henrici* & *Adolphi* Comitum predictorum manu tenebunt, similiter nec ipsi facient. Captiui & obsides liberi dimittentur. Lubecenses, Hamburgenses & ceteri terre huius mercatores, siue quicunque alii de Romano imperio mercatores, frequentare volentes eo iure & libertate fruentur, qua usi fuerant ante captiuitatem Regis Centum equos dabit Rex in Pascha pro-

proximo quinquaginta dextarios, & totidem palefridos unumquemque dextarium X. marcas valentem. palefridum quinque. Indumenta militum dabuntur in carnipriuio proxime venturo. Ut hec omnia rata habeantur & fideliter obſeruentur ſepedicto Comiti *Henrico* de *Zwerin*, uxori ſue, filiis ſuis, cognatis & amicis, videlicet *Wolrado* Comite de *Dannenberg*, *Henrico* Comiti de *Scladen*, *Adolpho* Comiti de *Holſatia*, *Heinrico* Comiti de *Luchow*, Domino *Henrico* de *Werle* iuniori, iurabit Rex & filii ſui Epiſcopi & Regni Dacie meliores, & per appenſionem ſigillorum ſuorum ea ad maioris ſecuritatis euidentiam confirmabunt. Ad hec Dominus Rex & filii ſui iuſtam *Orsetham* Comiti *Heinrico* facient & iurabunt, Inſuper Regem *Boemie*, Dominum *Ottonem* de *Luneburch*, Comitem *Hermannum* de *Orlamunde*, & ceteros amicos ſuos, quos in hoc facto Comes *Henricus* offendiſſe videtur, absque dolo & malo ingenio ei reconciliare debet. Acta ſunt Anno Domini incarnationis. M.CC.XXV. XV. Kalendas Decembris. Teſtes ſunt hii *Wolradus* Comes de *Dannenberg*, *Heinricus* Comes de *Luchow*. *Heinricus* Comes de *Sladen*. *Fredericus* prepoſitus. *Hermannus* Burggrauius de *Witin*. *Adolphus* Comes Holſatie. Dominus *Henricus* de *Werle* iunior. Dominus *Otto* de *Luneburg*. Dominus *Jacobus* de *Mone*. Dominus *Biurn* Pincerna. Dominus *Oſtradus*. & alii quam plures. Similiter Comes *Henricus* per ſe & per cognatos ſuos *Dunis* ſecuritatem faciet de reddendis obſidibus, & de his que ſupra ſcripta ſunt, firmiter obſeruandis.

Appenderunt VI Sigilla.

Concordia de Limitibus Marchie inter Cives Rigenſes ex una, & Monachos Dunemundenſes ex altera.

1226.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen. Ego *Lambertus* Scholaſticus de *Stendale*. Ego *Ludolfus* de *Hannouer* Canonicus Lubicenſis. Ego *Ludertus Humbrechtin* de *Soſatia* in cauſa que inter *Albertum* & Monachos *Dunemundenſes* ex una & cives *Rigenſes* parte

te altera ſuper terminis Marchie & confiniis vertebatur taliter arbitramur. Citra *Dunam* totum ciuibus relinquatur, quicquid Monaſterium poſſidebat citra riuulum, qui de ſtagno Rodenpois egreditur in *Dunam*, in quo riuulo habent Monachi molendinum, conſeruato tamen Monachis citra predictum riuulum Molendini illo ſpatio, quod eſt intra eundem riuulum & foſſatum nouum quod tendit a ſtagno in *Dunam*, quod ſpatium debet eſſe in latitudine LXXX cordarum ab illo capite unde dictum foſſatum intrat in ſtagnum & latitudinis centum cordarum ab alio capite, unde idem foſſatum intrat *Dunam* & ſic ab uno capite ad alium predictum nouum foſſatum procedat lineariter & directe, licet predictus molendini riuulus in locis pluribus torqueatur. In eodem etiam riuulo nemini liceat niſi monachis facere molendina. Ipſis autem liceat in eodem riuulo quocunque facere voluerint, molendina & riuulum ſi placuerit intra ſuos terminos ampliare. Quicquid autem intra predictum foſſatum, ſtagnum *Rodenpois*, *Laghenam*, *Thoredam*, mare & *Dunam* concluditur, habeant & poſſideant dicti monachi pacifice & quiete. Itaque infra predictos terminos, nemini liceat paſcua vel humulum habere, arbores fodere vel quercus incidere, preterquam ad neceſſitatem reparandarum nauium in litoribus adiacentibus confectarum. Equis autem hominum ex contrarietate temporis in portu detentorum, gramina depaſcere liceat in terminis ſupradictis. Piſcationes vero in predictis aquis omnibus ſint communes, exceptis gurguſtiis, que unicuique ſicut iuſte poſſederunt reſeruantur. In riuulo autem predicti molendini & in aqua que monaſterio adiacet & in riuulo qui de ſtagno ducitur contra monaſterium per mericam & in introitu vel exitu predictorum riuulorum nemini facere liceat quod fratribus noceat, nec piſcari, niſi ſolis fratribus ſupradictis. Ultra *Dunam* autem termini fratrum taliter diſtinguantur: ab ipſa ripa *Dune* in loco ubi dicebatur arbor ſancti *Nicolai* & fuerat foſſatum intra monachos & fratres militie Chriſti idem foſſatum usque in aquam proximam, & deinde aſcendendo per ripam aque, aqua remanente a dextris usque ad locum qui eſt directe oppoſitus aque mediante foſſato, quod eſt ultra eandem aquam, & deinde usque ad quercum combuſtam & deinde directe tranſeundo aquam usque ad melliflua. & deinde directe in aquam que

voca-

vocatur *Mordtzze* ſicut citius itur ad aquam & deinde citra aquam deſcendendo usque ad locum, qui eſt oppoſitus primo riuulo, qui influit predictam aquam ex alia parte & inde tranſeundo aquam in ipſum riuulum & per riuulum usque ad duas abietes quaſi coniunctas, & de loco abietum directe usque ad pinum, qui eſt inter duos montes & deinde directa linea tranſeundo per medium, ſiue ſit palus ſiue ſit aqua ultra ultimam aquam usque ad locum ubi per ſiccum incipit *via Semigallorum*, & deinde hoc eſt de principio vie menſuretur directa linea usque in *fluvium Semi gallorum*, ubi vicinius adiacet ipſum flumen Semigallorum, que linea per medium diuidatur & in media linea incipiat deſcendendo diuiſio ipſius merice usque ad aquam, ita quod terminus inferior ſit in ipſo littore recto in eo loco, qui eſt medius inter os Pele, que iuxta miricam intrat dunam, & os fluminis Semigallorum, ubi intrat in mare, ita quod menſuratio ſpatii inferioris, quod per medium diuidi debet, ut iam dictum eſt, ſcilicet ab ore Pele ad os fluminis Semigallorum, non fiat per mericam, ſed circumeundo per littora maris & Dune & ſic quicquid adiacet fluuio Semigallorum & quicquid eſt extra terminos ſupradictos, in parte ciuium cedat. Quicquid autem concluditur infra terminos ſupradictos & in Dunam ſit libera poſſeſſio monachorum. Inſula quoque que dicitur *Rameſholm* dictis fratribus libera relinquatur. Paſcua autem non liceat ciuibus habere intra terminos monachorum, nec monachis in terminis laicorum. Ligna vero cedere utriſque liceat in terminis utrorumque, preter quercus, que ſalue monachis reſeruentur. Hęc ergo de voluntate Domini *Wilhelmi* Mutinenſis Epiſcopi Apoſtolice ſedis legati Domini *Alberti* Epiſcopi *Johannis* prepoſiti & *Volquini* Magiſtri fratrum Militie & partium conceſſu concordi voluntate ſtatuimus, ſicut ipſorum teſtatur appenſio ſigillorum. Actum in *Riga* Anno incarnationis dominice M.CC.XXVI. XVI Kal. Aprilis.

In tergo.

Copia arbitrorum ſententiæ, ratione marchiæ, inter civitatem Rigenſem & fratres Monaſterii Dunamundenſis.

Communitatis Rigenſis cum Curonibus nomen fidem Chriſto dantibus inita Concordia, qva hi de ſingulis uncis annuatim dimidium nauale talentum Siliginis, & de Erpica vulgo *Egede*, tantum, ut & Sacerdotibus victum dare promittunt.

1230.

Conuentus Sancte *Marie* in *Riga* Fratres militie Criſti, Rathmanni, ceterique burgenſes *Rigenſes*, uniuerſis Criſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in vero ſalutari. Notum ſit omnibus, futuris & preſentibus, quod cum *Curonibus* de locis, quorum hec ſunt nomina, *Rende*, *Walegalle*, *Pidewale*, *Matkule*, *Wane*, *Pure*, *Ugeſſe*, *Candowe*, *Anſes*, talem fecimus compoſitionem, cum ſe offerent ad ſubeundum iugum Criſtianitatis, quod videlicet ipſi & eorum ſucceſſores de quolibet unco ſoluerent nobis annuatim dimidium nauale Talentum ſilliginis, & de *erpica*, que vulgari noſtro *Egede* dicitur, ſoluent ſimiliter dimidium Talentum ſiliginis. Si vero aliquis uno equo laborat in unco & erpica, non ſoluet niſi tantum dimidium talentum ſiliginis. Inſuper ſacerdotibus ſuis, quos de Riga aduocabunt, quanto citius poterunt, absque periculo, neceſſaria vite perſoluent, & ab eis obedienter baptiſmum recipient & legem Criſtianam, ſaluis ſibi poſſeſſionibus & proprietatibus agrorum, ceterarumque rerum, ſine contradictione cuiuslibet poteſtatis. Preterea idem Curones nobiscum impugnabunt inimicos Criſti. Ne ergo que geſta ſunt a nobis, proceſſu temporis euaneſcant & in irritum deducantur, niſi forte Curones infregerint rebellando Criſtianis, firmandam duximus & obſeruandam, unde & litteris noſtris ea perhennari fecimus ac ſigillis noſtris roborari, ſubarratis teſtibus, quorum hec ſunt nomina, *Mauritius* Prior Sancte *Marie* in *Riga*, *Hedewicus* Celerarius, *Heinricus* Camerarius, *Volcwinus* Magiſter militie fratrum, *Rutolfus* de *Caſſele*, *Gerefridus Writic*, *Mariewardus* de *Schuringia* fratres eiusdem militie, de Rathmannis, *Wernerus*, *Thidericus* de *Wenden*, *Albertus Utnording*, *Woldericus*, Peregrini, *Juſtacius* de *Dut*, *Alexander* de *Vechte*, *Thomas* de *Hoenfelde*, *Todo* de *Trauenemunde*, Burgenſes Lubecenſes, *Mariewardus* de *Hagen*,

gum, *Sifridus* de *Hoſenberge*, *Heinricus* Clenebir; & alii quam plures. Actum publice in Riga Anno Dominice Incarnationis M.C.XXX.

3 Sig. infra pendebant.

ERICI Regis Privilegia Suſatienſibus data.

Ex Autographo membran. Archivi Regii. Apogr. Chartac. No.

1232.

IN NOMINE SCE ET INDIUIDUE TRINITATIS. ERICUS Dei gratia Danorum Slauorumque Rex. Uniuerſis Xpi fidelibus imperpetuum utriuſque vite Salutem. Ea que tam per nos quam per illuſtrem Regem Danorum Waldemarum Karum patrem noſtrum liberaliter & benigne geſta cognouimus. dignum duximus ueritatis teſtimonio roborare. Proinde preſentibus & futuris preſentium duximus auctoritate ſignificandum. quod nos nuper liberale factum patris noſtri dudum precedens principaliter indultum Ciuium Suſatienſium deuotis ſupplicationibus inclinati: eandem gratiam & libertatem a prefato patre noſtro iam dictis Suſatienſibus indultam de pia liberalitate noſtra conceſſimus & indulſimus eiſdem perpetuo perfruendam. Talem uidelicet, quod ubicunque infra terminos regni noſtri periculum naufragii forſan inciderint: omnia quecunque de ſuis facultatibus liberare ualuerint ad terram a periculo maris ea proprijs laboribus & expenſis educendo: cuiuſlibet impedimentj uel contradictionis obſtaculo ceſſante. ſibi ſalua remaneant & integra, propriis uſibus diſponenda. Preterea conceſſimus & indulſimus eiſdem. quod ſi fortaſſe quenquam Ciuium Suſatiensium in terminis regni noſtri mori contigerit bona ipſius apud aliquem honeſtum depoſita per annum & diem fideliter reſeruentur. difficultate qualibet & contradictione remota. ſuis heredibus jntegraliter aſſignanda. dummodo contigerit ipſos infra predictum terminum ſuperuenire. Inſuper de gratia noſtra conceſſimus & indulſimus eiſdem Suſatienſibus ut in regni noſtri terminis in omnibus rebus ſuis & agendis eodem iure eadem gratia & libertate plene perfruantur & gaudeant, quam memoratus pater noſter, noſtrique

predeceſſores. Ciuibus colonienſibus ex Regali liberalitate dinoſcuntur indulſiſſe ac priuilegio ſuo confirmaſſe. Nos igitur tam preſens factum noſtrum. quam kariſſimj patris noſtri. noſtrorumque predeceſſorum. in omnibus predictis ratum habere uolentes & perpetuum firmitatis robur obtinere cupientes preſentem paginam ſuper eo conſcriptam ſigillj noſtri fecimus impreſſione muniri. Quod ſi quiſquam hominum auſu temerario aliquatenus econtra uenire uel attemptare preſumpſerit. Regie Maieſtatis offenſam ſe procul dubio nouerit incurſurum. & a gratia noſtra penitus alienum. Acta ſunt hec Anno dominice jncarnationis. M.CC.XXXII.

Sigillum ceræ coloribus rubro alboque mixtæ impreſſum corda ſericea flavi albiqve coloris appendet.

ERICI Regis teſtimonium ſe anno 1314. Vidiſſe

1) *WALDEMARI I.* Compoſitionem initam cum Ordine Teutonico & eiusdem Magiſtro Hermanno 1238 die 7 Junii.

2) *Abelis* Regis Litteras vid. infra ad Anno 1251.

transcriptas per *Johannem* Archiepiſcopum Rigenſem aliosqve ordinis eccleſiaſtici Prælatos.

Ex Autographo Chartae deſumpto ex Autogr. Archivi Collegii Antiquitat. Stockholmienſis.

1238.

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus *ERICUS* Dei gracia Danorum Sclauorumque Rex, Dux eſtonie. Salutem in Domino ſempiternam. Nouerint uniuerſi, nos litteras venerabilium patrum, Dominorum *Johannis* Rigenſis Archiepiſcopi, Fratris *Henrici* Reualienſis Epiſcopi, & diſcretorum virorum *Johannis* prepoſiti eccleſie Rigenſis, Fratris *Henrici* abbatis fratrum ordinis Ciſtercienſis de *Dynemunde*, Fratris *Ade* prioris ordinis fratrum predicatorum de *Riga*, & fratris *W.* Gardini ordinis fratrum minorum ibidem vidiſſe, proteſtancium & teſtificancium, ſe vidiſſe litteras illuſtrium principum, progenitorum noſtrorum, *WALDEMARI* & *ABELIS*, Regum bone

ne memorie, non raſas, non cancellatas, nec in aliqua parte ſui viciatas, tenores qui ſequuntur continentes.

In nomine domini noſtri Iheſu Criſti. Anno domini milleſimo. CC. triceſimo octauo. ſeptimo idus Junii. In preſencia Dominorum, Regis Dacie *Waldemari*, Regis *Erici*, Ducis *Abel* & *Criſtophori*, filiorum dicti Domini Regis *Waldemari*. Item domini *Vffonis* Archiepiſcopi Lundenſis, Domini *Wilhelmi* quondam Mutinenſis Epiſcopi, penitenciarii domini pape, apoſtolice ſedis legati. Item domini *Petri* Aruſienſis Epiſcopi, Domini *Nycholai* Roſkyldenſis Epiſcopi, & domini *Johannis* Epiſcopi Burglanenſis. Item fratrum predicatorum *Johannis*, *Amfridi*, *Bonini*, & fratrum minorum, *Reynhardi*, & *Alberti*. Item dominorum Comitis *Alberti*, & Comitis *Erneſti*, & domini *Hermanni* preceptoris in Liuonia & Prucia, fratrum domus Theutonice hoſpitalis ſancte *Marie* Jeroſolimitani, Item meliorum regni Dacie, quorum omnium voluntate, conſilio & conſenſu, peracta ſunt omnia infra ſcripta. Cum per dominum apoſtolicum per conſilium omnium Cardinalium habita diligenti inquiſicione & veritate cognita manifeſte, adiudicata fuiſſet municio & ciuitas Reualienſis & ipſa *Renalin* & *Gierwia* & *Wironia* & *Hargia*, que omnia ſunt in *Eſtonia*, Domino Regi Dacie, & iam per biennium fuiſſet dilata exſecucio ſentencie, propter quod paratus erat predictus Rex cum nauibus & multitudine exercitus ſui aliquid attemptare de facto, quod credebatur eſſe in dampnacionem multarum animarum & ſcandalum plurimorum. Accedentes ad caſtrum predicti Regis dicti legatus & preceptor, infraſcriptam concordiam inierunt cum ipſo Rege, & datis dextris, omnia infra ſcripta inplere & obſeruare ad inuicem inuiolabiliter promiſerunt. Promiſit enim firmiter dictus preceptor pro ſe & ſuis ſucceſſoribus preceptoribus & fratribus dicto Regi & ſucceſſoribus eius ſuper terris, *Reualia*, *Gierwia*, *Hargia* & *Wironia*; que ei a domino apoſtolico ſunt adiudicate, vel ſuper hiis, quas a paganis eſt acquiſiturus, nec conſilio nec auxilio unquam erunt contrarii aut rebelles, ſed ei & ſucceſſoribus ſuis in Dacia exiſtentibus in hiis acquirendis poſſidendis & retinendis in expenſis ipſorum bona fide aſſiſtant, in quantum ipſorum ordo permittit. Ita tamen ut ſine

icencia & mandato domini apoſtolici contra Criſtianos gladio materiali non pugnabunt. Verſa vice & eodem modo Dominus Rex dicto preceptori & fratribus predictis ſalua reuerencia domini pape predicta omnia repromiſit. Hoc adiecto, quod de terris acquirendis a paganis communibus expenſis Regis & fratrum optineat Rex duas partes & fratres terciam, cum omni iure & commodo temporali. Item promiſit dictus preceptor bona fide pro ſe & fratribus ſuis, quod caſtrum *Revalie* cum terris adiacentibus, quas ipſi tenent, cum municionibus ſuis ſaluis & integris, deductis tamen armis ipſorum, victualibus, ſuppellectilibus, & utenſilibus, dicto Regi vel nunciis ſuis absque difficultate & periculo ipſorum reſtituent & committant. Item Dominus Rex, ut ipſe & ſucceſſores ſui in orationibus dictorum fratrum tanto propenſius habeantur commendati, ob ſalutem anime ſue quandam terram, que dicitur Gierwen, dictis fratribus donauit ac dimiſit perpetuo cum omni iure & commodo temporali poſſidendam. Tali condicione interpoſita, vt dicti fratres ſine conſenſu Domini Regis & ſucceſſorum ſuorum nullam in ea facient municionem, in qua terra dictus Archiepiſcopus cum conſenſu capituli ſui dictis fratribus ad conſilium & inductionem dicti legati ſpiritualia dimiſit, prout ab Epiſcopis eſtonie ſpiritualia habere dinoſcuntur. Promiſit etiam Dominus Rex memoratus fratribus ſepedictis, quod ipſis in omnibus factis eorum iuſtis ac licitis fauorabilis erit & benignus, & quod ipſos nec vi nec iudicio moleſtabit ſuper terris ab Epiſcopis eis datis, & quod in terris *Oſilie* & maritime nullam violenciam faciat aut grauamen. Preterea ut inter dictum Dominum Regem & fratres memoratos ſtabilis ſit concordia & firma compoſicio ab omnibus queſtionibus, que poſſunt moueri ſuper dampnis & iniuriis hinc inde hactenus illatis & cauſis aliis tam dicti fratres & coadiutores ipſorum, qui tunc ſub eorum vexillo fuerunt, quum dictus Rex ſeſe mutuo abſoluerunt, & pro omnibus ſupradictis bona fide integra obſeruandis ambe partes excommunicacioni domini pape & legati & Epiſcoporum Eſtonie & Liuonie ſe ſpontanee ſubiecerunt. Inſuper dominus Archiepiſcopus Lundenſis cum conſenſu capituli ſui & dictus legatus pro bono pacis omnia que receperunt iam dicti fratres hactenus in dictis terris ſiue de decimis ſiue de aliis ad iura Epiſcopalia pertinentibus eis integre dimi-

miſerunt. Datum *Stenby*. Regnante domino noſtro Iheſu Criſto, cui eſt honor in ſecula ſeculorum. Amen.

Quas quidem litteras prædictorum progenitorum noſtrorum ſuis preſcriptas in omnibus & ſingulis ſuis articulis nos ratas habere volentes, ipſas tenore preſencium confirmamus, ſicque omnis rancorum & inimiciarum materia qua contra premiſſos magiſtrum ſeu preceptorem & fratres ſuos de Liuonia hactenus mouebamur debet eſſe ſopita & ſedata & ad indicium amicicie ipſos in omnibus cauſis eorum iuſtis ac licitis volumus promouere. Quod nobis tenebuntur facere vice verſa, tali condicione ſi litere progenitorum noſtrorum dominorum Regum Dacie ſupradicte ſub veris ipſorum ſigillis appareant & ſecundum tenorem ſupradictum originaliter ſint confecte. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum & ſigilla venerabilium patrum, dominorum, *Petri* Orthonienſis, *Johannis* Ripenſis Epiſcoporum, *Criſtophori* fratris noſtri kariſſimi Ducis *Hallandie & Samſoe*, *Henriti* domini Magnopolenſis, ac *Nicholai Oleſſen* dapiferi noſtri, preſentibus duximus apponenda. Datum in villa *Koldynghe* anno domini Milleſimo Trecentesimo quarto decimo, die beatorum martirum Viti & Modeſti, in preſencia noſtra.

Sex Sigilla abſunt omnia

in tergo:

Ene Vrede breff tuſchen Konyng Erike unde den Orden dair inne he beſtediget dat Lant Gerwen dem Orden gegeuen van ſynen Voervaders.

INNO-

INNOCENTII IV. Confirmatio Compositionis inter Regem Daciæ & Ordines Livoniæ super *Revalia*, *Vironia*, *Harria* & *Gervia*.

1243. die 24 Septembris.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis, Præceptori & fratribus hospitalis Sanctæ *MARIÆ* Theutonicorum in *Livonia*, salutem & Apostolicam benedictionem. Ea quæ iudicio vel concordia terminantur firma debent & illibata persistere, & ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur Apostolico convenit præsidio communiri. Exhibita siqvidem nobis vestra petitio continebat, qvod cum inter vos ex parte una & charissimum in Christo filium nostrum Regem Daciæ illustrem ex alia super *Revalia*, *Gervia*, *Vironia*, *Aria*, & rebus aliis quæstio exorta fuisset, tandem mediantibus venerabili fratre nostro Episcopo qvondam Mutinentium, Poenitentiario nostro, Apostolicæ sedis legato, & aliis bonis viris, inter partes amicabilis compositio intervenit, quam Apostolico petivistis munimine roborari. Nos igitur vestris iustis precibus inclinati, compositionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est, & ab utraque parte sponte recepta & hactenus pacifice observata, nec non in literis super hoc confectis plenius dicitur contineri, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Anagnie* VIII Kalend. Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

Wyzlavi utriusqve & *Jamborii* Principum Rugiæ Litteræ, qvibus Monasterio Bergensi in Rugia *Roskildensi* dyoceseos Jurisdictionem, super omnem suam familiam, tam altam qvam bassam perpetuis temporibus donarunt.

1246.

Wyzlaus Dei gratia princeps *Ruganorum* nec non *Wyzlaus* & *Jamborus* eadem gracia principes iuniores eorundem omnibus Christi fi-

de-

delibus presencia visuris in perpetuum. Literarum & testium munimento solent perhennari principum gesta ut robur perpetue stabilitatis optineant & nasciture posteritatis memoriam valeant adipisci. quocirca discat reuerenda nacio presencium & noscat felix successio futurorum quod nos de assensu nostro unanimi ac fidelium nostrorum eciam acquisito consilio ob honorem Dei omnipotentis & matris eius *Marie* virginis intemerate quorum pluries temere offendimus maiestatem ut eisdem aliquatenus pro nobis faciamus satisfactionem & propter animarum nostrarum predecessorum nec non successorum nostrorum omnium remedium promerendum piis progenitorum nostrorum vestigiis volentes salubriter inherere donauimus monasterio in montibus in *Ruga* situato cysterciensis ordinis *Roskildensis* dyocesis & sanctimonialibus ibidem Deo die noctuque iugiter famulantibus in omnibus bonis suis ubicunque locorum in dominio & principatu nostro sitis omne iudicium tam maius quam minus in omni causa quod ad nos spectabat quod consistere dinoscitur in sentencia capitali sine impedimento quolibet aduocatorum nostrorum & perturbatione qualibet exclusa perpetuis temporibus sine violacione aliqua irreuocabiliter possidendum decernentes irritum & inane si secus quippiam in huius donacionis nostre liberaliter facte libertatem ab ullo quoque hominum fuerit attemptatum presentibus ad utilitatem commodum & profectum monasterii predicti iuxta tenorem iudicii prescriptorum perpetuo duraturis. In cuius rei memoriam sempiternam ne super isto facto dubitari possit sigilla nostra ad cautelam presentibus duximus apponenda Testes qui aderant hii sunt Dnus noster *Gottfried* Episcopus Zwerinensis *Arnoldus* Abbas noui campi prepositus *Nycolaus* de montibus domini clerici. Dn. *Reynfridus* de penitz. *Johannes Mörder*. *Hinricus* & *Bartoldus* de *Ost* fratres, marscalci nostri. *Hermannus Mezekow*. *Nycolaus* de *Kalant*. *Lodevicus Kabolt*. *Matheus Moltke*. *Conradus Dotenberch*. *Johannes Wakenstede* Dni milites & quamplurimi nichilominus fide digni. Datum in nouo campo per manus Dni *Johannis* sacerdotis plebani ecclesie in *Stekeborch* de sale nuncupati curie nostre capellani & prothonotarii. Anno dnice incarnationis M.CC.XL. sexto, in die Tiburcii & Valeriani martirum beatorum.

ERICI Regis Littera, qvels Civibus de Riga confirmat Privilegia a *WALDEMARO* II. data, Jusque *Lubicensi* concedit.

1248. die 15 Maii.

ERICUS Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex ac *Estonie* (absit *Dux* s. *Dominus*) omnibus hoc scriptum cernentibus in Domino salutem. Libertates ciuibus nostris de *Revalia* indultas a Domino Rege *WOLDEMARO*, tenore presentium confirmantes, remittimus ipsis omnia iura, que habent ciues Lubecenses. Et quia semper fuerunt liberi a telonio, inhibemus omnibus obtentu gratie nostre, ne super thelonio per aliquem molestentur. Ceterum volumus, vt, si aliquis alium intra terminos ciuitatis vulneraverit, super hoc secundum consilium consulum ciuitatis ac hominum nostrorum extenderur: in cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus literis duximus apponendum. Datum *Worthingborgh*, Anno Domini M.CC. XLVIII. Idus May. teste Domino . . . .

ABELIS Regis Litteræ qvels Magistro *Andreæ* & Ordini Teutonicorum in Livonia jus omne in *Germiam* cedit.

1251. die 8 Augusti.

ABEL Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex. dux Jutie. omnibus in perpetuum cum regalis clementie solita deposcat benignitas & rationi consentanea requirat equitas pro pietate pietatem rependere, nos certis experimentis fidelitatem Magistri *Andree* fratrumque domus Theutonicorum fauctc *Marie* in *Livonia* & *Estonia* circa nos firmissimam comprobantes & versa vice cum eis stabilem concordiam & inuiolabilem amicitiam obseruare volentes ne omnis controuersie materia penitus amputetur & cultus cristiane religionis per uniformitatem concordie tanto magis ampli tur, ad honorem domini nostri Ihesu Cristi & ob salutem anime nostre libera voluntate & deliberato consilio plene ac plane renunciamus omni iuri quod habere videbamur contra Magistrum & fratres memoratos ecclesiamus ab omni impetitione terrarum, videlicet *Gerwie* quam predilectus pater noster *Waldema-*

rus

rus Rex felicis recordationis ſepedictis fratribus in remiſſionem peccatorum ſuorum, & anteceſſorum nec non & ſucceſſorum ſalutem donauerat prout in priuilegio ipſius ſuper hoc confecto plenius continetur. *Alenpoys. Normecunde. Moche. Weigele.* ſuper quibus etiam predictus pater noſter *W.* duabus vicibus tertiam poſtmodum frater noſter Rex *ERICUS* bone memorie citationem domini Pape preter voluntatem noſtram procurauerant contra fratres predictos. ipſos laboribus & expenſis non modicis graniter fatigando. Volumus itaque prefatos fratres terris prenominatis ſine ulla queſtione perfrui libere & quiete, ita quod nec a nobis nec a ſucceſſoribus noſtris vi aut iudicio vel ullo prorſus grauamine ſuper eisdem de cetero moleſtentur, ut eorum orationibus commendati eo propenſius habeamur. Preterea cupimus omnes conditiones inter ſepedictum patrem noſtrum *W.* & eosdem fratres, prout apparet in priuilegio ipſius appoſitas etiam inter nos & ipſos fideliter obſeruari. Ne igitur hoc factum noſtrum ab aliquo ſucceſſorum noſtrorum valeat in poſterum irritari preſentem paginam ſigillo noſtro cum ſigillis infra ſcriptorum fecimus communiri. Dominorum *Uffonis* Archiepiſcopi Lundenſis, Swetie Primatis. *Eſchilli* Sleſwicenſis *Jacobi* Roſkildenſis. *Eſgeri* Ripenſis. *Jacobi* Otonienſis, Epiſcoporum. Dominorum Comitum. *Erneſti* de *Gliggen. Johannis* & *Gerhardi* de *Holtzaſia. Gerberte* de *Stoltenbroc.* Militum. *Tuconis Boſt* Camerarii noſtri. *Andree* filii *Petri. Johannis* filii *Nicolai. Saxonis. Petri Fius.* Datum *Nuborch* Anno Domini. M,CC.LI. ſexto Idus Auguſti.

Sigilla 14. adpendent fere omnia integra, nec plurium adparent veſtigia, licet 17. ſubſcribentium nomina habeantur.

in tergo:

Confirmacio regis Abel ſuper terris Jerwen M. oche &c.

alia manu:

Koninck Abel to Dennemarken boſtediget dem Orden de Lande Jerven Alenpoys, Normecunde Moche und Waxgele, de ſin Vader Woldemar gegeven M,IIc.LI.

Thorkilli Ediſcopi Revalienſis Compoſitio inita cum fratribus ordinis Teutonici ſuper Decimis in Gervia.

1253. die 23 Septembris.

Thorkillus Dei gracia Revalienſis Epiſcopus uniuerſis Criſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit ſalutem in omnium ſaluatore. Quoniam eercior haberur rerum geſtarum cognicio, ſi ſcripturarum teſtimonio receperit firmamentum. Tenore preſencium conſtare volumus uniuerſis quod poſt multas ammonitiones & querimonias quas cum fratribus militie habuimus ſuper decimis *Gerwie* tandem laboribus eorum & expenſis & variis diſcriminibus tam corporum quam rerum quibus frequenter ſubiacent miſericorditer condeſcendentes compoſicionem quam nobiſcum inierunt ſub hac forma acceptamus. omnes preteritas iniurias & querelas penitus remittentes. ſaluo tamen iure ſynodalium procuracionum & aliis que nobis competunt ex racione. ſaluis etiam libertatibus domus fratrum predictorum aſſignauerunt nobis ipſi fratres pro dictis decimis villas ſubſcriptas, ſcilicet *Wawe. Lauthe. Kappeliz. Karuwenkawe. Pueme.* cum omnibus pertinenciis ſuis, agris, pratis, aquis, ſiluis, paſcuis, & in *Jerwenſele* XX. uncos cum omnibus pertinentiis ſuis, cum omni iure & libertatibus, quibus antea fruebantur libere. edictione expeditionum nobis relicta. tradentes nobis corporalem poſſeſſionem & plenum dominium poſſidendi retinendi. commutandi. vendendi pro noſtre arbitrio voluntatis In cuius rei teſtimonium preſentem paginam ſuper hiis conſcriptam ſigilli noſtri ſpecimine duximus roborandam. Acta ſunt hec in *Ampele*, preſentibus fratre *Drullo* ordinis Cyſtercienſis, Domino *Wixberto* de *Revalia*. Domino *Heinrico* de *Weiſenberg*. Domino *Hermanno* de *Tereueſteuere*, ſacerdotibus, Domino *Amelungo* de *Ampele*, Domino *Friderico* de *Keiningen*, Domino *Luthero* de *Embere* ſacerdotibus in *Gerwia*. Fratribus militie fratre *Criſtiano* ſacerdote, fratre *Heinrico Holtzato*, fratre *Heinrico Swevo*, *Mathia Ryſebit*, & quampluribus aliis Datum anno domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tercio. nono Kalendas octobris.

Sigillum fere integrum ex cera alba filis ſericeis rubri & viridis coloris adpender.

CRI

CRISTOPHORI Regis Confirmatio *Juris Lubicenſis* a Civibus de Riga ſolummodo adhibendi.

1255. die 16 Auguſti.

CRISTOPHORUS Dei gracia Danorum Sclauorumque Rex. Omnibus hoc ſcriptum cernentibus ſalutem & dilectionem! Nouerint uniuerſi, quod cum conſilio meliorum regni noſtri, ciuitatem noſtram in *Revalia* cum *Jure Lubecenſi* decreuimus conſtruendam. Quocirca noſſe volumus omnes, ad quos preſentes peruenerint litere, quod omnibus in memorata ciuitate edificantibus & habitantibus iura ciuitatis *Lubecenſis* cum augmento totius iuſtitie ac pacis conceſſerimus in perpetuum ac inuiolabiliter obſeruanda. In cuius facti euidens & ſtabile teſtimonium preſentes literas ſigilli noſtri patrocinio duximus roborandas. Datum *Siobyrgh* anno Domini M.CC.LV. Kalend. Septembr. XVII.

CRISTOPHORI Regis Litteræ, qvæs Cives de *Riga* iure Lubicenſi tam in cauſis eccleſiaſticis qvam civilibus uti iubet.

1257. die 1 Octobris.

CRISTOPHORUS Dei gracia Danorum Sclauorumque Rex. Omnibus in *Revalia* conſtitutis ſalutem & gratiam. Conſtare volumus uniuerſitati veſtre, quod nos easdem leges, quas habent ciues *Lubecenſes* tam in temporalibus quam ſpiritualibus, cum conſenſu Domini *Thorkilli* venerabilis patris Epiſcopi veſtri, vobis dimiſerimus in perpetuum conſeruandas, ſecundum quod in preſenti libello pleniùs & expreſſius continetur. Cui etiam ſigillum noſtrum appoſuimus teſtimonium ſufficiens & cautelam. Actum *Ripis* anno ab incarnatione Domini M.CC.LVII. Kalend. Octobris.

Henrici de *Appenhusen* Commendatoris *Revaliæ* teſtimonium de anno 1276. ſe vidiſſe, *Saxonis* Capitanei Regii & Judicis Revaliæ Sententiam, qva lis inter Abbatem de *Dunamunde* & homines ipſorum de *Padis* ex parte una, & *Henricum* de *Kiwele* & incolas de *Athen* parte ex altera ſuper iure piſcandi in rivulo præter *Athen* fluente, orta deciditur.

Ex Apographo Chartaceo, deſumto ex Collect. Livonic. vonder Hardt, pag. 266.

1257.

Vniverſis præſentia viſuris ſeu audituris Nos Frater *Henricus* de *Appenhus* Commendator *Revaliæ*, in eo qui ex nihilo condidit univerſa. Cognoſcant ſinguli præſentes & futuri, nos una cum *Oddardo* de *Kehle* iudice Vaſallorum per *Harriam* aſſeſſore neſtro vidiſſe audiviſſe ac integre examinaſſe qvandam literam domini *Saxonis* militis Capitanei domini *Regis Daciæ* ac iudicis *Revaliæ*, cum eius vero ſigillo una cum duobus ſigillis ſuorum teſtium ſigillatam, non viciatam non cancellatam, nec in aliqua parte ſuſpectam, ſed omni vitio & ſuſpicione carentem, cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur in hunc modum.

Vniverſis Chriſti fidelibus ad quarum notitiam præſens ſcriptum pervenerit, Dominus S. Capitaneus Domini Regis & iudex in *Revalia* ſalutem & pacem in domino Jeſu Chriſto. Fatalis eſt caſus hominum & labilis eſt memoria hominum viventium, nam omnia quæ aguntur in tempore, cum tempore labuntur, niſi ſint viva voce & ſcripturarum teſtimonio roborata. Hinc eſt, quod omnes vos ſcire volumus, quod cauſa quæ vertebatur inter Dominum Abbatem & Conventum de *Dunamunde* & homines ipſorum, qvi morantur in *Padis*, ex parte una, & *Henricum* de *Kewele* & habitatores villæ qvæ vocatur *Athen* ex parte altera, ſuper piſcaria & rebus aliis de conſenſu partium tali modo deciſa finem accepit Fratres de *Dunamunde* & homines ipſorum, qui morantur in *Padis* a parvo rivulo, qui fluit de palude in rivum, qui tranſit iuxta *Athen* usque ad eum locum, ubi idem rivus decurrit in mare in terris ſuis a ripa iam dicti fluminis contra medium ad meſuram unius cubiti qui vulgo filum vocatur, quod

quod ſcilicet filum ibidem in arbore exciſum habetur piſcandi & gurguſtia faciendi liberam ex una parte habebunt facultatem, ſecundam vero illi de Alten eundem medium ex altera parte tenebunt. Ita tamen quod neutra pars in gurguſtiis ſuis lapideis ut aliqua ſerie lignorum navicule debent tranſire ita intercludat. Præterea nec illis nec illis fuſſatos unum ſuper eundem lacum, piſcari in gurguſtiis facere non perhibentur. Ceterum v. lignorum ſecationem, animalium venationem, arborum mellifcarum exſtructionem. Item ineiſionem omnium rerum communionem Fratres de *Dunamunde* & homines eorum, qui mercantur in *Padis* cum illis de *Alten* ex utraque parte fluuium libere poſſidebunt, excepto quod illi de *Alten* ex utraque parte iam ſecundum fluminis pratum unum ſpecialiter habere permittitur. Ordinata ſunt hæc coram vaſallis domini Regis in *Revalia* anno Domini M.CC.LVII. 3. die beati *Vitalis* martyris. Teſtes interfuerunt Dominus *L. Balliſo*, *Theod.* de *Kiwele Eqitr*, *Joh.* de *Holtele*, *Wilhelmus* de *Brema*, milites Reval. *Johannes* gen. Domini *Saxonis*, *Robbekinus* de *Stargardia*, *Johannes* de *Thoreidia*, *Albertus Willekinus*, *Johannes* Prior de *Dunamunde*, Frater *God.* Frater *Sigmundus* & Dominus *Woſgehne* miles & alii quamplures. In quorum teſtimonium & certitudinem firmiorem præſentem paginam per Notar. publ. infra ſcriptum ſcribi & publicari mandavimus & ſigillo noſtro una cum ſigillo *Odoardi* de *Kele* ſupradicti fecimus appenſione communiri. Datum & actum in minori caſtro *Revalienſi* anno Domini M.CC.LXXVI. ipſo die beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, præſentibus quamplurimis fide dignis & multitudine copioſa.

Et ego *Dethbernus Heuenſtrid* clericus Schleſwicenſis Dioceſis publicus imperiali authoritate Notarius huius literæ veritatem & examinationem præſens interfui, dum omnia & ſingula ſupradicta ſic agerentur, eamque in hanc publicam formam redegi ſigno meo ſolito & conſueto ſignavi rogatus in teſtimonium præmiſſorum.

Jacobi Archiepiſcopi Lundenſis Teſtimonium ſe vidiſſe Acta donationis clauſtri monialium Stæ Claræ Roſkildenſis. vid. pag. 217.

Ex autographo membran. Faſcic. LI. No. 29.

1259.

Omnibus preſentes literas inſpecturis *Jacobus* dej gratia Lundenſis Archiepiſcopus, Suecie Primas, Salutem in domino. Notum nobis facimus nos tenorem originalis inſtrumentj. donationis infra ſcripte, pia liberalitate a bone memorie domina *Ingerth* dilecta conſanguinea noſtra, quondam comitiſſa de *Regynſten* clauſtro ſororum ordinis ſanctj *Damianj Roskildis* Reclusarum aſſignate, cui nos ſubſcripſimus & sigillum noſtrum apponi fecimus, preſentibus uerbo ad uerbum inſeruiſſe. Qui talis eſt.

CRISTOPHORUS dei gratia Danorum Slauorumque Rex. &c
Vid. ſupra pag. 217.

Quia igitur originale predictum ſine periculo de loco ad locum tranſferri non poteſt, ne super premiſſis aliqua poſſit dubitacio ſuborirj Data Lundis. Anno Dominj. M.CC.LIX. in craſtino ſancti Laurencij Martiris.

Sigillum, qvod corda ſericea rubri albiqve coloris appenderat, deeſt.

INDEX

DIPLOMATARII ARNA-MAGNÆANI CHRONOLOGICO-CRITICUS.

1085. CANUTI IV. Litteræ dotationis eccleſiæ Sti Laurentii Lundenſis. Actum Lunde. XII. Kalend. Junii, Indict. IX. (*). Incarnationis Dominicæ MLXXXV. Regni anno V. (**). P. I.

(*) Si hic *Incarnationis* eadem ac in papalibus bullis eſſet vis ac notio, noſtris majoribus ordiendus eſſet Annus a die VIII Kal. Martii Annuntiatione Deiparæ facta claro, vid. Raynaldi Annal. Eccleſiaſt. T. XIII. p. 112. Ut vero noſtri majores exſtirpata gentilismi ſuperſtitione annum cum die XXV Decembris novum incoarunt, illic conceptionem eſſe, qvæ nobis eſt *Nativitas*, luculenter patet. Hoc modo ſe rem habere faſti veteres loqvuntur. Qvos ſi temporibus iſtis recentiores multum eſſe non absqve jure eruditi poſtulent, erint nobis litteræ, qvibus id probetur. Privilegium WALDEMARI pag. 226 Februarium *ſecundum menſem Anni Incarnationis dominicæ* vocat; et ſexcentæ reperiuntur, qvibus anni *Incarnationis*, *Nativitatis*, et utraqve ſubintellecta, *domini*, pag. 45. p. 14. etc. voces ſunt homonymicæ eadem temporis momento. Aliter credere diſſvadet et civilis rerum ordo, et ad noſtrum conſervatus ævum communis loqvendi uſus. Annum vero incepiſſe prima die Natalitiorum ex coronatione CHRISTOPHORI Bavari Ripis peracta et

lato de decimis poſt edicto conſtat. vid. Hvitfeld. p. 658. conf. Epitaph. *Thorberni Bilde* mortui die 27 Decembris 1553, ſepulti die S. Agnetis o: 21 Jan. eodem Anno. *Hvitf.* in vita Chriſtiani III. p. 193. De more et modo veterum in orbe noſtro tempus dividendi præter *Arium* in Schedis et *Snorronem*, varii ſcripſerunt. vid. Rymbeiglæ incertus Author, et huic iunctus *Sciornu Oddi* Havn. 1780. *Ol. Worm* Faſti Danici. Havn. 1642. Joh. *Gam* de initio anni apud Veteres ad *Arii* Schedas Hafn. 1733. J. *Loccenii* Antiqvitates Sviogothicæ Libr. I. Cap. IV. J. *Scheferi* Upſalia. Upſaliæ 1666. p. 292. Il. Vol. *Göranſon* de anni initio apud Veteres Sviogothos. Upſ. 1741. Gerh. *Schönning* Programmata de Anni apud veteres computandi ratione Sotæ. — Solis in Septentrione occidui reditus ibid. Dalin Geſchichte von Schweden. T. I. p. 67. 125. 136. 281 etc. S. *Lagerbring* Sweariker hiſtoria. T. I. p. 454-460 etc. — Monumenta Scanica T. I. p. 82. 83. T. II. p. 77. 81. 143. J. *Ihre* Catalogus Regum Sviogothorum p. 53 55. *Mallet* Introduction a l'Hiſtoire de Dannemarc. Copenh. p. 223. J. Pet. *Reſenii* notæ ad Jus Aulicum Danicum. Havn. 1666. p. 649. Ad. Henr. *Lackmanni* de computatione Annorum per hiemes. Kiliæ 1744. P. *Vidalinus* in voce Tvimanudr o: menſis æſtatis penultimus. Mſ. Magn. *Ketilli* Epiſtola *Snorronis* ad Eruditos Septentrionis, ubi de genealogia *Dagi* ſ. Diei mythica agit. in dies edenda.

(**) Exhibetur hoc diploma a Kil. *Strobæo* inter Tria monumenta antiqva hiſtorica Lundenſia. Londin. Goth. 1734. Stobæi opuſcul. p. 54. A Guſtav. *Sommelio* in Diſſertat. hiſtorica de Templo Cathedrali Lundenſi. p. 12. Lond. Gothor. 1755. a Jac. *Langebeckio* in Script. Rer. Dantc. T. III. p. 425. Sigillum vero, qvod appendiſſe putatur attulit J. *Peringſkiöld* in *Aetzartal för Swea och Götha Konunga Hus* Stockh. 1725. conf. Zach. A. *Kiblgren* diſſert. de nummis et Sigillis Lundenſibus. Lond. Gothor. 1741. pag. 43. et J. *Laurentzenii* Deſcript. Muſei Regii. Part. II. Sect. III. No. 97. vid. Tab. I. No. I.

1107. Nicolai Regis Litteræ, in compendium redactæ, qveis eccleſiæ Scti Canuti Othinienſis qvadraginta marchas annuatim ſolvi jubet ex tributis ex Iutia. - - - - - - - P. 243.

Monaſterium Othenis Canuto Regi, protomartyri Daniæ 1086 paſſo Ericus *Bonus* exſtruere incepit, Nicolaus 1107 perfecit interceſſione *Hubaldi* Angli Fioniæ Epiſcopi, fratresqve Canutianos

tianos ex Anglia evocatos, ordine et regula Sti *Benedicti* uti juſſit vid. A. *Hvitfeld.* Dannemarkis Rigis Chronike. T. 1. p. 202. J. *Meurſii* Hiſt. Dan. Edit. Florent. 1746. p. 223. cont. p. 259. Er. *Pontoppidani* Annal. Eccleſ. Dan. Diplomat. T. 1. p. 345. Jan. *Aagaard* Hiſtorica deſcriptio Othiniæ. Pag. 24.

1107. NICOLAI Regis Litteræ in compendium redactæ, donationis ſextæ partis piſcationis in *Löneburg*, factæ (*) eccleſiæ Sanctæ MARIÆ et Martirum Sti *Albani*, CANUTIQVE. ſ. a. Pag. 243.

(*) Eccleſiis non ſemper eadem nomina manebant, qvæ cauſa eſt, cur Templum Stæ MARIÆ ab initio dicatum novo Daniæ fautori ALBANO (a) ſimul ceſſerit et tandem hujus Clienti CANUTO IV. Haud aliter Templum Roſkildenſe Sacroſanctæ Trinitatis ab initio nomine cluebat, Lucio Papæ haud longe poſt ſacratum.

(a) Vid. J. Aagaard. l. c. p. 17. 21. 22.

1117. . . . . Privilegia data eccleſiæ S. CANUTI, ejusqve fratribus Othenis (*). ſ. c. - - - - - - - - - Pag. 3.

(*) A Corn. *Hamsforto* refertur ad ann. 1117. vid Scriptores Rer. Danic. T. 1. p. 271.

1117. PASSCHALIS II. Bulla confirmatoria Monaſterii Othinienſis a NICOLAO Rege Sto CANUTO dedicati (*). ſ. a. - Pag. 244.

(*) Ad hunc annum referunt C. *Hamsfort.* l. c. et Eric. Pontoppidani Annal. Eccl. Dan. Diplom. T. 1. p 347.

1135. ERICI (*) II. Litteræ qvibus congregationi fratrum Ringſtadienſium in memoriam *Canuti* (Obotritorum Regis,) offert *Mitſommerſpield* de villa *Ringſtad*, duos manſos in *Amaca*, in *Gly*, et in *Almſtoft*, dimidietatem nemoris Ringſtadienſis et omne jus Regium, qvod in terris iisdem oblatis Regi attinuit. Acta in Eccleſia b. Mariæ coram ſacro altari Anno Dnicæ Incarnat. Mcxxxv. - - - - - - - - - - - Pag. 4.

(*) Reſpectu Patris ERICI *Boni* Secundus erat, nomine autem, Ordineqve IV. Ne vero confunderet numerus, placuit Hiſtoricis EMUNII cognomine eum inſignire, poſtqvam illi pugna Fotvicenſis 1134 die 4 Junii pugnata æternas lauros peperiſſet. Script. Rer.

Dan. T. 2. p. 382. T. III. p. 448. p. 523. T. IV. p. 253. De vocis *Emun* ambigua apud Scriptores notione vid. J. Grammii not. in Meurſium. p. 265-66. et illuſtriſſ. Dni P. Fr. Suhmii Forbedringer til den Danſke Hiſtorie. p. 182.

1135. *Eſkilli* Epiſcopi Roſkildenſis fundatio monaſterii *Neſtvedienſis* ordinis Sti *Benedicti*, ex mandato (*) *Petri Bothildis* filii, ejusqve matris et fratrum. Acta ſunt hæc Anno Dnicæ incarnationis MCXXXV. Indictione XIII. - - - - - Pag. 5.

(*) A Steph. Joh. Stephanio in notis ad Saxonem. pag. 231. Hvitfeldium ſeqvente, hic cum *Petro* Roſkildenſi Epiſcopo anno priore ad Sinum Forvicenſem cæſo perperam confunditur. vid. Script. Rer. Danic. T. IV. p. 289. conf. pag. Diplomat. 10. ubi anno 1140 cum utroqve fratre teſtis fuit.

1138. ERICI (Lam) Litteræ, qveis *Hermanno* Epiſcopo curiam *Brunbi*, molendinum in *Lugen*, et omnem juſtitiam Regalem de Juliteherret et dimidio *Smureunsherret* unacum X marchis ex *Mitſumersgeld* in *Lunda*, et villa, qvæ dicitur *Willingaroth*, qvibus uteretur, donec decenter locaretur. Acta *Lundis* in domo Archiepiſcopi (*). ſ. a. - - - - - - Pag. 7.

(*) C. Hamsforto teſte. inter Script. Rer. Danic. T. I. p. 273 et Hvitfeld. p. 103. Hæc evenerunt 1140. ſive, ut ille loqvitur anno Regni ERICI ſecundo, *Eskilli* vero Archiepiſcopatus primo. Qvam ultima hæc vera ſunt, tam a vero primum longe diſtat. Ponamus anno 1139 ERICUM *Emun* interfectum eſſe et tunc ERICUM dictum *Lam*, aut 1140, demum illi ſucceſſiſſe, ut fidem nobis faciunt Script. Rer. Dan. T. I. p 240. T. II. p. 521, conf. *Petri Olai* Annales. T. I. p. 175, at inveniemus omnes in annum 1138 conſentiſſe, qvo *Eſkillus* cathedram Lundenſem aſcendebat Script. Rer. Dan. T. I. p. 272. T. II. p. 521 612. T. IV. 225. 282. confr. T. I. p. 240. p. 175. Sed ERICUS *Emun* die 19 Octobris 1137 in comitiis ad *Ripas* ſceleſta manu *Plogii* occumbit: *Chriſtiani* Geſchichte der Herzogthümer. *Eſkillus* vero Archipræſul conſecratur, poſt diem 8 Auguſti proxime ſeqventi anno; vid Diplomatarii p. 245. qvod Manriqve ad Ann. 1157. computatione Romana indubio uſus factum eſſe narrat. Unde evidenter patet 1138 vel 1139 diplo-

diplome datum esse, qvibus æra utriusqve regiminis communis est.

1139. Innocentii II. privilegia data monesterio et Ecclesiæ Ringstadiensi. *Laterani*, Incarnationis dominicæ (*). Mcxxxviii. Kal. Marcii. - - - - - - - - - Pag. 8.

(*) sc. Computationis Romanæ. conf. Script. Rer. Dan. T. i. p. 273.

1139. *Eskilli* Archiepiscopi Lundensis privilegia in compendium redacta, monachis Sto Canuto, *Othense* militantibus data. Lundis vi Idus Augusti. Incarnat. Dnicæ Mcxxx (*ix) Indictione ii Archiepiscopatus anno i, Erici Regis ii. Pag. 245.

(*) ix vitio scribæ deesse monent allatæ temporum notæ, Indictio scilicet et regiminis utriusqve annus

1140. Erici (Lam) Privilegia data monasterio Nestvediensi. Actum et confirmat. apud *Eggeslef* Anno Domini Mcxl. Indictione iii. xii. Kal. Aprilis. - - - - - - - - - Pag. 10.

(*) Autographum in Chartophylacio Legati Magnæani olim fuit, inde vero cum cæteris Ecclesiam Nestuedensem et Monasterium *Skovkloster* dictum spectantibus, jussu illustriss. Comitis Joh. de *Holstein* Scholæ Herlovianæ Patroni illuc translatum fuit. Vid. alias Eric *Pontoppidani* Annal. Eccl. Dan. diplomat. T. i. p. 364. Joh. Ludv. *Beremb* Programma Herlovianum ad diem xxiv Jan. 1775. Sigillum Regis exhibetur. T. i. No. 2.

1141. Erici (Lam) Litteræ in compendium redactæ, qveis monachis de *Othense* deo famulantibus, concedit annuatim xxx marchas de Insula *Sild*. *Othensi* Mcxli. vii Idus Decemb. Pag. 246.

1142. . . . . Litteræ in compendium redactæ, qveis (*) *Livonem* præpositum monet, servare pactum auctoritate regia initum inter Ecclesiam Sti *Albani* et Monachos Sti *Canuti*, secundum qvod dicti fratres pro jure in ecclesiam divi Albani iv marchas æstivalis census annuatim a Rege obtinent (**). s. a. Pag. 247.

 (*) Aliis

(*) Aliis *Lino* appellatur. Script. Rer. Dan. T. 1. p. 273 et in diplomate p. 12.

(**) Ad annum 1138 refertur ab Hamsfortio. Script. Rer. Dan. T. 1. p. 273. verum unde id sumserit, non affert.

1142. Erici Lam confirmatio in compendium redacta Piscationis (in *Clöne*) Ecclesiæ Orhiniensi a Nicolao Rege oblatæ. Anno incarnat. Dominic. 11 Nonar. Januar. M. CXLII. Pag. 247.

1148. Svenonis (*) Regis litteræ, qvibus Ecclesiæ Ringstadiensi silvam Thyslund, mitsummersgeld de villa *Ringstæd* et laborem metendi *Dagsværke* dictum offert. *Hareldstæd*. Anno Incarnat. Dnicæ MCXLVIII (**). - - - - - Pag. 11.

(*) Cognomine *Grathe* a fatali loco *Grata* vel *Gratabede* ubi die 23 Nov. 1157 cecidit, magis convenienter dictus, qvam ab *Grate* austeritate animi et in populum rigore. vid. Joh. Grammii not. ad Meursium p. 191. Knytlinga pag. 232-34. cap. 117.

(**) conf. C. Hamsfortii Chronol. Script. Rer. Dan. T. 1. p. 275.

1152. Eugenii Papæ II. Bulla protectoria data Monasterio Esromensi. Signiæ IIII. Kal. Jan. Indict. XV. Incarnat. Dnicæ. MCLI. Pontificat. Anno VII. - - - - - - - - . Pag. 248.

(*) Computationis nostræ 1152. Plurima de hoc monasterio afferuntur a *Manrique* in Annalibus Ordinis Cistertiensis Annis 1151 ad Ann. 1158.

1152. Waldemari (I) litteræ, qveis fratribus ecclesiæ Ringstadiensis ecclesiam de *Hof* cum omni adjacenti reditu donat. *Othuus* Anno Incarnationis Dominicæ (*) MCLII. Pag. 12.

(*) Etsi hunc annum habeat Dänische Bibliothek. Copenh. 1739. Pars 1. p. 133. mendosum tamen esse oportet. Etenim annus qvo in partes triumviros inter Danis divisa est, incertus sit. vid. Meursii Historia Dan. p. 271. Script. Rer. Dan. Tom. II. p. 171. neminem tamen fugit Waldemarum Regis primum dignitate a Cimbris primum cultum esse anno 1154. Vel seqventi Saxo. p. 269. W. E. *Christiani* Chronol. Gesch. Waldemari I. p. 94. Sed crediderim id datum esse Anno MCLVII, Numero V facili incuria scribæ omisso. Ut ut sit, post annum 1160 non

non factum eſt, ſiqvidem hoc *Magnus Erici* filius regnum Sveciæ ambiendo ad Upſaliam cæſus eſt; nec ex Pontoppidano T. I. p. 325. qvidqvam certum definitur.

1153 } Svenonis *Grathe* confirmatio monaſterio Esromenſi data,
1155 } ſuper villa Esrom, qvam Ericus Rex *Eſkillo* (*) beatæ memoriæ Lundenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo dederat, et villa *Widelingreud* per eundem emta ab hærede *Hermanni* Epiſcopi Slesvicenſis addito privilegio, qvo coloni fratrum ab omni ſervitio Regis abſolvuntur (**). ſ. a. - - - - - Pag. 12.

(*) *Beata memoria* mortales vita functos coluit remota ætas, et idem noſtræ moris eſt. Qvis igitur ille *Eſkillus*, aut qvid ſibi velit mira hæc locutio? *Eſkillus* pontifex novus, qvem Ericus dictus Lam 1142 capite plecti juſſit Script. Ber. Dan. T. I. p. 275; certe is non fuit. Et diploma falſum eſſe jure diceremus, niſi abunde conſtaret, Lundenſem pontificem anno demum 1182 (nam Chronico Script. Rer. Dan. T. IV. p. 23. ad annum 1157, nulla in his fides,) *Claræ vallæ* mortuum, villam *Esrom* emptionis titulo ſibi paraviſſe vid. p. 34.

(**) Datum eſt absqve dubio inter annos 1153, qvo monaſterium Esrom fundabatur, et annum 1155, qvo regnum relinqvere cogebatur *Svenus*. vid. Script. Rer. Danic. T. I. p. 241. 388. T. III. p. 305. T. II. p. 522.

1158. *Eſkilli* Archiepiſcopi Lundenſis Confirmatio ſuper donatione villæ *Wixebothe* Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* Esromenſis a (*) *Nicolao* Comite facta. VI. Idus Auguſti MCLVIII. Indictione VI. - - - - - - - - - - - Pag. 13.

(*) De *Nicolao* vid. Script. Rer. Danic. T. III. p. 445.

1158. *Waldemari* I. Fundatio monaſterii Vitæ ſcholæ (*) ſine Anno. - - - - - - - - - - - Pag. 15.

(*) ut gratam erga deum mentem monſtraret ob victoriam cæſo Svenone in tesqvis Grate die 23 Octobris 1157, Monaſterium Vitæ ſcholæ dotavit in ſynodo Roſkildenſi 1158 vid. Script. Rer. Dan. T. II. p. 386. T. I. p. 276. T. II. p. 615. T. IV. p. 460-461. T. III. p. 461. Danſke Magazin T. I. p. 136.

1164.

1164. WALDEMARI (I) Litteræ, qveis Eccleſiæ B. Mariæ Virginis in *Estrom* Silvam *Widelingeruth* dictam offert, et (*) ſcotat. Pag. 16.

(*) *Scotatio* eſt traditio dominii ſymbolica rerum immobilium ſolenni actu facta. Danis olim vocabatur *Skiöthe*, hodie *Skiöde* a verbo at *ſkyde* mittere: præterit: *ſkiöd* miſi, jeci, tradidi LAT. BARB. *Scotto*, unde *Skiöde* ſinus, lacinia, pars tam veſtis, qvam veli demiſſa, et *Skiöde* res miſſa, tradita, ejusdem eſt originis ANGLOSAXONUM *Sceat* pecunia: GALLORUM *Eſcbot*: LAT. BARB *Scottum*, *Scot*, Scotta; et NORVEGORUM *Skaus*, BELGIS *Skot* (unde iterum *Skyttingr* diverſorium, ubi collatitiis nummis bibitur.) ratione ſat convenienti, nam ut pecunia hodie inſtabilis omnia pecurrit vulgo *Courant* appellata, ſic olim tardiori motu a manu in manum *mittebatur*. Vid. Lyes Diction. Saxonico Gothico Latin. in voce *Sceat* Symbolum pecuniæ collatitiæ, ut in *Mœriaſcot*. Erat vero Scotatio vel *Eccleſiaſtica Civilis*.

Eccleſiaſtica, alias *donatio canonica* pag. 43. coram Epiſcopo, cui, rei piis uſibus oblatæ ſignum tradebatur per modum juramenti, ſuper altare pag. 257., ad cruces, aut reliqvias ſanctorum. Qvo facto Epiſcopus lege a Canuto IV. lata, in omnes impetentes excommunicationis fulmina vibravit, vid. Saxo Hiſt. Danic. p. 217. conf. Diplomatarii p. 2. 3.

Hanc Saxonibus freqventem majorum docilis ſolertia debet, diuqve adhibuit pia liberalitas. vid. Du Change in voce *Chirotheca*, *Wannus*, et Privilegia Archiecclesiæ Hamburg. No. 33-34 apud Lindenbrogium. conf. Innocentii III. Bulla. Ut vero Reges petitendim (a) ſacras cleri fraudes, et æmulos in imperium niſus animadvertebant, *Civilem Scotationem* poſtliminio reſtituerunt, et lege Cimbrica lata L. I. C. XXXVII. Scanica vero L. IV. C. XIII. Traditionem in comitis ſolenniter, nec alibi, fieri juſſerunt, ne ullam cognatis, aliisve, qvorum intererat, conatus lucifugi damnum afferre poſſent.

(a) W. E. Chriſtiani Geſchichte der Herzogthümer Schleswig und Holſtein. 1. Abtheil. 4. von den Geſetzen.

Scotationis effectus et jura luculenter deſcripſerunt *P. Kofod Anker* in Hiſtoria Juris Danici. T. I. p. 72. 80. 92. 488. T. II. p. 372. 349. 488. et Chriſtian Andr. *Meyke* Tractatu de Scotatione Danica Altonæ 1744. confr. Ihrei Catalog. Regum Sviogothicor. p. 29. 30. — Dictionarium Lingvæ Sviogothicæ. Voce *Skötte* S. Bring. Monumenta Scanic. T. II. p. 138.

Da

Du Cange in voce *Scotare*. Germanicæ Themidis æternum decus J. C. H. Dreyer in ſingulari libro de uſu genuino Juris Angloſax. in explicando Jure Cimbrico et Saxonico. Kilii 1747.

Solennitates vero Eminentiſſimus Translator Legum Scanicarum, *Andreas Sunonis*, breviter ſolus tetigit. L. IV. C. XIII. In venditione terrarum: inqvit, ad translationem dominii eſt neceſſe, ut interveniat qvædam ſolemnitas, in qva terræ modicum emtoris pallio extento manibus aſſiſtentium, qvi, ſi factum revocetur in dubium, perhibere poſſunt teſtimonium veritati, apponit venditor, qvi deſignatam terram, qvam diſtrahit, in emptorem ipſius ſe transferre dominium profitetur. Ut vero in his multa deſunt conſvetudine patriæ recepta, hic ordine, qvæ ſcrutando varii ævi litteras hucusqve invenerim, exponere oportunum duxi.

In comitio, ſive in collibus, in lucis, ſub arboribus, in montibus, ad lapides, pontes, portas ſive in plateis, eccleſiis, coemetriisve judicia celebrarentur. vid. J. C. Henr. Dreyer. libr. pag. 120 area erat, qvatuor cincta ſcamnis, qvibus judex cum conſentientum turba, ſuſ dio inſidebat; in hanc aream danice vocatam (a) *inden alle fire pelehoft*, *inden alle fire ſtocke* progrediebantur partes. Venditor poſt trinam, tot diebus et in tot Judiciis, denuntiationem factam cognatis et propinqvioribus ſymbolum rei venditæ (b) *ad manus*, aut (c) *in ſinum*, (d) *gremiumve* emtoris, qvi in ſignum mutui conſenſus (e) alterutrum extendebat, miſit (f) conceptis verbis, qvæ dum enunciarentur, præſentes (g) manus ſuper ſymbolum, vel laciniam veſtis, dum res vendita illi immitteretur, tenuerunt.

(a) Diplom. ſubnexum et alia annis 1487. 1566.

(b) Ad manus ſcoto in diplomate 1338.

(c) I ſköth ſköthe. diplom. 1427. 1562.

(d) In gremium aſſigno. diplom. 1359. per ſcotationem in gremium reſigno. aliud e. a.

(e) In Cod. Esrom. fol. CXXIV a. præſentes teſtantur ſe vidiſſe Dnum Abbatem ſinum extendiſſe.

(f) Vendo, alieno, ſcoto, aſſigno. dipl. 1338. conf. Diplomatarium. paſſim.

(g) In cujus ſcotationis teſtimonium ſecretum (Jacobus Archiepiſcopus Lundenſis) unacum ſigillis nobilium dominorum, qvi manus ſuper ſcotationem tenuerunt, appoſuimus. Dat. Lundis, in die Apoſtol. Philippi et Jac. 1360.

Ab hac lege diu nemo liber, nec (*) indecorum Regibus exleges non esse; etenim qvi venire non valuit, aut conceptis uti verbis in fervente foro minus commodum sibi duxit, alio (a) literis mandatoriis instructo, judicisve, a qvo petebatur *tutor*, auctoritate delegato, uti necessum habuerunt. Qvo in casu vices peragentis manum, brachiumve personæ principalis dextra amplecti debuit. Sed tandem nobilibus veniam fundos extra conventus publicos et gentis comitia, dedit Recessus Christiani III. Artic. 49.

(*) v. Legem Ostrogoth. Rex ex eadem terra capiet, qvam transfert, in alterius potestatem, et in donatarii sinum mittet.

(a) Dipl. subnex.

(b) Waldem. III. Litteræ datæ Antwortschowii 1353 sextia feria proxima ante diem Nativitatis b. Joh. Bapt. . . . . Qvesivit si hujus modi tutor dicta bona ibidem scotauerit, utrum ipsa domina Ingefridis presens fuisset et brachium scotantis ut more terre fit tenuisset. Et 1462. Innen fire Stockæ po Sælandz landzting vor skecket velboren quinne Hosstrowæ Bodældh aff Storbeth — oc Kestedhe beskeen man Lasse Person af Krogmölle til sin værghæ — oc förne Lasse Person opstod po forne ting. Forne Bodill hiölt po Lasse Persons hoyghre arm och Lasse Person po hosstrowæ Bodils weghne tköthe och afhændhe — tredie parten i een gard wdi Thestorp.

Symbola rei venditæ ab emptore custodiendæ erant (a) *gleba viridis*, *lignum*, (b) claves: et hæc singula vel juncta.

(a) Westphal. Monumenta Cimbric. T. iv. p. 3123.

(b) Jacobus Karlson bona Veggelöse scotavit et nuntios dni Abbatis de Esrom in corporalem possessionem subito introduxit, ac sibi in presentia placitantium Claves assignavit Cod. Esr. fol. cv. b.

Nemine jus obvertente, finus a venditore claudebatur & collegebatur (a) *skötbe wardher samenlukt*, et traditionem judex cum assessoribus, (b) per qvatuor scemna alta voce legitimam, nec mutari posse jussit.

(a) Leg. Scan. L. iv. Cap. xii.

(b) Dipl. subnexum.

Deinde (a) poculis litatum, donec vas, ab actu *Sköde-Tönden* dictum, exsiccatum esset. Nec qvisqvam id vitio nostris vertat velim. Etenim diem noctemqve continuare potando Germanorum nulli probrum, crebræ, ut inter vinolentos solent *pixæ*, raro

raro conviciis, ſæpius cæde et vulneribus tranſiguntur. Sedet reconciliandis invicem inimicis et jungendis affinitatibus, et aſciſcendis principibus, de pace deniqve et bello plerumqve in conviviis conſultant. Qvis (c) cornua apud Anglos ſicca in ſignum rei venditæ olim tradita contendat? Certe in Ducatu Carinthiæ 1263 (d) *Apud Carantanum (qvæſtorem) teſtes bibebant vinum in teſtimonium et ſignum.* Ab his parvo paſſu diſtat Ruſticorum *Leyekiöb* i. rectius *Ligekiöb* o: contractus æqvalis de pretio rei mobilis, qvi tum ratus erit, ubi paſciſcentium uterqve, collata pecunia mutuum conſenſum Patri Bacho juraverunt vid. Ch. Oſterſen Weyle Gloſſar. Jurid. p. 518. conf. J. H. Dreyeri de uſu genuino Juris Angloſaxonici in explicando Jure Cimbrico Libr. Singul. p. 107.

(a) Vid. Diploma ſubnexum.

(b) Tacitus de Moribus germanorum.

(c) Vid. Ol. Wormii Faſtos Danic. p. 62. Monum Danic. 387. 88. Hickeſius Præfatione ad Theſaurum pag. xxv.

(d) Diplomatarii ſacri Ducatus Styriæ. T. 1.

Deniqve Actus tam ſolennis, et tam lætus litteris conſignabatur, ſigillis partium Judicis et Aſſeſſorum muniendis, qvæ *Thingvidne vocabantur* Leg. Cimbr. L. 1. cap. XXXVII.

Sed dicta *traditio* non modo in *tranſlatione* dominii prima uſu venit, verum tot freqvens vicibus, qvot hæredes aut ſucceſſores primi tradentis poſſeſſoribus conſenſu acta confirmabant. vid. Diplom. p. 36 et p. 79. Illa vocatur *Athelſhiöthe*, hæc vero *Skiöthe* nominatur.

Hanc, qvæ jam deſcripta eſt traditio, alia ſeqvebatur, *Acta ad fores domi*, *at ſcöthe hemæ vether dör.* Meminere ejus haud paucæ litteræ exemplo ſint Malmogienſes 1487. Qvando Jacob Gullſmith gik ſtrax af radhuſet med Hr. Johan Oxe oc antwordet hanom ſin gard hus oc grund. Nullæ vero magis luculenter ac Islandicæ Anni 1427. qvibus dicitur Reykholorum dominus portæ primariæ poſtes adiiſſe, easqve tenuiſſe, donec novus veniebat dominus, cui illæ tradebantur, easdem amplectenti, qvo facto hic ingreſſus eſt, ille vero abiit.

Teſtimonium judiciale de ſcotata domo qvadam Helſingoræ.

Jacobo Nicolai filio, Civi Helſingburgenſi, per Jacobum Thorſtani filium auctoritate *Andreæ Chriſtiani*, Doctoris, et conſenſu Conventus monaſterii ſanctæ Virginis ibidem. Dat. in curia Helſingoræ 1507 die Lunæ proxima ante feſtum Nativitatis Chriſti.

Alld mend thette breff ſee eller höre læſſe helſſe wii Per Munck byfoget i Helſingör Jens Nicliſſon oc Jes Perſſon burgemeſter i ſammeſtæ Hanſſ Perſſon Oleff Saxeſſon, Jörgen Saxeſſon oc Jes Azersſon Radmen i ſammeſtæ oc giöre alle witerligt med thette wort obne breff at aar effter gudz burd Md ſeptimo then Mondag neſt for Natiuitatis Xi paa Helſingör bythingh, wor ſkicket for oſſ oc danne mendh flere ſom tha till tinge wore Beſkeen mand Jeip Torſtenſſon Raadmand i forne Helſingör beretthe oc ſagdhe ath Rènliffuet Mandh Doctor Anderſſ Chriſternſon forſtander i wor Froe Cloſter i Helſingöer med menigh Conuentz Raad vilgæ oc ſamticke, haffde befallet hanom oc fult macт giffuit at ſköddhe beſkeen mand Jeip Nieleſſon i Helſingburgh paa forne wor fruæ cloſterſſ veghne En aff forne cloſterſſ gardhe ligende i Helſingör paa Steengadhen veſten neſt then gard Claueſſ Oggeſſon Ottæ oc öſten neſt then gardh Henicke Jenſon vdy bode oc ſtræcker i ſynder nedher till ſtranden fraa Steengadhen med hwſſ iord oc alle forne gard, rette tilligelſe ſom nw till forne gard ær oc aff ariildz tiid tilleget haffuer Enthet wndtagget i nogen made, Hwilket han oc faa giorde forne Jeip Nielsſon et fult ſköddе ſamme dagh indhen forne tingx IIII ſtockæ paa then forne gardh met alle ſin tilligelſſe ſom forſcreffuet ſtaar till ewindeligh at eye oc beholſſe ſkullendis. Ok kendis forne Jeip Torſtenſſon paa forne Doctor Anderſſon oc menigh Conuenz vegne i forne Cloſter at then forne gardh war til tacke betallet faa at forne Doctor Anders vel nögis *Oc wor forne ſköddе ſtafeſt meld offuer alle* tinge bencke oc *ſköddе tumme paa drucken* Oc uti alle made medfaret, oc *lagbodet* till tinge ſom thet ſig burde. Till widneſburd at ſaa er i ſandhed ſom foreſcreffuet hengghe wij wore Incigle nedhenn thette wort breff. Datum et actum Anno die et loco quibus ſupra dicitur. Sigilla 7 loris membran; appendent.

1164.

1164. *Abſalonis* Epiſcopi Roſkildenſis donatio decimarum Epiſcopalium de *Ringſtedherret* facta fratribus de *Sora*. Pag. 251.

1164. . . . . Litteræ, qveis Monaſterio Esromenſi villam *Thumathorp* cum Sylva ſuis limitibus deſcriptam ſcotat, pro duobus manſis in *Giafnetoft* et tertia parte vicinæ villulæ *Woretthorp* appellatæ. - - - - - - - - - Pag. 21.

Hoc diploma antiqvius non eſſe monet Simon Abbas Sorenſis, qvem Monaſterio Anno 1164. præfectum eſſe docet S. Joh. Stephanius. in Catalogo Abbatum Sorenſ. Mſſ. apud Bartholin.

1164. *Abſalonis* Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ qveis Clauſtro Esromenſi portionem ſuam in Langholm donat. *Ulfruth* xiiii. Kal. Decembris. - - - - - - - - - Pag. 17.

1164. *Florentii* Canonici Sti Laurentii Lundenſis abdicatio prætenſi antea juris in villam *Willingeruth* monaſterio Esromenſi ab Eſkillo Archiepiſcopo collatam. - - - Pag. 17.

1164. *Eſkilli* Archiepiſcopi Lundenſis, Apoſtolicæ ſedis Legati, *Daniæ* et *Sveciæ Primatis* Teſtimonium de Florentii Canonici Lundenſis abdicatione prætenſi in *Willingeruth* juris. ſ. anno (*). - - - - - - - - - Pag. 19.

(*) Hoc anno Eſkillum Senis fuiſſe credit Langeb. T. v. p. 239. hoc anno ivit Jeruſalem Annales Esrom. T. i. p. 241. Hieroſolimis in daniam redit, ſed nihil obſtat qvin abiturus has litteras dederit.

1164. WALDEMARI I. Confirmatio ſuper villa *Widelingeruth* ab *Eſkillo* Archiepiſcopo oblata monaſterio Esromenſi Pag. 19.

1164. WALDEMARI I. Litteræ qveis monaſterio Ringſtadienſi confirmat privilegia illi a ſuis anteceſſoribus data, variis articulis auctæ (*). MCLXIIII - - - - - - - Pag. 20.

(*) Conf. C. Hamsfortii Chronolog. Script. Rer. Danic. T. i. p. 277.

1164. *Abſalonis* Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ, qvèis Monaſterio Sorenſi offert decimas *Parochiarum Finnethorp, Sunnerthorp Eleſeu, Haroldſtadhe*, Geſleve, *Suarthetathorp, Biorbii.* Pag. 250.

1169. ALEXANDRI papæ III. Litteræ protectoriæ datæ Eccleſiæ Sanctæ MARIÆ de *Aſmiald. Laterani* x Kal. Martii. - - Pag. 23.

In nomine loci errorem adeſſe neceſſum eſt. Etenim toto hoc anno Alexander III. *Beneventi* fuit, ubi ix Kal. Martii ſeqventem Bullam edidit. At ſupicor præſentem bullam eſſe ALEXANDRI IV. Cujus ex Laterano emanarunt litteræ qvam plurimæ.

1169. . . . . Litteræ protectoriæ datæ Præpoſito Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Vibergenſis. *Beneventi* ix Kal. Martii. Incarnationis Dnicæ (*) MCLXIX. Indictione III. Pontificatus anno XI. - - - - - - - - - Pag. 24.

(*) Computationis Romanæ, noſtræ vero 1170. Cujus Indictio et Pontificatus teſtes.

1169. . . . . Bulla qva *Abſaloni* Roſchildenſi Epiſcopo Magiſterium et prælationem Inſulæ Rugiæ a WALDEMARO Rege devictæ et converſæ, in perpetuum in ſpiritualibus indulget. *Beneventi.* II. Nonar. Novembr. (*). ſ. a. - - Pag. 251.

(*) Annum Bullæ 1168, *Hvitfeldius* p. 108. et qvi ſuum unde ſumſit. Dav. *Frank* in Altes und Neues Meklenburg. Libro III. p. 105. et idem habet litterátæ Sveciæ Decus Magnus *Celſe* in Apparatu ad Hiſtoriam Sveogothicam. Holmiæ 1782. Sed nullum unqvam tale ſignum temporis adfuiſſe Notariale Apographum *vidiſſe* dictum, cui debemus bullam, evidenter loqvitur. *Beneventi data eſt* II *Non. Novembris*; et menſe Septembre 1169 C. Hamelforto teſte, redierunt Romæ in Daniam Oratores regii pro Canonizatione Canuti Ducis miſſi Script. Rer. Danic. T. I. p. 277. 78. Bullam vero de Rugia ſimul datam eſſe oportet, cum ad Oratorum Regiorum inſtantiam, inter qvos *Stephanus* Archiepiſcopus Upſalienſis, petitioni Regiæ id dederit Papa. Diplomat. pag. 252. At ſic bullas datas eſſe oporteret anno 1168 qvod vix fieri poteſt, debuit nempe Inſula faſces victori ſubmittere prius, qvam ſubactorum animæ cujusdam certi curæ tradi poſſent; et hoc pontifex obſervavit. Ut vero anno 1168 Wal-

Waldemarus Rugios Chriſto lucrabatur. vid. Helmoldi Chronica. pag. 234, nec veriſimile eſt eodem anno nuntium Beneventum latum eſſe, beatiqve Vicarium Petri literas edidiſſe, unde ponendum erit, utrumqve negotium ad Annum 1169 pertinere et Oratores Regios non Septembri, ſed ad exitum vergente Anno, domum rediiſſe, non Roma ſed Beneventi. Cæterum in anno devictæ Rugiæ Scriptores multum invicem diſcrepant, et ſunt plures, qvi ad Annum 1169 id referunt. Chronolog. Saxo. vid. G. Leibnitii Acceſſiones Hiſtoric. T. I. p. 309. Annal. Boſov. in Eccardi Script. Rer. Germ. T. I. p. 1075. C. Hamſford. Script. Rer. Danic. T. I. p. 278. Nec mirum cum Waldemarus cum dura ferro gente XII pugna congreſſus fuerit, totiesqve victor.

1169. ALEXANDRI Papæ III. Bulla, qva *Canutum* Ducem Sanctorum Catalogo infert. Beneventi. VI Idus Novembr. MCLXX. (*) Pag. 27.

(*) In præcedente vidimus Oratores Regios domum reverſos eſſe 1169 Litteras et veniam Canutum Ducem ſanctis adſcribendi aſportantes. Verum lis inter Scriptores de anno, haud ideo compoſita eſt. Etenim Apotheoſin alii referunt ad Annum 1170 ut Knytlinga, pag 190. 252. Scriptores Rerum Danic. T. I. p. 278. 379. T. II. p. 435, 616. alii ad ann. 1171 ut ſcript. Rer. Dan. T. I. p. 163. 241. T. IV. p. 282. T. II. p. 167. 523. Qvicqvid autem verum ſit, ſuffixus bullæ annus recentiorem prodit manum, et nulla adeſt ratio, cur magis huic, qvam illi de Rugia agenti apponeretur, nec ſi verus eſſet, omiſſa indictio, annus Incarnationis et Pontificatus eſſent.

1170. WALDEMARI I. Litteræ qveis Monaſterio Esromenſi villas *Urmiruth* et *Sande* confirmat. (*) - - - - - Pag. 28.

(*) Inter primos apparatus Canonizationis Ducis Canuti, cujus Scrinio deaurando marcha auri ſubvenerunt fratres Esromenſes, hoc diploma datum eſſe concludimus. vid. p. ſeqvent.

1170. *Abſalonis* Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ, qveis Monachis Stæ MARIÆ et Sti CANUTI Ringſtadenſis collectas nummorum, *Knuts Scut* et *Marieſcut* de *Veſtre Syſle* et *Myadle Syſle* donat. (*) ſ. a. - - - - - - - - - - - Pag. 29.

(*) Pe-

(*) Peracta Apotheoſi Canuti Ringſtadienſis, cujus ut ſupra monui, annus in obſcuro cubat, præſentibus litteris cultum Sancti auxit Præſul noſter, et eſt veriſimile eum hoc feciſſe ipſo eodemqve anno, diplomaqve referendum eſſe ad Anno 1170 vel 1171.

1170. Waldemari I. Litteræ, qveis monaſterio Esromenſi villam *Stenholt* cum agris et pratis ſcotat pro IV marchis argenti (*Lundis*) in ſtuba *Gerardi* monetarii in Caſtro. (*) - - Pag. 30.

(*) Ex apparatu Apotheoſis Canuti Ringſtadienſis cujus fit mentio pag. 29. ubi fratres Esromenſes Scrinio Ducis deaurando contulerunt marcam auri, concludi liceat IV præſentes marcas, ut eidem uſui inſervirent, collatas fuiſſe, adeoqve diploma ad annum 1170 pertinere.

1171. *Abſalonis* Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ protectoriæ et privilegia data Monaſterio b. Thomæ de *Eſkilſö*. Anno MCLXXI. Pag. 31.

1171. *Eſkilli* Archiepiſcopi Lundenſis Litteræ protectoriæ Monachis deo ſanctoqve Canuto Ottenſe militantibus datæ. Lundis anno Incarnationis domini M. C. LXXI. Archiepiſcopatus domini *Eſkilli* Anno (*) XXXVIII. glorioſi Regis Waldemari anno XIV. Indictione IV. Epactis XII. - - - - - - Pag. 253.

(*) Corrigendum XXXIII, qvot anni 1158 Electione *Eſkilli* in Archiepiſcopum Lundenſem inſigni additi dabunt annum 1171 qvem verum eſſe Indictio et regiminis Waldemariani æra docent. conf. Script. Rer. Danic. T. I. p. 278.

1174. . . . . Confirmatio ſuper bonis, qvæ variis temporibus Monaſterio Esromenſi dederat ſ. a. et l. - Pag. 34.

Incertus hic annus eſt; ex teſtibus vero ſcimus *Symonem* circa Annum 1170 factum eſſe Epiſcopum. Script. Rer. Danic. T. III. p. 467. conf. p. 516 ibie. *Petrum* vero Sti *Laurentii* Diaconum, mortuum eſſe XII Kal. Octobr. 1174. Script. Rer. Dan. T. III. p. 458. conf. 468. Unde ſeqvitur inter ann. 1170 et 1174 Diploma præſens datum eſſe.

1174.

1174. WALDEMARI I. Confirmatio ſuper dimidia villa *Sunde* data fratribus de *Estrom*. Incarnationis dominicæ (*) M. C. LXXXIIII anno Regni XVII *Lundis*. V. Kal. Martii. - - Pag. 36.

(*) Annus re vera debet eſſe 1174, qvi exacte respondet anno regni XVII. Etenim WALDEMARUS I. ab die 23 Octobris 1157, qvo *Sueno* Rex, *Gratbe* dictus cecidit, adeptæ æram Monarchiæ orditur.

1175. WALDEMARI I. Litteræ, qvibus fratribus Sti Canuti Ottonienſibus villam *Hetby* et tres manſos, (*) *Ornum*, *Reb* et *Gaſethunge*, pro aliis bonis, adſerit, datqve iisdem privilegium, qvo cavetur, ne cives *Ottonienſes* frumentum ad alia, qvam monachorum molendina ferant. Datum *Sylverſtate*. anno Incarnationis dominicæ MCLXXV. Indictione VIII. Concurrentibus. II. Epactis. XXVI. ſeptima Kal. Julii in die Sancti Canuti Martiris. - - - - - - - - - Pag. 255.

(*) *Hethium*, *Ornumma*, *Repa*, *Caſatunga*. apud C. Hamsfort. Script. Rer. Dan. T. I. p. 279.

1175. *Symonis* Epiſcopi Ottinienſis Epiſtola ad Fionenſes, qva notum iis facit, ſe Sororibus Ottonienſibus paupertate afflictis Eccleſiam de *Hiellöſe* dediſſe. ſ. a. et l. - - - Pag. 256.

1176. *Nicolai* Wibergenſis Epiſcopi Litteræ, qveis Eccleſiam de *Limum*, *Suenoni* Cathedralis ſedis Præpoſito, ejusqve Succeſſoribus contradidit. Datum *Wibergis*. XVI. Kalend. Februarii. Indictione. IX. Incarnationis Dominicæ MCLXXVI. Epiſcopatus Anno XXII. - - - - - - - - - Pag. 37.

1176. . . . . Interdictum, neqvis injurias Eccleſiæ B. *Mariæ* Wibergenſis inferat. Dat. *Wibergis*. XVI. Kal. Februar. Indictione IX. Incarnat. Dnicæ MCLXXVI. Epiſcopatus XXII. Pag. 38.

1176. . . . . Litteræ, qveis Eccleſiam b. Petri de *Grindesle* auctoritate ſua munit. Anno Incarnat. Dominicæ. MCLXXVI. Indict. IX. Concurrente IV. Epact. VII. - - - Pag. 39.

1176. WALDEMARI I. litteræ, qvibus monaſterio in Esrom terram in *Hallandia* offert, ejusqve inhabitatoribus liberam ligna cædendi facultatem concedit. *Sklundethorp.* Anno ab Incarnat. Dni MCLXXVI. Indict. IX. Concurrente IV. pridie nonas Julii. Monarchiæ Regni IXX. - - - - - - - - Pag. 40.

1176. *Abſalonis* Epiſcopi Roſkildenſis litteræ, qveis *Wilhelmo* Abbati Sti *Thomæ* de Paraclito confirmat *Næveth* et *Clönæ*, decimas eccleſiarum *Crækim*, *Helſinge*, *Anneſe* et *Alſenthorp*, *Therby* et *Frethersløff*. - - - - - - - - Pag. 41.

1176. *Abſalonis* Epiſcopi Roſkildenſis dotatio Clauſtri Stæ *Mariæ* Roſkildenſis. ſ. an. - - - - - - - - Pag. 257.

Annus hujus diplomatis, cujus Autographum in Archivo Regio ſervatur, haud facilis eſt indagatu; nec enim 1164 prior eſt, qvo *Symon* inter teſtes nominatus Abbas *Sorœ* præficitur, nec diu præcedit 1177. ſiqvidem circa id tempus Fratres Hieroſolymitani certas in Dania liberalitate Regis WALDEMARI I. ſuffulti ſedes primum transtulerunt. vid. *Pontoppidani* Annal. Eccleſiæ Dan. Diplomat. T. I. p. 448. confer. pag. 492. ubi hocce monialium Clauſtrum minus recte dicitur fundatum eſſe 1199.

1177. *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis litteræ qveis ſororibus Eccleſiæ b. MARIÆ *Roſkildenſis* Eccleſias *Siængelöſæ* et *Gadſtorp* canonica donatione tradit. ſ. a. et l. - - - - Pag. 42.

1177. WALDEMARI I. Edictum, qvo omnibus in *Phartuſaherret* interdicit ſylvam *Glumſtenſchog* datam fratribus in Esrom. Pag. 43.

Annus diplomatis abſqve dubio eſt 1177. qvod patet ex ſeqventibus *Abſalonis* Archiepiſcopi Litteris.

1177. *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis Daciæ et Svethiæ Primatis Interdictum ne qvis, ſylvis in *Pharthuſaherret* ad Fratres de *Esrom* pertinentibus aliqvam calumpniam faciat. Facta autem ſunt hæc Anno Dni (*) MCLXXXII. etc. - - - Pag. 44.

(*) An-

(*) Annus MCLXXVII vitio ſcribæ in MCLXXXII mutatus eſt, exarando x ultimum pro v. Evincit hoc mentio anni, qvo *Canutus* Hallandiæ Principatum a Patre obtinuit, etenim hoc 1177 factum eſſe videmus apud Scriptores Rer. Danic. T. 1. p. 178. p. 242. confr. T. II. p. 171.

1177. *Wilhelmi* Abbatis Interdictum ne *Eſkilli* inſulam a Monaſterio Fratres unqvam alienent. ſ. anno. - - - - Pag. 45.

1177. *Walberti* Abbatis de *Esrom* compoſitio cum fratribus de Paraclito. ſ. anno. - - - - - - - - - Pag. 46.

Longam ſatis, ſatqve ſeriam Annis 1176 et 1177 litem exercuerunt Fratres Esromenſes atqve illi de Paraclito, donec mediante Abſalone Archiepiſcopo utriusqve partis animi coaluerunt 1177. vid. E. Pontoppidani Annal. Eccl. Dan. Diplomat. T. 1. p. 443. ſeqq.

1177. *Wilhelmi* Abbatis b. Thomæ de Paraclitio compoſitio cum Fratribus de *Esrom*. ſ. anno. - - - - Pag. 47.

1177. *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis (*) Daciæ et Sveciæ Primatis Litteræ, qveis Ordinem Fratrum b. Thomæ de Paraclito confirmat, eorumqve bona ſub ſua Protectione ſuſcipit. ſ. anno. Pag. 48.

(*) *Primas Daciæ et Sveciæ* in prioribus Litteris pag. 19. occurrit. Secundum Jus Canonicum ille eſt Primas cui Archiepiſcopus unus vel plures debet obedientiam. ut vero in Dania nemo erat præter Lundenſem, cujus in perſona Primas Sveciæ una fuit, mirum eſt, poſt *Eſkillum*, *Abſalonem* hoc axiomate uſum eſſe. Verum reſpectu Daniæ ita ſe nominare credo ratione dignitatis qva Epiſcopos Præcedebat. Qvos Canutus IV, Haud aliter ac Ludovicus ampliſſimas regni divitias ad decorem ac gloriam eccleſiæ intorqvens, qvia propter animarum regimen principes ſunt coeli, nihilominus principes efficiebat regni. vid. Saxo. p. 215. conf. Helmold. L. 1. C. IV. p. 17. 18. Sed ratione Sveciæ revera Primas erat, ſiqvidem poſt Adrianum IV., et Alexandrum III. (an. 1163) Innocentius III. Upſalenſem juſſit a Lundenſe pallium et conſecrationem, de confirmatione Regni Svetiæ, accipere, illiqve in perpetuum primatui præſidenti, tanqvam ſuo primati reverentiam et obedientiam humiliter exhibere. vid. In-

 nocentii

nocentii III. Epiſtolæ editæ a Baluzio. p. 246. De Primatus Lundenſis ſtatis, et funeſtis ſuper eo altercationibus et rixis vid. illuſtr. S. Lagerbring. Swearikes hiſtoria T. II. p. 135. ſeqq. a Celſe Apparatus ad Hiſtoriam Sveogothicam pag. 24. ſeqq. J. Langebek. Scriptor. Rer. Danic. T. IV. p. 589. Ol. Roſen. Tractatus Juris Publici de Epiſcopis Regni Svionici. Stockholm. 1737. pag. 21. ſeqq. Chriſt. Bagge ſub præſidio S. Bring de Epiſcopis eorumqve Inſignibus. Lond. Scan. 1745. pag. 3. S. Bring de Epiſcopo Principe. Lond. Goth. 1758. S. Wilſkman de Hierarchia pontificiali in Regno Sviogothico. Upſal. 1740-42. pag. 47.

(*) Ex circumſtantiis, ſcilicet ſopita nuper lite inter *Wilhelmum* et *Walbertum* Abbates concludere licet, ut et ex ipſius diplomatis verbis *quod nos licet indignos dominus in epiſcopali cathedra ſublimauit*, has literas datas eſſe 1177.

1178. ALEXANDRI Papæ III. Privilegia data Monaſterio Sti Thomæ de Paraclito in *Ebleholt*. Dat. Anno Dni MCLXXVIII. Pontificatus vero ALEXANDRI III. anno XX. - - - - Pag. 50.

1178. *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis Daciæ et Swethiæ Primatis Confirmatio omnium bonorum Monaſterii de *Esrom* ſ. anno. - - - - - - - - - - - - - Pag. 52.

1178. . . . . Apoſtolicæ ſedis Legati, Litteræ qvibus Eccleſiam in *We*, Eccleſiam de *Kiebu* cum capella de *Kuicum* et decima totius Parochiæ, Abbatiæ Præmonſtratenſium confert. ſ. anno. - - - - - - - - - - - Pag. 258.

1179. ALEXANDRI III. Papæ Litteræ protectoriæ datæ Monaſterio de Esrom. Dat. Tuſculani IIII Non. Novembris Indictione XII. Incarnationis Dnicæ Anno MCLXXVIII. Pontificatus ALEXANDRI Anno XX. - - - - - - - Pag. 259.

1180. WADEMARI I. Privilegium, qvo omnia bona Eccleſiæ Ottonienſis infra Daniam ad præſens tempus acqviſita ab omni iure exactionis Regioqve immunia declarantur, pro acceptis a fratribus Cannutanis qvadrante et dimidio in *Qvarſtate*, villa *Saun-*

drus,

ärus, et decem eqvitaturis Regi *Othenis* degenti præſtandis. Dat. *Hiulby*. VIII. Idus Februarii Anno Incarnationis Dominicæ MCLXXX. Indictione XIII. - - - - Pag. 261.

1180. *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis Svecie Primatis Confirmatio Privilegiorum Eccleſiæ Othinienſi a WALDEMARO I. conceſſorum. - - - - - - - - - Pag. 263.

1181. LUCII Papæ III. Litteræ protectoriæ datæ Monaſterio de *Sora*. Dat. *Laterani* Octav. Kal. Febr. Indictione XIV. Incarnat. dnicæ MCLXXXI. Pontificatus Anno 1. - - - - Pag. 266.

1182. CANUTI Regis Compoſito de piſcatione in *Clöne* inter fratres b. Thomæ de Paraclito atqve colonos. - - - Pag. 54.

Paulo poſt ſuſceptum IV. Idus Maii imperium 1182 Litteras hasce edidiſſe Canutum, eſt vero haud ſimile.

1183. CANUTI (*) IV. Confirmatio Libertatis a gravaminibus exactionum Monachis Ottonienſibus a Patre conceſſæ, et Scotatio bonorum in *Arſtertorp* et *Eſtetoft*, iisdem facta, pro bonis in *Sundrus*. *Hiuuleby* Anno 1183. Indictione 1. Epactis XXV. Pag. 55.

Habetur locupletius. - - - - - - - Pag. 271.

Datum XII. Kal. April. (*) Anno Dominicæ incarnat. MCLXXXIIII. Indict. 1. Epact. XXI. Glorioſi Regis Danorum CANUTI Qvinti (IV) Anno 1.

(*) Aliam hic eſſe rationem numeri, ac in diplomate p. 1. ubi Canutus poſtea Sanctus ſe IV nominat, oporter. Et hinc illorum Ordo eſt 1) Canutus Magnus, 2) Hardecnutus, 3) Canutus Nicolai nepos, et IV. hic noſter. vid Grammii notas ad Meurſ. p. 347.

Qvæ temporum notationes manifeſte falſæ ſunt, et ad ejusdem diplomatis Epitomen p. 55 reſtituendæ, ut annus Chriſti Indictio et Epactæ cum æra regni CANUTI recte allegata cohæreant.

1183. (*) *Kanuti Prizlavi* Principis filii litteræ, qvibus Eccleſiæ *Otthiuienſi* duos manſos in *Candislethe*, ac reliqvas ſuas terras et poſſeſſiones in inſula *Alſo*, pro ſua coram Altari b. Mariæ, ſepultura confert. Act. Anno Incarn. Dnicæ Mclxxxiii. xii Kal. Decembr. in die Sancti Edmundi Regis, Anno Canuti Regis Danorum ii. - - - - - - Pag. 271.

(*) Vocatur a C. Hamsfort. in Chronologia ii, Regulus Lolandiæ et Inſularum Script. Rer. Danic. T. i. p. 278. Neoborgum in Fionia condidit ibid.

1184. *Abſalonis* (Roſchildenſis Eccleſiæ Epiſcopi) Teſtimonium de ſcotatione dimidia prædii Sande fratribus in Esrom a Petro Stalli facto. Facta ſunt autem hæc anno Dominicæ incarnat. mclxxxiiii. v. Kal. Martii Lundis in noſtra Metropoli. - - Pag. 56.

(*) Sunt plura in his litteris, qvæ ſibi non conſtant, nec primo intuitu fidem haberi ſinunt. Titulus *Roſchild. Eccleſiæ Epiſcopi* et datum *in Metropoli noſtra Lundis* ſibi ex adverſo pugnant; adde, qvod de Waldemaro I. *domino ſuo*, tanqvam inter vivos agente, mentionem faciat Præſul, Canutumqve Regem, omiſſo *Danorum* nomine, in qvos patre mortuo imperium ſuſcepit iv. Idus Maii 1182. teſtem geſtæ rei adducat. Sed omnia conveniunt, ſi de ſcotatione a *Petro Stalli*, facta et litteris Waldemari I. 1174 Lundis v. Kal. Martii anno Regni xvii. confirmata loqvi ſupponatur, qvo tempore Epiſcopus Roſkildenſis inter teſtes aderat, nunc vero Archiepiſcopus eam ſtabilit.

1185. *Grimolphi Wiſſon*, Litteræ, qveis Monaſterio ſancti Thomæ de Paraclito in *Ebleholt* bona ſua in *Mynghe* offert. Dat. *Mynghe* Anno ab incarnatione dni Mclxxxv, Vigilia Apoſtolorum *Petri* et *Pauli*. - - - - - - - Pag. 57.

1186. Urbani III. Bulla confirmatoria data *Abſaloni* Archiepiſcopo Lundenſi ſuper Caſtro *Hafn* cum bonis adjacentibus datis Eccleſiæ Roſkildenſi per *Waldemarum* Regem. Dat. *Witerbii*. xii Kal. Novembris. - - - - - - - Pag. 57.

Urba-

URBANUS III. die 25 Novembris 1185 electus, die 19 Octobris 1187 moritur. vid. L'Art de Verefier les Dates. T. II. p. 385. Edit. Pariſ. 1750.

1186. URBANI III. Bulla protectoria data conventui Ciſtertienſi de *Sora*. *Verone* IV. Id. Decembr. Incarn. Domin. anno MCLXXXVII. Pontificatus II. - - - - - - - - Pag. 273.

1187. KANUTI Regis Privilegia data *Wilhelmo* Electo Slesvicenſi. Dat. *Gunnerstorp* XII. Decembr. Ann. ab Incarnat. Domin. MCLXXXVII. Concurrente in Epacte IX. - - - Pag. 58.

1187. *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis Sveciæqve Primatis confirmatio Compoſitionis inter *Wilhelmum* Epiſcopum Slesvicenſem et ejus dioeceſanos ſuper decimarum ſolutione. ſine anno. - - - - - - - - - Pag. 60.

1188. *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis, Apoſtolicæ ſedis Legati Litteræ protectoriæ datæ monaſterio et *Gauſrido* Abbati et fratribus de *Sora*. ſ. anno. - - - - - - Pag. 276.

Gauſridus, Abbas Sorenſis fuit ab anno 1188 ad annum 1214. Script. Rer. Danic. T. IV. p. 534. Catalogus Abbatum Sorens. Auctore S. Joh. Stephanio inter Bartholiniana. T. VIII. pag. 69.

1188. CLEMENTIS Papæ III. litteræ protectoriæ datæ Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* Vibergenſis, Lateran. IV Id Junii. Indictione VI. Incarnat. Dominicæ MCLXXXVIII. Pontific. ann. I. Pag. 61.

1188. . . . . Privilegia data monaſterio de *Esrom*. *Laterani* XVII. Kal. April. Indict. VII. Incarnat. Dominicæ (*) MCLXXXVIII. Pontificatus anno II. - - - - - - Pag. 277.

(*) Computationis Romanæ, noſtræ vero 1189.

1192. *Celeſtini* III. Privilegia data monaſterio de Esrom. Laterani, III Nonas Martii Indict. xſ. Incarnationis Dominicæ Anno (*) MCXCII. Pontificatus Anno II. - - - - - Pag. 281.

(*) Computationis Rom: noſtræ vero 1193.

1193. CANUTI Regis Litteræ confirmatoriæ in compendium redactæ, bonorum monachis Sti CANUTI Ottonienſibus ab ERICO Bono oblatorum, ita tamen ut privilegia Sanctimonialibus de Burg a WALDEMARO Rege, illorum beneplacito conceſſa, ſarta et tecta maneant. *Nyburg* Anno dominicæ Incarnationis MCXCIII, XI Kal. Februar. in die Sti VINCENTII Martiris. Pag. 285.

Script. Rer. Dan. T. I. p. 283.

1193. CELESTINI III. Bulla data Petro Epiſcopo Roſkildenſi, ne cui Epiſcoporum ejus Succeſſorum caſtrum *Hafn* ab eccleſia alienare liceat. Dat. *Laterani*, II. Idus Februar. Pontificat. anno II. - - - - - - - - Pag. 64.

Autograph. aſſervatur in Archiv. Regiis.

1193. CELESTINI Papæ III. Bulla confirmatoria donationis WALDEMARI Regis ſuper Caſtro *Hafn* conceſſo Eccleſiæ Roſkildenſi cum multis aliis poſſeſſionibus, inſerta eſt *Centii* Cardinalis Confirmatio ſuper eodem Caſtro. *Lateran.* XIII Kal. April. Pontificatus anno II. - - - - - - Pag. 65.

(*) Autograph. in Archiv. Regio aſſervatur. qvod pro XIII. Kal. habet VIII Kal.

1194. CANUTI Regis emancipatio Fratrum de *Esrom*, ipſorumqve colonorum ab omnibus ſervitiis et exactionibus Regiæ jurisdictioni debitis. Dat. *Gronolt* anno verbi incarnationis MCXCIIII. XII Kal. Novembr. Anno Regni XIII. - - - Pag. 67.

Inter alios, qvi huic ſubſcripſerunt diplomati erat Frater Regis *Chriſtophorus*, Waldemaro I. ex Concubina *Tova* natus, qvem Tabula Ringſtadienſis 1166. III Idus Aprilis, cæteri autem Annaliſtæ Esromenſis, Ericus, Sialandenſis et Humsfortus 1173 mortuum eſſe aſſerunt. vid. Script. Rer. Dan. T. IV. P. 279.

p. 279. vixiſſe vero et degiſſe in aula fratris, dum hæ litteræ dabantur, Codex Esromenſis diplomaticus, unde eas exſcribi curaverat b. Arnas Magnæus, et qvem nos conſuluimus, indubiam fidem facit. vid. Cod. Esrom. diplomat. Fol. XLV. b. XLVI. a. Cui nec *Helmoldi* nec Saxonis Grammatici nec Knutidarum vitæ auctoris ſilentium ab anno 1169 qvicqvid derogare valet. vid Helmold. Edit. Bangert. p. 237. Saxo. Edit. Sor. 334-341. Knytlinga. Cap. CXXII. et ſeqv.

1195. *Prtri* Epiſcopi Aruſienſis Litteræ, qveis libros ſuos donat Eccleſiæ b. *Clementis*, in ejus armario reponendos. Dat. *Thorp.* v. Idus Februar. Anno Dominicæ Incarnat. MCXCV. Pag. 68.

1197. *Celeſtini* Papæ III. Confirmatio ſex Præbendarum qvas Petrus Epiſcopus Aruſienſis fundavit. Dat. Lateran. IX. Kal. Maii. Pontificatus anno VII. - - - - - Pag. 69.

1197. . . . . Indulgentiæ XL dierum ad fabricam Cathedralis eccleſiæ Arhuſienſis. Dat. Lateran. IX. Kal. Maii. Pontificatus anno VII. - - - - - - - - Pag. 69.

1197. . . . . Confirmatio Privilegiorum Monaſterii Sancti Thomæ de Paraclito. - - - - - - Pag. 70.

1197 *Abſalonis* Archiepiſcopi Lundenſis Sveciæqve primatis Donatio decimæ epiſcopalis de *Toakre*, Fratribus de Sora facta. ſ. anno. - - - - - - - - - Pag. 73.

Ad annum 1197 pertinere concludimus ex Scriptoribus Rer. Danic. T. IV. p. 471 tunc enim fertur *Abſalon* fratribus dediſſe villam *Toaker* in *Hallandia* ſitam, unde *ferrum de terra trahere, ſal decoqvere* et *carpenta* pro ædificiis ſufficienter habere poſſent. Fallit vero Auctor Libri Donationum Monaſterii Sorenſis, dum *Andream Sunonis* Archiepiſcopum dictam decimam monaſterio Sorenſi contuliſſe dicit l. c. p. 474.

1199 INNOCENTII III. Bulla confirmatoria ſuper Caſtro *Haſn.* Dat. *Lateran.* Idus Novembris Pontificat. Anno I. - Pag. 73.

Autograph. in Archivis Regiis aſſervatur.

1199. *Innocentii* III. Privilegia data monaſterio de Sor. *Laterani* IX Kalend. Decembr. Indict. II. Incarnat. Dominicæ MCXCVIII. Pontificatus Anno I. - - - - - - Pag. 74.

1202. *Petri* Epiſcopi Roſkildenſis Confirmatio eorum, qvæ *Abſalon* (Archiepiſcopus Lundenſis) ab anno 1158 ad annum 1201 monaſterio Sorenſi dedit. ſine Anno. - - - - Pag. 79.

1203. WALDEMARI (II) Dei gratia Danorum Sclauorumqve Regis, Ducis Jutiæ, Domini Nordalbingiæ Litteræ Confirmatoriæ privilegiorum Monachis Sti *Canuti* Othinienſis datorum, qvibus cenſum æſtivalem de *Othenſe* et x marchas Argenti de Inſula *Sild* inſuper iis confert. ſ. anno. - - - Pag. 286.

1203. . . . . Confirmatio data fratribus de *Errom* ſuper bonis in Hallandia poſſeſſis, qvæ ab ſervitiis et exactionibus juri Regio debitis emancipat et abſolvit. ſ. anno. - - Pag. 80.

1203. *Petri* Epiſcopi Aruſienſis Litteræ, qvibus eccleſiæ Sti *Clementis* de *Arus* poſſeſſiones qvasdam tam hæreditate, qvam emptionis titulo ad ſe delatas offert. Act. in curia *Threlthorp* XVIII Kal. Decembr. Anno verbi incarnati MCCIII. Anno Regis WALDEMARI regni I. Epiſcopatus XII. - - - Pag. 81.

In Codice Diplomat. Arhuſienſi fol. XX. a.

1204. INNOCENTII III. Bulla confirmatoria præbendarum in eccleſia Aruſienſi. Dat. *Laterani*. III. Non. Januar. Pontificat. anno VI. - - - - - - - - - Pag. 82.

In Cod. Diplomat. Aruſienſi fol. IV. b.

1204. WALDEMARI II. Exemtio omnium poſſeſſionum Eccleſiæ Arhuſienſis ab expeditione, *Stud*, *Qverſete* et omni Jure Regio. Dat *Ruthe* XVII. Kal. Aprilis. Anno incarnationis dominicæ MCCIIII. Anno Regni II. - - - - Pag. 83.

In Cod. Diplomat. Aruſienſi fol. XIII.

1205.

1205. WALDEMARI II. Confirmatio Privilegiorum Monachis in *Neſtvet* a Prædeceſſoribus ſuis datorum. Dat. Ringſtadis. ſine anno. - - - - - - - - - Pag. 85.

1205. *Andreæ* Archiepiſcopi Lundenſis teſtimonium ſe vidiſſe privilegia monachis in *Neſtuet* a Waldemaro II. data. MCCV. Pag. 85.

1206. *Andreæ* Archiepiſcopi Lundenſis, Suetiæqve primatis confirmatio privilegiorum Eccleſiæ Othinienſis. ſine anno. Pag. 85.

In Concilio Othiniæ 1206 *Andreæ* Archiepiſcopo præſide habito, has litteras datas eſſe crediderim. Vid. Script. Rer. Danic. T. I. p. 181.

1207. *Skelmonis* Electi Aruſienſis Confirmatio bonorum Capitulo Aruſienſi a *Petro* prædeceſſore ſuo oblatorum, cui addit omnes fundos epiſcopales infra civitatem, variarumqve præbendarum ex parte decimas (*). ſ. anno. - - Pag. 86.

(*) Secundum Script. Rer. Danic. T. I. p. 181 eligitur *Skielmo* 1204, rectius autem 1207. conf. Innocentii Papæ bullam ſeqventem, de cujus ætate nulla eſt dubitatio. et Script. Rer. Danic. T. III. p. 467. T. I. p. 243.

In Cod. Diplomat. Aruſienſi. fol. XXI. b.

1207. Innocentii III. Bulla confirmatoria ſuper bonis Capitulo Aruſienſi a *Petro* Epiſcopo et *Skelmone* Electo oblatis. Dat. *Laterani* Nono Kal. April. Pontificat. anno X. - - Pag. 87.

In Cod. Diplomat. Aruſienſi. fol. V. a.

1207. *Skelmonis* Epiſcopi Aruſienſis Declaratio ſe poſſeſſiones in *Aby*, cum Sylva *Stath* et *Brendisthorp*, ſibi a *Johanne*, fratre ſuo jure hæreditario relictas, eccleſiæ Sti Clementis obtuliſſe. ſ. anno. - - - - - - - - - Pag. 88.

In Cod. Diplomat. Aruſienſi. fol. XXII. a.

1209. WALDEMARI II. Confirmatio privilegiorum monachis in *Neſtuit* a ſuis prædeceſſoribus datorum, qva pro manſione *Riſtorp*

ſtorp in Falſtria immunitatem ab omni jure Regio conſeqvuntur. *Worthingburg* Anno MCCIX. Indictione XII. IX Kal. Octobris. Anno Regni VIII. - - - - - Pag. 88.

WALDEMARUS fratri CANUTO die 11 Novembris 1202, T. V. p. 456. T. I. p. 164. 1202 vita functo (ſed poſt 14 Novembris, ſecundum *Petri* Aruſienſis Litteras. p. 81.) ſuccedebat unde ad diem diplomate inſignem non niſi VII fluxere Septembres. vid. Script. Rer. Danic. T. IV. pag. 279. not. (r). Memoria igitur Rex lapſus; an error ſcribæ annum octavum poſuit? Prius tuto pernegamus, poſterius tot ſcriptorum monumenta et mos receptus Regibus annos computandi, extra dubium relinqvunt. Regulæ ſeqventes erant.

1) Electi, imperiiqve ſocii, ſive Dani ſive Norvegi, præter ERICUM *Plogpeningum*. pag. 130, et *Haqvinum* MAGNI Sveci filium ab anno 1343 ad Ann. 1374 æra regni litteràs nunqvam conſignabant.

2) *Monarchæ* Hæreditarii annos numerabant a morte Prædeceſſoris per ſic dictam *Jamling* ſ. periodum, qva vertente ad idem punctum temporis pervenitur unde numerandi initium fiebat.

3) *Electi* a Comitiis, qvæ diadema, Inſigne Regni iis deferebant, terminum a qvo incoarunt.

4) Dies feſtis et Kalendis more Romano diſtingvebant retrogrado ordine: noſtros enim XVIII Kalendar. Idus excipientem, vocaſſe primam Kalend. XVII ſecundam, XVI tertiam et ſic porro ſerie inverſa non eſt, ut probari poſſit. vid. G. Grubers Lehrſyſtem diplomatiſcher Zeitenkunde. Wien 1784. 80. p. 18. §. XV. Nec tamen negaverim veteres, ſingulos menſis dies Kalendas interdum vocaſſe, qvanqvam id valde rarum ſit. vid. ERICI *Plogpeningi* diploma. p. 130.

Hæc ſubditis religio, hæc norma, in qvam tum demum peccaverunt, ubi loca, a fatali Regibus nimis remota incolebant caſus lacrimabilis omnino ignari; cujus in Norvegicis habemus exemple. Ab hoc anno diplomatico *Civilis* et *hiſtoricus* multum differebat. *Civilis* in Dania iam per *Ariſtas* HALMA, iam per *Jamling*, qvæ præter annum naturalem, V Septimanis et VI diebus conſtabat, notabatur. In Norvegia vero *Noctis Natalitiorum* JOLA NÓTT habebatur ratio: qvot enim has noctes qvis exegerat, tot annorum eſſe cenſebatur. vid. Petri J. Reſ-

Reſenii Notæ ad Jus Aulicum Daniæ pag. 652. *Annus hiſtoricus* Scriptoribus rerum geſtarum, qvibus anni incepti pro completis erant, nulla menſium dierumqve deficientium ratione habita familiaris tempus mirum auget, ſive æram ab *annis ætatis* Regum ſive *regno* eorundem inceptam examini ſubjiciamus, ita ex. gr. CANUTUS ab Anno 1182 die 12 Maii ad diem 11 Novembr. 1202 regnavit luſtris qvatuor, et WALDEMARUS a morte fratris ad exitum ejusdem Anni, regnaſſe dicebatur *unum*. Qvod tempus XXI Annorum hiſtoricorum, veros tantum XIX annos, menſes VII, diesqve XXI faciebat. Exempla id generis ſuppeditat haud rara *Snorro*. et Script. Rer. Dan. T. I. ubi Waldemarus II. anno regni ſui III. ſed Dni 1204 in Norvegiam transiiſſe dicitur.

(*) Leges Scanicæ Libr. IV. Cap. XII. apud Weſtphalen Script. Rer. Cimbr. T. IV. p. 2043.

(**) Leges Cimbric. Edit. Ancher. Hafn. 1783. p. 37.

1211. *Petri* Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ protectoriæ datæ monachis de *Esrom*. Gröneſund anno verbi incarnati MCCXI. Pontificatus XX. - - - - - - - - - - Pag. 90.

1211. *Andreæ* Archiepiſcopi Lundenſis Litteræ protectoriæ datæ monachis de *Esrom*. *Gröneſund* Pontificatus anno. (qvi in codice deeſt.) - - - - - - - - - - Pag. 92.

1211. *Nicolai Petri* filii donatio dimidiæ portionis ſuæ unacum manſione in *Barhem*, monachis in *We* facta. Anno Incarnationis dominicæ MCCXI. - - - - - - - - Pag. 287.

In Bartholini Mſſ. T. VIII. p. 156 quod ex Autographo in Cartophilacio Roſenkrantziano exſcripſit.

1211. *Andreæ Sunonis* Lundenſis Archiepiſcopi Suethiæ primatis Confirmatio ſuper ſcotata manſione *Barem* fratribus in *We* per *Nicolaum Petri*. Anno incarnat. Dominicæ MCCXI. Pag. 287.

In Barthol. Mſſ. T. VI. p. 509.

1212. INNOCENTII III. Bulla confirmatoria data monaſterio de *Sora* ſuper decimis de *Bierbii* aqvilonari, domo de *Burg*, de *Bromage*.

mage. Dat. *Lateran.* IV. Non. April. Pontificat. anno XV. Pag. 288.

1214. FRIDERICI II. Romanorum Imperatoris Privilegium, qvo Regno Daniæ addit (*) omnes terminos ultra *Eldanam* et *Albiam* Romano attinentes imperio, et qvicqvid in *Sclavia* Rex KANUTUS tenuit Dat. apud *Mecios,* Anno Dominicæ Incarnat. MCCXIIII. Indictione II. confirmat. ab ALBERTO Romanorum Rege in *Conſtantia.* Anno Dnicæ Incarnationis MCCCIV. Indictione II. Regni anno VI. (**). - - - Pag. 94.

(*) *Nordalbingiam* diu ante, terrasqve ab aqvilone Albiæ ſitas ferunt Scriptores Danici T. II. p. 171. 623. T. IV. p. 23. 120. 163. WALDEMARUM I. *ab Imperatore* FRIDERICO I. *accepiſſe literis bulla aurea munitis ſibi datas, easqve* INNOCENTIUM *papam* III. *confirmaſſe. Qvæ diplomata* (addunt) *poſt mortem Regis Abel qvædam mulier Teutonica filia diaboli (Mechtildis nempe relicta Abelis Conjux), in odium Danorum deſtruxit.*

Sed in his qvidqvam fidem vix meretur. Etenim ſi Litteris olim Daniæ, terras Albiæ, Imperator obtulerit, cur hic nulla iſtius rei mentio, et cur qvæſo Regina cum illis præſentes non perdidit, gnara in his cæterarum robur et vim omnem eſſe. Has vero diu poſt Mechtildem ſuperfuiſſe Alberti Regis Germanorum confirmatio probat. Verum qvam ſeria fuerit hæc oblatio novo foedere ambos inter auctoritate Honorii III. anno 1217 pacta Raynald T. XIII. p. 244 ejusdem *Friderici II.* litteris ad *Conradum* Epiſcopum Hildesheimenſem Anno 1224 ſat luculenter patet. Inter alia tunc ſcribit. Sane relatum eſt celſitudini noſtræ, qvod Rex Daciæ ac filius ejus capti a Comite H. de Zwerin dilecto fideli noſtro, in cuſtodia detinentur, qvi Rex, ſicut tu ipſe noſti, præter præcedentem cauſam, multa de bonis imperii occupavit, ad nos et imperium, reſpectum, qvem debuit, non habendo, unde cum ad recuperationem bonorum imperii totis viribus et affectibus anhelemus, ut ipſa poſſimus ad imperium revocare affectionem tuam rogandam duximus omnibus modis et monendam, qvatenus ad hoc qvod ipſe Rex et filius ejus ad manus veſtras deveniant prorſus et totaliter elabores, facturus qvicqvid venerabilis Erbipolenſis Epiſcopus promiſit vel dehinc promiſerit Comiti prædicto,

dicto, et ipſe promittas cum eo, qvia nos illud ratum habebimus, et omnia cum conſilio tuo curabimus efficaciter obſervari. vid. *Schannat* Vindem. Litterar. Coll. I. p. 194.

(**) Vidiſſe pag. 97. laudatum in Archivo Regio Aſſervatur.

1216. WALDEMARI I. Litteræ ſuper Inſula *Thund* ſcotata Eccleſiæ Cathedrali *Aruſienſi*, cum eadem emunitate, qvam habet in aliis ſuis poſſeſſionibus, et jure *Wareti*, qvod in toto regno Rex alias ſibi reſervaverat, pro molendino in *Walby* et poſſeſſionibus in *Nesby*, atqve *Hythning*. Act. in curia *Samsö* in feſto Sti Clementis Regni Anno XV. - - - - Pag. 96.

In Cod. Diplomat. Aruſienſi. Fol. XI.

1217. HONORII III. Bulla confirmatoria omnium qvæ *Petrus*, et *Skælmo* Epiſcopi, Capitulo *Aruſienſi* pia liberalitate conceſſerant. *Laterani*. II Kal. Februar. Pontificat. anni I. - - Pag. 97.

1217. HONORII III. Bulla, qva Canonicis Capituli Aruſienſis tertiam partem oblationum qvæ intuitu Sancti *Nicolai* Eccleſiæ Cathedrali offeruntur, præter victualia delata, confirmat. *Lateran.* II Kal. Februar. Pontificat. Anno I. - - - - pag. 98.

1223. HONORII III. Bulla protectoria data monaſterio de *Esrom*. *Lateran.* X Kal. Novembr. Pontificat. anno IIX. - Pag. 99.

1223. HONORII III. Bulla protectoria monachis de *Sora* ſuper poſſeſſionibus de *Brebihalleſe*, *Nubo*, *Suſethorp*, *Bronhoug* et *Gislinge* data. *Lateran.* VI Kal. Novembris. Pontificat. anno IIX. - - - - - - - - Pag. 99.

1224. (*) WALDEMARI II. Transactio pro (**) liberatione ſua inita. Acta anno incarnationis Dominicæ MCCXXIIII, menſe Julio IV Nonis Julii Indictione XII. - - - - Pag. 289.

(*) In Origg. Gvelphic. T. IV. p. 85. Leibnitio ex Archivis Zwerinenſibus communicat.

(**) Qvod longo tempore conſiliis germanorum clam agitatum fuit, id anno tandem 1223 doſo exſeqvuntur. Enim vero ex verbis

verbis *Bernhardi*, Ducis, qveis in Comitiis præside Ottone IV, Brunsvigæ celebratis 1208, æneum ſupra pallatium poſitum Leonem ſic alleqvebatur: Qvousqve hiatum vertis ad Orientem? deſine, nam habes qvod voluiſti, convertere nunc ad Aqviſonem. Arnold. Libr. VII. Cap. 18. Nihil boni ominari valuit Auguſtus noſter. Ut vero his obviam iret, protectoriis munire regnum bullis, et jure canonico avertere fraudes et vim hoſtium conatur. Hinc tot Innocentii datæ diverſo tempore Laterani litteræ, qvibus. 1) Ottonem Imperatorem monet, ut Teutonicos Regnum Daniæ, pugnante WALDEMARO Rege adverſus paganos, infeſtantes, cohibeat et reſtænet. II Kal. Nov. Pontificat. Anno X. Epiſtolar. T. II. p. 362. 2) Reges et principes Regno Daniæ conterminos monet, prohibetqve, ne Regnum invadant, aut jura Regis Danorum minuere præſumant. III Kal. Febr. Pontificat. Anno XII. Epiſtol. T. II. p. 394. 3) WALDEMARUM II., et Regnum Daniæ, Cruce ſignatum in tutelam apoſtolicam ſuſcipit. Nonis Maii. Pontificat. Anno XIII. Raynaldi Annal. Eccleſiaſt. T. XIII. p. 178. conf. Honorii III. Inhibitio ad finitimos Daniæ Reges populosqve, neqvis Regnum Daniæ invadere vel turbare aut jura Regis ejusqve hæredum minuere audeat. Laterani XVI Kal. Decembr. Pontificat. Anno V. Raynaldi Annal. Eccleſ. T. XIII. p. 277. Verum Rex his armis erat tutus, donec pacis operibus totus operam navabat, bellonæ artes tranqvillis temporibus haud neceſſarias arbitratus. Sed fefellit eventus, ut debuit, fœdifragos hoſtes, nec enim aliqvando transactionem primam conſenſu munivit Rex, nec alteri unqvam ſatisfactum. Vid. C. Ludv. Scheidii Tractatus de Regio Wandalorum Titulo. Origg. Gvelphicæ T. III. p. 87. p. 90. in Præfat. Staphorſt. Hiſt. Eccleſ. Hamb. T. II. p. 28. Raynald. Annal. Eccleſ. T. XIII. p. 334. Grammii Notæ ad Meurſium p. 385. ſeqqv. C. L. Scheidii Tractatus inter Acta Regiæ Societatis Danicæ, T. I. p. 8. T. II. p. 171. de Dania feudali nexu imperio Germaniæ nunqvam juncta.

1225. WALDEMARI II. Alia Transactio ſuper liberatione ſua et filiorum. Incarnat. Dominic. MCCXXV. XV. Kal. Decembr. Pag. 293.

Ex Autograph. in Archiv. Zwerinenſ. vid. Origg. Gvelphic. T. IV. p. 87. Præfation.

Hac de Re conf. Script. Rer. Danic. T. II. p. 259.

1225. *Nicolai* Epiſcopi Roſkildenſis privilegium Capitulo Roſkildenſi datum anno Incarnat. dominicæ (*) MCCXXV. Pontificatus anno I. - - - - - - - Pag. 100.

(*) Hinc patet *Nicolaum* ante annum 1226, qvem Chronolog. Dan. Script. Rer. Dan. T. II. p. 525. conf. T. II. p. 625. T. I. p. 244. et *Hvitfeldius*, ſedem aſcendiſſe Roſchildenſem ponunt. T. II. p. 122.

1226. WALDEMARI II. Confirmatio terminorum qvos inter *Thyurlund*, *Colby* et *Gothathuet* XII viri iuraverunt. ſ. ann. Pag. 101.

1226. Concordia de Limitibus Marche inter Cives *Rigenſes* ex una, et Monachos Dunemundenſes ex altera. Actum in *Riga* Anno Incarnat. Dominic. MCCXXVI. XVI Kal. April. - Pag. 295.

Ex Codice Privilegia Rigenſibus data continenti. fol. 41. Apograph. Chartac. No. 162. d.

1226. HONORII III. Privilegium fratribus monaſterii b. Mariæ, Sanctorumqve martirum CANUTI et *Albani* Othinienſium data *Lateran.* XVIII Kal. Decembr. Indictione I. Incarnat. Dominicæ MCCXXVI. Pontificat. Anno XI. - - - Pag. 101.

1228. WALDEMARI II. Privilegia data Civibus de *Brunsvik*, qvo ſub tutelam Regiam ſuſcipiuntur, a teloneo liberi declarantur, et res ſuas naufragio ereptas poſſidendi jure donantur. Dat. Anno Dni MCCXXVIII. Idus Septembris. - - - Pag. 104.

Autograph. poſſedit. olim Polycarp. Lyſerus, cujus Vidiſſe Arnæ Magnæo communicavit 1726. poſtea impreſſum in Origg. Gvelphicis. T. IV. p. 111. conf. *Rehtmeiers* Braunſchweig-Lüneburgiſches Chronicon. T. I. p. 468.

1228. GREGORII IX. Privilegia data Monaſterio de *Sora*. *Lateran.* VIII Kal. Martii. Indictione I. Incarnat. Dominicæ (*) MCCXXVII. Pontificatus anno I. - - - - - - - - Pag. 104.

(*) Computationis noſtræ. 1228.

1228. Gregorii IX. Privilegia data monaſterio de *Esrom*. Dat. *Laterani*. viii Kal. Martii. Indict. i. Incarnat. Dominicæ Mccxxvii. Pontificat. anno i. - - - - - - - - - Pag. 108.

1230. *Nicolai Nicolai* Comitis filii Scotatio villarum *Huſeby* et *Sketherud* fratribus in *Esrom* facta, pro xx marchis auri. ſ. anno. Pag. 113.

Qvo anno Terram Sanctam adierit et has villas vendiderit *Nicolaus*, ac ejus origo, æqve incertum eſt, poſt annum vero 1211 factum eſſe, litteræ Andreæ Archiepiſcopi Lundenſis et Epiſcopi Roſkildenſis ſupra pag. 90. 92 Monaſterio Esromenſi datæ monent *Huſeby* et *Sketerud* omnino tacentes. Qvid qvod ex Regum, utriusqve nempe Waldemari ſilentio de *Nordalbingia*, cujus dominium ſub finem Anni 1225 ſibi abdicarunt, patet, inter hunc et ann. 1231 Waldemaro Juniori emortualem ea accidiſſe. Et fere certus dixérim Scotationem *Nicolai*, atqve Regum Confirmationem ſolénniter actas eſſe in Comitiis apud *Wordingburghum*. 1230 menſe Auguſti.

1230. Waldemari Junioris confirmatio ſuper *Huſeby* et *Sketheruth* fratribus in *Esrom* a *Nicolao* Greveſun venditis. ſ. an. Pag. 115.

1230. Waldemari II. Confirmatio ſuper *Huſeby* et *Sketheruth* fratribus in *Esrom* a *Nicolao Greveſun* venditis. ſ. an. Pag. 116.

1230. . . . . Litteræ, qvibus *Nicolao* Epiſcopo Roſkildenſi Inſulam *Saltholm* donat. apud *Wordingburgh*. Mccxxx. Kal. Aug. - - - - - - - - - - - Pag. 117.

1230. Communitatis Rigenſis cum Curonibus nomen Chriſto dantibus inita concordia, qva hi de ſingulis uncis annuatim dimidium navale talentum ſiliginis, et de Erpica vulgo *Egede*, tantum, ut et ſacerdotibus victum dare promittunt. Actum in Riga Anno Incarnat. Dominicæ Mccxxx. - - - - Pag. 298.

Ex Autographo membran. Archivi Civitatis Rigenſis. Apograph. Chartac. No. 162. d.

1232.

1232. Erici (*) Regis Privilegia Suſatienſibus data. Anno dominicæ Incarnationis MCCXXXII (**). - - - Pag 299.

(*) Cognomine *Plogpening*, qvod, poſtqvam Anno 1249 *totam Daciam contuliſſet ad denarios Redanos ſive Aratrales.* Vid. Script. Rer. Dan. T. 1. p. 245 affirmat *Hvitfeldius* a gente novitatatem tributi exoſo, Regi impoſitum dixit. Sed fuere diu ante nummi aratrales noti. Etenim ſi Codice *Klevenfeldiano* fides Seqvens edictum ad Annum Chriſti 1236 pertinet.

Waldemarus dei gratia Danorum ſclavorumqve Rex Harthæſyſſæl inhabitantibus ſalutem et gratiam. Scire debetis pro certo, qvod a ſolucione denariorum illorum, qvi de aratris debentur, pro fabrica nulli exempti ſunt, ſed ſicut laici, ita et clerici et omnes clauſtrales ad illorum denariorum ſolucionem ſunt obligati. ex Cod. Klevenfeld.

(**) Diploma Autographum illuſtr. Franc. Dom. *Haeberlin* (poſtqvam illud in Analectis Medii ævi Norimb. 1764. 8. p. 226. ediderat) Archivo Regio obtulit, ubi ſeu pulcherrimum ævi ſui et datoris monumentum aſſervatur.

1234. Waldemari II. Libertas Monachis de *Sora* ab expeditionis gravamine, *Stud*, et ab omni Jure Regio in bonis iisdem collatis per *Esbernum Nicolai* conceſſa pro poſſeſſionibus dicti Clauſtri in *Suerthinge* et centum marchis Argenti puri. Dat. (*) *Moſusethſund* (apud *Wordingburg*) Anno ab Incarnatione Domini MCCXXXIV nono Kal. Junii. - - - Pag. 117.

(*) Rectius *Maſnetſund.*

1234. Gregorii IX. Bulla ad Epiſcopum Ripenſem, Priorem Sti *Nicolai* et Archidiaconum ibidem, ut remota appellatione eos, qvi in fratres de *Sora* injuſtas ſententias per provinciam Lundenſem conſtiterit promulgaſſe, ad ſatisfactionem cogant. Dat. *Peruſii.* VI Kal. Novembr. Pontificat. anno VIII. Pag. 118.

1234. . . . . Bulla, qva gravamina ordini Ciſtertienſi imponi præter fas coepta, variosqve contra ordinis inſtituta abuſus interdicit. *Peruſii*, X Kal. Novembr. Pontificat. ann. VIII. Pag. 120.

1234. Gregorii IX. Mandatum ad Archiepiſcopum Lundenſem et ſuffraganeos, ut invaſores bonorum Monaſterii de Sora, laicos excommunicent, clericos vero ab officio ſuſpendant, neutram relaxaturi ſententiam, donec læſis ſatisfactum fuerit. *Peruſii*, VIII Kal. Novembr. Pontificat. anno VIII. - - Pag. 121.

1234. . . . . Privilegium datum monachis de *Sora*, ne ultra duas dietas a monaſterio proprio, ſuper iſtius bonis intra easdem ſitis per litteras Apoſtolicas trahi poſſint in cauſam. Dat. Peruſii VIII Kal. Novembr. Pontificat. Anno VIII. Pag. 123.

1234. . . . . Privilegium, ut fratres de Sora hominibus ad ejusdem monaſterii ſervitium commorantibus, qvi non poſſunt de facili ſuorum habere copiam ſacerdotum, ſacramenta valeant exhibere. *Peruſii*, VI Kal. Novembr. Pontificat. Anno VIII. Pag. 124.

1234. . . . . Bulla mandataria ad Archiepiſcopum Lundenſem et ſuffraganeos aliasqve eccleſiaſticas perſonas, ut invaſores malefactoresqve Monaſterii *Eromenſis* laicos excommunicationis, clericos vero ſuſpenſionis ab officio ſententia percellant, neutram relaxaturi, donec dicti Monaſterii fratribus plenarie ſatisfactum fuerit. Dat. Peruſii VI Kal. Novembr. Pontificat. ann. VIII. Pag. 124.

1234. . . . . Privilegium, ut fratres, qvos pro cauſis Monaſterii Sorenſis cum litteris munitis ſigillo Abbatis ejusdem deſtinari contigerit, exceptione qvod Sigillum Archetypon non habeant, haud valente admittantur. Dat. Peruſii V. Id. Decembr. Pontificat. anno VIII. - - - - - Pag. 126.

1237. Waldemari II. Confirmatio privilegiorum fratribus de *Erom* a Waldemaro I. conceſſorum, immunitatem a ſervitiis, exactionibus, et omni jure Regio iis adſerens. Dat. *Roſkildis* Anno

Anno Gratie Mccxxxvii. menſe Martio pridie Idus menſis ejusdem. - - - - - - - - Pag. 127.

1238. Waldemari II. (*) Compoſitio inita cum ordine Teutonico et ejusdem Magiſtro *Hermanno*. Dat. *Stenby*. Anno Domini Mccxxxviii. vii Idus Junii. - - - - - Pag. 300.

(*) Confr. Raynaldi Annal. Eccleſiaſt. T. xii. p. 445. Joh. Grammii Notæ ad J. Meurſii Hiſt. p. 396.

1239. Erici Regis privilegia data fratribus monaſterii de *Neſtweth*. Dat. *Orthingiburch*. Anno Domini Mccxxxix. Anno Regni vii. Pag. 128.

1239. Waldemari II. Litteræ qvibus fratribus de *Esrom*, *Brethas* et *Arlogsborneruth* vendit juſto pretio. Acta apud *Worthingborgh*. Anno Domini Mccxxxix. viii Kal. Junii. Pag. 129.

1239. Erici Regis Dotatio Eccleſiæ Revalienſis. Act. *Wartingborch* Anno Domini Mccxxxix. iii Idus Septembr. Pag. 130.

In anno certe mendum latet, et nullus dubito, qvin ad Annum 1249 pertineat, nec enim patrem 1239 in vivis agentem *felicis recordationis* dicere potuit. Adde qvod pium hancce Regis liberalitatem ad Annum 1249 Hvitfeldius referat in vita Erici p. 195. J. Meurſius Hiſt. Danic. Ed. Flor. p. 409.

1239. Erici Regis confirmatio lxxx (*) Uncorum, qvos Rex Waldemarus, *Thorkillo* Epiſcopo *Revalienſi*, in Eſthonia aſſignaverat. Dat. *Roſkildis* Anno Domini Mccxxxix. menſe Octobris (**) xi. Kal. ejusdem. - - - - - - Pag. 130.

(*) *Uncus*, Gr. ὄγκος v. ὄγκινος, Franc. *Hasco*, Iſl. *Haki*, Dan. *Hage*, propvie ſignificat cuspidem incurvam. Synechdochice dicitur de inſtrumento qvolibet incurvo, in ſpecie de vomere Germaniæ Borealis incolis olim uſitato, a qvo iterum deſcriptum terræ ſpatium nomen *Haake* apud Eſtones in hunc diem obtinuit, et convenit ratione nominis Holſatorum *Pflug* aratro, ſeu Latinorum *Jugero*. Sanoniæ inferioris incolæ, Pomerani et Meklenburgenſes *Hakenbuſe* terræ partem vocant qvod uno

per annum aratro ſcindi opportune poteſt. Vid. Polyhiſtorum Germaniæ principis Illuſtr. J. Adelungi Verſuch eines vollſtändigen grammaticaliſchen Wörterbuche der hochdeutſchen Mundart. 2 Th. 901. 903.

(**) Ex hoc Hypographe docemur majores noſtros morem Romanis contrarium interdum adhibuiſſe, Kalendas computandi. Hic omnes Menſis dies ordine rectigrado Kalendæ vocantur, in aliis vero more Romanorum retro numeratæ ſunt.

1240. Waldemari II. mandatum, ut Eſtonienſes Epiſcopo Revalienſi decimas decimarum ſolvant. Dat. *Wartinchhorg* Anno Dni Mccxl. xix Kal. Auguſti. - - - - - Pag. 131.

1240. *Waldemari II.* Litteræ, qvibus *Thorkillo* Eccleſiæ Revalienſis Epiſcopo xl uncos in *Wirenia* concedit, donec *Wirenſi* eccleſie proviſum fuerit in prælato, poſſidendos, et ſibi ſuisqve ſucceſſoribus jus eligendi, et præſentandi. electum eccleſiæ Revalienſis, perpetuo reſervat. Dat. Anno Dni Mccxl. Kal. Octobris xvii. - - - - - - - - - Pag. 131.

1241. Ottonis Ducis de *Brunſwik* litteræ, qveis domi beati *Johannis* Baptiſtæ in *Andvordſchov* villam *Ramſöö* cum Stagno ejusdem nominis et duobus molendinis, cenſum vii orarum in *Bothorp* et unius marchæ in *Gamelruth*, uniusqve oræ in *Salohön* pro cccxx marchis argenti puri vendit. Actum Roſkildis Anno Dominicæ incarnationis milleſimo. ccxli. desimo Kalendas Julii. - - - - - - - - Pag. 133.

1241. Erici Regis litteræ, qveis omnes terras Canonicorum eccleeccleſiæ *Roſkildenſis* et ipſorum colonos omnes et *Garthſæta* ab expeditione, et *Stuth*, et omni jure regio liberos eſſe concedit et exemptos, in perpetuum. Actum *Roſkildis*. Anno dominicæ incarnationis Mccxli. menſe Julio. ſexto nonas ejusdem. Pag. 134.

1242. Erici Regis compoſitio cum *Torkillo* Epiſcopo *Revalienſi*, qva huic conceditur jus de viginti uncis duo talenta ſingulis annis

nis recipiendi donec Rex in *Eſtoniam* venerit. Actum *Nackſkoych* Anno Domini Mccxxxxii. Kal. Jul. xii. - Pag. 135.

1242. Erici Regis litteræ, qveis, præter confirmationem privilegiorum fratribus monaſterii Sti Canuti Otthonienſis a ſuis prædeceſſoribus datorum, eorum molendina ab omni impetitione libera eſſe concedit. Datum *Othenſe*, Anno domini Mccxlii. iii Idus Novembris. - - - - - - Pag. 135.

1242. *Abelis* Ducis Jutiæ confirmatio privilegiorum, qvæ majores ſui fratribus monaſterii Sti Canuti Otthonienſis dederant. ſine anno. - - - - - - - - - - - Pag. 136.

1243. *Petri* Præpoſiti *Roſkildenſis* teſtimonium ſuper ſcotatis ab *Symone* de *Höm* Clauſtro b. *Claræ Roſkildenſis* terris in *Bregnethwet* et *Proghönſtrop*. Anno domini Mccxliii. qvarto. nonas Julii. - - - - - - - - - - - - Pag. 137.

1243. Innocentii IV. confirmatio compoſitionis inter Regem Daciæ et ordines Livoniæ ſuper *Revalia*, *Vironia*, *Harria* et *Gervia*. Dat. *Anagniæ* viii. Kal. Octobr. Pontificatus Anno i. Pag. 304.

1244. . . . . Bulla prohibitoria, ne qvis de bonis monaſterii *Sorenſis* ſive ante concilium generale, ſive poſt id, acqviſitis, decimas exigere audeat. Dat. *Laterani* Duodecimo Kalendas Martii Pontificatus anno primo. - - - - - Pag. 137.

1244. . . . . Bulla prohibitoria ut nemo a monachis monaſterii *Sorenſis* de animalium ſuorum nutrimentis decimas exigere, eorumve benefactores ob præſtita obſeqvia excommunicare audeat. Dat. *Laterani*. ſecundo Kalendas Martii Pontificatus anno primo. - - - - - - - Pag. 138.

1244. Innocentii IV. Bulla protectoria data Conventui monaſterii de *Sora*. Dat. *Lateran*. Kalendas Martii pontificatus anno primo. - - - - - - - - - - - - Pag. 139.

1244. . . . . Bulla prohibitoria ne rectores eccleſiarum, in qvorum parochiis oves monaſterii *Sorenſis* paſcuntur, decimas de earundem lana, lacte et agnis exigere præſumant. Datum *Laterani* Kal. Martii Pontificatus anno primo. - Pag. 140.

1244. . . . . Bulla, qva privilegia data conventui Ciſtertienſis ordinis de *Sora* confirmat. Dat. *Laterani* VI nonas Martii pontificatus anno primo. - - - - - Pag. 141.

1244. . . . . Bulla prohibitoria, ne fratres monaſterii *Sorenſis* ad Synodos, forenſes conventus vel hujusmodi capitula adire cogantur. Datum *Laterani* tertio nonas Martii pontificatus anno 1. - - - - - - - - - Pag. 141.

1244. . . . . Bulla, qva ſententiæ excommunicationis et interdicti a prælatis eccleſiarum in benefactores ſeu famulos monaſterii *Sorenſis* latæ, irritæ cenſentur. Dat. *Laterani* ſecundo nonas Martii Pontificatus anno primo. - - Pag. 143.

1244. . . . . Bulla mandatoria ad præpoſitum eccleſiæ *Lundenſis* ut qverelas capituli *Aruſienſis* contra ſuum Epiſcopum, eorum privilegia et conſvetudines infringere molientem examinet et appellatione remota decerner. Dat. *Lateranis* III Kal. Aprilis, Pontificatus anno primo. - - - - Pag. 144.

1244. . . . . Bulla mandatoria ad præpoſitos eccleſiarum *Lundenſis* et *Slesvicenſis*, ut cauſam inter Epiſcopum *Aruſienſem* et capitulum ibidem ſuper electione canonicorum ortam ſine debito terminent. Dat. *Lateranis* V. Idus Aprilis, Pontificatus anno primo. - - - - - - - Pag. 142.

1244. Erici Regis privilegium, qvo omnes terræ, qvas Canonici *Aruſienſes* ubicunqve, emerint, qvingentis marchis, acceptis a *Nicolao* Epiſcopo *Roſkildenſi* pro bonis in *Giæſning*, ab expeditionis gravamine, (*) *Stud*, (**) *inne* et omni jure regio liberæ declarantur. Datum *Lundis* anno Domini Mcc. qvadrageſimo qvarto. KL. Octobris quarto decimo. - Pag. 146.

(*) *Stud*, propriè fulcrum, pecunia collatitia. ut Jur. Cimbr. Libr. II. Cap. XXI. Kreue *ſtuth* aff fine frænder. ab at *ſtoda*, *ſtyrre* ſubvenire, adjuvare: translate ſymbolum, vel tributum, Hoc ſingulis annis bis ab incolis ſolvebatur hieme media, et æſtate; unde *Vinther* oc *Varſtud* vid. Waldemari II. Cadaſtrum in illuſtr. Lagerbringii Monument. Scanic. T. I. p. 81. Et qveniam ſemper non idem valore erat, oppoſitum illi ponitur ſemper *Inne*.

(**) *Inne*, tributa ordinaria incolis annuatim perſolvenda. vid. Leg. Scanicæ Lib. XVII. Cap. *Inne* ſolutio, *Inne* ſolvere.

1245. *Uffonis* Archiepiſcopi *Lundenſis* confirmatio compoſitionis litis ſuper collatione præbendarum actæ inter Epiſcopum *Aruſienſem* et capitulum ibidem, qva cum reſidentibus et aliis canonicis, qvorum copia haberi poteſt, de electione inſtituendi canonici communiter tractare ſe obligat Epiſcopus. Anno Domini MCCXLV. qvinto decimo KL Februarii. - - Pag. 146.

1245. Innocentii IV. Bulla prohibitoria, ne absqve aſſenſu prioris et capituli eccleſiæ *Ottonienſis* ordinis ſancti *Benedicti* Epiſcopo officium paſtorale exſeqvi non valenti coadiutor aſſocietur. Datum *Lugduni*, VII Idus Februarii Pontificatus anno ſecundo. - - - - - - - - - - Pag. 148.

1245. . . . . Bulla protectoria data fratribus monaſterii ſancti Canuti Otthonienſis. Datum Lugduni XIII Kal. Martii. Indictione II. Incarnationis Dominicæ Anno MCCXLIIII. Pontificatus Anno ſecundo. - - - - - - Pag. 148.

1245. *Gunneri* Ripenſis Epiſcopi ſtatutum, ut fructus primi anni, qvo qvis ad ſingulas in ſua dioeceſi eccleſias vocatur, devolvantur ad eccleſiam cathedralem, ad ſolvenda ejus debita contracta ob liberationem *Fuvonis* Epiſcopi ex carcere Theutonico. Datum Anno Domini MCCXLV decimo ſeptimo Kalendas Octobris. Pag. 152.

1246. *Ebbonis* Epiſcopi Aruſienſis Inſtitutio duarum in eccleſia ſua cathedrali præbendarum, datis eidem in hunc finem bonis in *Syrækiær*, (*) *Giaf* in *Wæthelby*, manſione in *Avelsthorp*, obventionibus omnibus de eccleſia *Folby* et de manſione epiſcopali in *Kunxſtorp*, tertia parte decimarum, reditu eccleſiæ *Sinning*, manſione in *Calzstat*, cum eqvitiis et proventu eccleſiæ *Tiſlæſt*. etc. (**). ſ. a. - - - - - - Pag. 153.

(*) *Giaf* tributum annuum a ſingulis parochianis epiſcopo debitum. Islandis hodiernis *Giaftöllr*. a *Giefa* hod. *Gife* dare; *Giaf* igitur donum eſt, originem tributi docens, fuiſſe voluntariam, proceſſu autem temporis neceſſitatem ſubiiſſe, et qvod olim arbitrio pendebatur, poſt lege irrogatum. Ut qvæſtoris regii erat, cenſum colligere, ſic Præpoſiti epiſcopis ſolvenda diligenter coëgerunt, donec Chriſtianus III. Ordinatione Eccleſiaſtica fol. 70 curam lucrandi animas iis ſolum eſſe juſſit.

(**) Vid. Litteræ ſeqventes.

1246. *Ebbonis* Epiſcopi *Aruſienſis* conventio inita cum capitulo, ſecundum qvam duo trientes rerum Sto *Nicolao* oblatarum ædificio eccleſiæ cathedralis, pars vero reliqva cum cibariis Canonicis, cedant. (*) ſ. a. - - - - Pag. 154.

(*) *Nicolaus* Aarhuſienſis obiit ſecundum Chronicon *Erici* Pomerani Anno 1180. Oportet ergo diploma hoc eſſe *Ebbonis* qvi An. 1246, fit Epiſcopus Aarhuſienſis. Alias *Eſgero* 1249. ſuccedenti adſcribi poſſet, niſi E. Pontoppidanus docuiſſet *Ebbonem* hunc in oves, lupi magis, qvam Paſtoris vice functum eſſe, Annal. Eccl. Dan. Diplomat. T. 1. p. 588.

1246. Innocentii IV. Bulla mandatoria ud *Symonem* de *Alueruia* Ordinis fratrum minorum, ut crimina *Nicolao Stigothi* Epiſcopo

ſcopo *Roſkildenſi* a Rege Erico objecta diligenter examinaret et ſedi Apoſtolicæ acta rei geſtæ ſigillo ſuo munita mitteret (*). Dat. *Lugduni* XII Kal. Auguſti pontificat. anno qvarto. Pag. 154.

(*) Qvam neſcivit *Hvitfeldius*. T. II. p. 177. cauſam diſſidii inter Regem et *Nicolaum* hinc optime docemur. Et ex hoc fonte maxime puro ſua etiam hauſerunt L. *Waddingus* in Annal. Minorum T. III. p. 146-47. Edit. nov. et Odoric. *Raynaldus* Annal. Eccleſiaſt. T. XIII. p. 560, ubi errore calami *Robſadenſem* pro *Roſkildenſi* et *Neswicenſem* pro *Slesvicenſi*, epiſcopos vocat.

1246. *Saxonis Thorberni* filii donatio villæ *Nothebothe* facta monaſterio de *Esrom*, ob reverentiam parentum ſuorum et uxoris ſuæ *Mafild*, qvi ibidem requieſcunt. Actum *Slangethorp* anno domini Mcc. qvadrageſimo ſexto, ſextodecimo Kalendas Septembris. - - - - - - Pag. 155.

1246. *Wyzlavi* utriusqve et *Jamborii* Principum Rugiæ Litteræ, qvibus Monaſterio Bergenſi in Rugia *Roſkildenſi* dyoeceſeos, Jurisdictionem, ſuper omnem ſuam familiam, tam altam qvam baſſam perpetuis temporibus donarunt. Datum in novo campo. Anno dnicæ incarnat. MCCXLVI. in die *Tiburtii* et *Valeriani* martirum. - - - - - - - Pag. 304.

Ex Apograph. (deſumto ex Codice coenobii Bergenſis) No. 162. e.

1247. *Offonis Gripp* apud *Sanctum Michaelem* Prioris litteræ reverſales, datæ *Jacobo Gret* Priori Ottonienſi, pro conceſſa ſibi venia ſcholam particularem habendi. Anno Domini MCCXLVII. Profeſto purificationis virginis glorioſe. - - Pag. 157.

1247. Innocentii IV. Bulla miſſa Epiſcopo *Slesvicenſi*, priori predicatorum provinciali, et miniſtro minorum fratrum de Dacia, ut per regem reſtitui faciant Epiſcopo *Roſkildenſi* Caſtrum de *Kopmanne Hafn* cum aliis rebus epiſcopalibus, et ut permittatur ei in ſua dioeceſi libere commorari. Dat. *Lugduni* XIII Kal. Januarii, Pontificatus anno qvinto. - - - Pag. 158.

1248. Erici Regis Litteræ, qveis Civibus de Riga confirmat Privilegia a Waldemaro II. data, Jusqve *Lubicense* concedit. Dat. *Worthinghorch.* Anno Dni MCCXLVIII. Idus Maii. Pag 306.

Ex Apograph. Chartac. No. 162. f.

1248. Innocentii IV. Bulla, qva jubetur Episcopus Slesvicensis fructus et redditus Ecclesiæ *Roskildensis* Episcopo exulanti reservare. Datum *Lugduni.* IIII. Non. Aprilis Pontificatus anno qvinto. - - - - - - - - - Pag. 159.

1248. . . . . Bulla missa Episcopo *Slesvicensi* ut præsumta in præjudicium Jurisdictionis Episcopi *Roskildensis* ipso exsulante in ipsius civitate et dioecesi in debitum statum revocaret. Dat. *Lugduni* III. Idus Aprilis, Pontificat. anno qvinto. Pag. 161.

1248. . . . . Bulla protectoria data fratribus monasterii de *Sora.* Datum *Lugduni* nonas Octobris indictione sexta dominicæ incarnationis anno millesimo ducentesimo qvadragesimo octavo. Pontificatus anno sexto. - - - - Pag. 162.

1248. *Jon* filii *Jon*, filii *Rœymoth* litteræ qveis testatur, se fratribus de *Esrom* terram XIX (*) horarum et I Solidi in *Vitherlöse Litla* cum omnibus attinentiis suis legaliter scotasse pro terra unius Marcæ et II solidorum in *Laugeruth* terra I Marcæ in *Horæthorp*, et una curia in *Copmannæhaven* in parochia Stæ *Mariæ*. Acta sunt hæc et scotata, primum apud monasterium de Esrom, secundo apud Slangethorp. Thryggæhæræths Thing. tertio in Landsthyng. *Rinstad.* Anno Domini MCCXLVII. XIII Kal. Decembr. - - - - - Pag. 166.

(*) Ororum Dan. Öre.

1249. Erici Regis confirmatio super bonis *Huseby* et *Scheterut* a *Nicolao Græveſun* scotatis fratribus de *Esrom.* Dat. anno domini Mcc. qvadragesimo nono. *Roskildis.* - - - - Pag. 168.

1249. *Abelis* Ducis Jutiæ litteræ protectoriæ datæ fratribus de *Errom.* Dat, apud (*) *Commannafanth* anno domini MCCXLIX. qvarto KL. Maii. - - - - - - Pag. 169.

(*) Copmannehafn *vel* Kiöbmannehafn *legend.*

1249. Contractus inter JAROMARUM Principem *Ruyanorum* et ſuum cognatum *Boranten* de *Borantenhagen* ſuper hujus portione patrimoniali, ſc. tota parochia *Borantenhægen;* tota terra *Redenyſe* cum parochia *Lanken;* tota terra *Streye* excepta ejus qvadam parte Comiti de *Ghuſkov* obligata; tota parrochia *Vilmeuytze;* tertia parte *Jasmundiæ.* Dat. *Stetyn* Anno Domini Milleſimo CCXLIX XVI Kal. Junii. - - - - Pag. 170.

1249. ERICI Regis Litteræ protectoriæ datæ fratribus de *Errom.* Dat. *Vmbrie* anno domini. MCCXLIX. non. KL. Auguſti, Pag. 173.

1249. INNOCENTII IV. Bulla, qva jubetur Archidiaconus *Aruſienſis* cogere judices ad exſeqvendum mandatum Pæpæ de reſtitutione Caſtri *Kopmanne Hafn* et ſuarum pertinentiarum; et qvod epiſcopus *Roſkildenſis* valeat in ſua eccleſia et dioeceſi libere commorari. Datum *Lugduni* VI. Kal. Auguſti. Pontificatus anno ſeptimo. - - - - - - - - - - Pag. 173.

1250. *Petri Ebbonis* filii teſtimonium, Patrem ſuum *Ebbonem Sunonis* fratribus in *Errom* poſſeſſionem *Herleue Nörre* cum omnibus ſuis attinentiis obtuliſſe et legitime ſcotaſſe. Act. *Knarrœthorp.* anno domini MCCL. - - - - - Pag. 175.

1250 INNOCENTII IV. Bulla qva fratribus ordinis minorum ſepulturam eccleſiarum eorum liberam eſſe decernit, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a qvibus mortuorum corpora aſſumuntur, Dat. *Lugduni* V. Kal. Mart. Pontificat. anno ſeptimo. Pag. 176.

1254. . . . . Bulla, indulgens Epiſcopo *Roſkildenſi* facultatem interdictum, ubi eccleſiæ ſatisfactum fuerit relaxandi. Dat. *Lugduni.* Non. April. Pontificat. anno ſeptimo, - - Pag. 177.

1250. Innocentii IV. Bulla mandans *Nicolao* Elemoſinario ut Caſtrum *Kopmannehafn* et bona Epiſcopalia Epiſcopo *Roſkildenſi* per Regem et detentores reſtitui faciat ſub poena interdicti in loca, ad qvæ Rex et detentores pervenerint. Datum *Lugduni* VII Idus Maii. Pontificatus anno ſeptimo. - - Pag. 178.

1250. . . . . Bulla mandatoria *Nicolao* Elemoſinario ut Caſtrum *Kopmanne Hafn* Epiſcopo *Roſkildenſi* faciat a Rege reſtitui ſub poena interdicti et excommunicationis. Dat. *Lugduni.* XV. Kal. Junii. Pontificat. anno ſeptimo. - - - Pag. 180.

1250. . . . . Bulla hortatoria ad Regem Daniæ, ut *Jacobum* Epiſcopum *Roſkildenſem* benigne recipiat et ei omnia eccleſie *Roſkildenſi* ablata integre et plene reſtituat. Dat. *Lugduni* XII Kal. Junii. Pontificat. anno ſeptimo. - - - Pag. 182.

1250. Abelis Regis Litteræ protectoriæ datæ fratribus de *Esrom.* Dat. apud *Siöbörygh* anno Domini MCCL. Idus Novembris ſexto, anno regni primo. - - - - - Pag. 184.

1250. . . . . Regis exemtio bonorum monaſterii de *Esrom* a gravamine expeditionis, *Inne, Stud,* ædificatione, et reparatione, arqve, munitione Caſtrorum et urbium, et omni jure Regio. Dat. *Siöburugh.* anno gratiæ MCCL. Idus Novembris ſexto. Anno regni primo. - - - - - - - - Pag. 185.

1250. . . . . Regis Privilegia, data Sanctimonialibus *Roſkildenſibus.* Dat. *Roſkildis* Anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo qvinqvageſimo. Idus qvinto Novembr. Pag. 186.

1251. Innocentii IV. Bulla contra *Lubicenſes* ob caſtrum *Kopmannehafn* et vicinas villas ab piratis eorum incenſas. Dat. *Lugduni* nonis Martii Anno pontificatus octavo. - - Pag. 187.

1251. Abelis Regis Renuntiatio omnis juris qvod habere videbatur in *Oſilia* et maritima contra *Henricum* Epiſcopum *Oſilienſem.* - Datum

Datum *Nuborch* anno domini MCCLI, sexto Idus Augusti Pag. 188.

1251. ABELIS Regis Litteræ, qveis Magistro *Andreæ* et Ordini Teutonicorum in Livonia jus omne in *Gerviam* cedit. Dat. *Nuborch* Anno Dñi MCCLI. sexto Idus Augusti. - - Pag. 306.

Ex Apogr. (desumto ex Autographo Archivi Antiqvariorum Holmensi) No. 162. g.

1251. *Petri* Episcopi *Arusiensis* Confirmatio transactionis inter clerum et suos prædecessores initæ, super dandis annuatim a singulis parochiarum rectoribus tribus oris usualis monetæ, loco procurationis et cathedratici. Datum anno Domini MCC. qvinqvagesimo primo. - - - - - - Pag. 190.

1252. CHRISTOPHORI I. Litteræ protectoriæ datæ fratribus monasterii de *Esrom*. Datum *Esrom*, anno Domini MCCLII. VII Kal. Octobris. - - - - - - - Pag. 190.

1252. . . . . Exemtio possessionum monasterii de *Esrom* ab omnibus servitiis atqve jure Regi debitis. Dat. *Esrom*, anno Domini MCCLII. VII Kal. Octobris. - - - Pag. 191.

1252. . . . . Exemptio bonorum monasterii *Sorensis* ab omni gravamine et oneribus juri Regio attinentibus. Dat. *Woringborgh* anno domini MCC. qvinqvagesimo secundo tertio nonas Octobris. - - - - - - - - Pag. 192.

1253. . . . . Confirmatio privilegiorum *Svinæburgensibus* a suis majoribus datorum. *Svineburgh* Anno Domini 1253. Pag. 192.

1253. *Jacobi* Episcopi Roskildensis Indulgentiæ XL dierum datæ iis qvi ædificio *Domus Sancti Spiritus* apud *Ecclesiam* b. *Laurentii* Roskildis manus porrexerint adiutrices. Dat. *Kæpmannæhafn* anno Domini MCCLIII. qvintodecimo Kal. Junii. Pag. 194.

1253.

1253. Innocentii IV. Bulla, qva Archiepiſcopo *Lundenſi* et Magiſtro *Johanni Stichil* Canonico *Roſkildenſi* notum facit, ſe nobilem mulierem (*) *Ingreth* viduam (**) *Conradi* Comitis de *Regenſtein*, inclinatum ipſius et ſororis Regis Boemie, *Agnetis*, ſupplicationibus, ſub beati Petri et ſuam protectionem ſuscepiſſe. Datum *Aſiſij* v. Idus Junii. Pontificatus anno decimo. - - - - - - - - - Pag. 194.

(*) *Ingerd* filia *Jacobi Sunonis* vid. p. 208.

(**) *Conradi* Comitis a *Regenſten* mentio fit in Transactione ſecunda de liberatione *Waldemari* Regis 1226. pag. 292. Ad ann. 1231. apud. Phil. Wilhelm. *Gercken.* in Cod. Diplom. Brandenburgenſi T. II. p. 392.

1253. Christophori Confirmatio bonorum in *Rrethgas* et *Lokaas*, data monaſterio de *Esrom*. Datum *Roſkildis*. Anno Domini Mcclii. Kal. Septembris. - - - - Pag. 195.

1253. *Thorkilli* Epiſcopi Revalienſis Compoſitio inita cum fratribus ordinis Teutonici ſuper Decimis in Gervia. Datum Anno Dni Mcclii. Nono Kal. Octobris. - - - - Pag. 308.

1254. *Johannis* et *Gerardi* Holſatiæ Comitum Privilegia civibus de *Brunsvic* et *Magdeburg* Hamburgi commercia exercentibus. Actum Anno domini McclIIII. VII Kal. Aprilis. Dat. *Hamborch* per manum ſcriptoris *Gervaſii* Canonici *Hamborchenſis* et Plebani in *Plönè*. - - - - Pag. 195.

1254. Leges inter Epiſcopum Roſkildenſem et villanos Hafnenſes datæ a *Jacobo* Epiſcopo *Roſkildenſi*. (*) Datum *Köpmannæhafn*, anno Domini McclIIII. Idus Martii tertio. - - Pag. 197.

(*) *Jacobum Erlandi* filium anno 1254 Menſe Martio Archielectum nondum fuiſſe hinc patet; et neſcio, qvem ſecutus fuerit magnus *Pontoppidanus* dum *Uffoni* 1251 in *Lundenſi* Metropoli eum ſucceſſiſſe ſcribit; Annal. Eccl. Dan. Diplomat. T. I. p. 569.

1254. Innocentii IV. (*) Bulla, qva Epiſcopos *Slesvicenſem* et *Wibergenſem* jubet inqvirere de virtute morum et veritate ſignorum, operibus et miraculis *Nicolai* filii Canuti Regis Daciæ. Datum *Anagniæ* VIII Kal. Auguſti, Pontificatus anno duodecimo. - - - - - - - - Pag. 201.

(*) Hanc Bullam Innocentio III. Adſcribit. *Pontoppidanus*, Annal. Eccleſ. Dan. Diplomat. T. I. p. 452. vultqve *Canuti IV.* Precibus papam adductum fuiſſe, ut eam daret. Verum illa minus rite ſibi conſtant. etenim annus duodecimus Pontificatus Innocentii III. incidit in Annum Chriſti 1209 qvi ſeptimus eſt a morte *Canuti* Regis. Pertinet igitur ad *Innocentium IV.* Bulla *Chriſtophori* Regis petitione efflagitata, qvod vel docent *Raynaldi* Annales ad Annum 1254 T. XIII. p. 642. plura vid. in Script. Rer. Danic. T. V. p. 303.

1254. . . . . Indulgentiæ XL dierum datæ iis qvi fabricæ Eccleſiæ *Aruſienſis* manum porrexerint adiutricem. Dat. *Anagniæ* II Idus Auguſti, Pontificat. anno XII. - - - Pag. 202.

1255. Christophori Regis Confirmatio Juris Lubicenſis a Civibus de Riga ſolummodo adhibendi. Datum *Siobyrgh* Anno Dni MCCLV. Kal. Septembris XVII. - - - - Pag. 309.

1255. Alexandri IV. Bulla mandatoria ad Epiſcopum *Wibergenſem*, Abbatem de *Cara inſula* et Priorem Fratrum prædicatorum *Aruſienſium*, ut de miraculis *Nicolai* Canuti Regis filii inter Sanctos referendi inqviranr. Dat. *Lateranis* Idus Decembris, Pontificatus anno primo. - - - Pag. 203.

1255. Christophori I. Petitio Alexandro IV. miſſa ſuper fundatione monaſterii Sanctæ Claræ Roſkildenſis. (*) I. a. Pag. 204.

(*) Aut hoc, aut ſeqventi anno pro *Ingerde* Rex apud papam interceſſit optimo ſucceſſu, ſiqvidem 1257, nonis Januarii, a Pontifice, qvod petebatur, eſt conceſſum. p. 211.

1255. ALEXANDRI IV. Bulla protectoria data Capitulo *Aruſienſi*. Datum *Anagniæ* 11 Non. Auguſti, Pontificatus anno primo. Pag. 205.

1255. . . . . Bulla confirmatoria data capitulo Aruſienſi ſuper bonis in *Liungheg* oblatis Altari b. *Catharinæ* a *Skæf* Canonico eccleſiæ Aruſienſis. Dat. *Anagniæ*, pridie Non. Auguſti, Pontificatus anno primo, - - - - - - Pag. 206.

1256. . . . . Bulla confirmatoria ſuper diplomate à FRIDERICO (II. Romanorum Imperatore) Regibus Daniæ dato, qvo omnia, qvæ ultrà *Eldoram* et *Albiam* Imperio contingentia KANUTUS et WALDEMARUS Reges, ut et in *Slavia*, armis occupaverant, Regno *Daniæ* adſeruntur. (*) Datum et actum anno domini Mccc. primo, Roſkildis, in profeſto beati Johannis ante portam latinam. - - - - - - - - Pag. 206.

(*) Errat hic beatus Pater, dum Regem, cui hanc confirmationem dedit, fratrem vocat KANUTI, ejusqve in ſubigendis *Slavis* atqve *Nordalbingis* ſocium, WALDEMARUM puta II. erat nempe CHRISTOPHORUS hoc tempore in Dania Regnans filius WALDEMARI qvi frater KANUTI Regis erat. At cauſa ſine dubio eſt. WALDEMARUS II carcere nefario et extorti juramenti fide liberatus 1225. vid. Raynald. Annal. Eccl. T. XIII. p. 334. Cancellariæ Romanæ Fridericianum diploma confirmandum miſit; illa vero in rebus tam ſeriis alacritatem adhibere haud conſueta, ſed tempori inſerviens, hoc tandem, anno defuncti ante XV annos Regis petitioni annuere voluit. conf. Hvitfeld. T. II. p. 248.

1256. *Ingardis* Comitiſſæ de *Reginſten* donatio bonorum in *Horlef*, *Lyndæ parvo*, *Jatnæslæf*, *Aggethorp*, *Lyutsthorp*, *Ammethorp*, *Thornby Parvo*, *Wolby*, *Barnæthorp*, *Schethæ*, *Ansthorp*, *Swalmsthorp*, *Aethorp*, facta Sororibus ordinis Sti *Franciſci Roſkildis*. Dat. *Lundis* anno Domini Milleſimo ducenteſimo qvinqvageſimo ſexto. Kal. Auguſti. - - - Pag. 208.

1257. *Ingerth* Comitiſſæ de *Reynſten* Litteræ, qveis *Petrum* Epiſcopum *Roſkildenſem*, ſuum tutorem conſtituit. ſ. a. Pag. 209.

1257.

1257. ALEXANDRI IV. *Bulla mandatoria* ad Archiepiſcopum Lundenſem ut qvoties a monialibus monaſterii Sti *Franciſci* ordinis Sti *Damiani* Roſkildenſis reqviſitus fuerit, bona earum a qvibusvis detenta, reſtitui illis faciat. Dat. *Laterani.* III non. Januarii. Pontificat. anno tertio. - - - - Pag. 210.

1257. . . . . Bulla mandatoria ad miniſtrum Provincialem in *Dacia*, ut qvoties ab Abbatiſſa et conventu monaſterii Sti *Franciſci* Ordinis Sti *Damiani*, *Roſkildis*, reqviſitus fuerit, duos fratres ydoneos ad celebrandum iis divinum officium et audiendum confeſſiones earum, et ad exhibendum iis eccleſiaſtica ſacramenta, ſine qvalibet difficultate iis concedat. Datum *Laterani* II non. Januarii. Pontificat anno tertio. - - Pag. 210.

1257. . . . . Bulla mandatoria ad Epiſcopum Roſkildenſem, ut *Ingerdi* Comitiſſæ de *Regenſten* auctoritate apoſtolica veniam concedat monaſterium Sororum ordinis Sti *Damiani*, in honorem Sti *Franciſci* Roſkildis erigendi, ſi expedire viderit. Dat. *Laterani* nonis Januarii. Pontificat. anno tertio. Pag. 211.

1257. . . . . Bulla Abbatiſſæ et conventui monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildenſis Ordinis Sti *Damiani* data, ut frater presbiter, ordinis fratrum minorum, qvi confeſſor iis fuerit deputatus, illis ex iisdem, qvæ pro injectione manuum in ſe ipſas excommunicationis incurrerunt vinculum vel incurrent, juxta formam eccleſiæ, beneficium abſolutionis impendat, dummodo competens ſatisfactio paſſis injuriam fiat. Datum *Laterani* Idus Januarii. Pontificatus anno tertio. - - - Pag. 212.

1257. . . . . Indulgentiæ centum dierum datæ viſitantibus Eccleſiam monaſterii Sti *Franciſci* ordinis Sti *Damiani* Roſkildis. Dat. *Laterani* Idus Januarii. Pontificat. anno tertio. Pag. 212.

1257. . . . . Bulla data Abbatiſſæ et conventui monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildenſis ordinis Sti *Damiani*, ut poſſeſſiones et alia bona, tam mobilia qvam immobilia Sororum, qvocunqve

juſto titulo adepta, feudalibus exceptis, exigere, petere ac retinere valeant. Dat. *Laterani* Idus Januarii. Pontificatus anno tertio. - - - - - - - - - - - - Pag. 213.

1257. Alexandri IV. Bulla, qva Sorores monaſterii Sti *Franciſci* ordinis Sti *Damiani Roſkildis*, immunes a præſtatione procurationum Legatorum et Nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, omniumqve exactionum, collectarum, et ſubſidiorum, declarat, omnesqve ex hoc capite in eas promulgatas ſententias excommunicationis aut interdicti, irritas eſſe jubet. Dat. *Laterani* Idus Januarii. Pontificat. anno tertio. - - - - - Pag. 214.

1257. . . . . Bulla, qva *Ingerdi* Comitiſſæ de *Regenſten* concedit, reditus et proventus ad ſe ſpectantes in ordine Sti *Damiani*, ſi eundem ingredi voluerit, percipere tam libere, ac ſi in ſeculo manſiſſet. Dat. *Laterani* XVI Kal. Februari. Pontificatus anno tertio. - - - - - - - Pag. 215.

1257. . . . . Bulla, qva Regi Daniæ inſtitutum ab *Ingerde* Comitiſſa de *Regenſten* monaſterium Sti *Franciſci Roſkildis* ordinis Sti *Damiani* commendat. Dat. *Laterani* XVI Kal. Februarii. Pontificat. anno tertio. - - - - - - Pag. 215.

1257. . . . . Bulla mandatoria ad Archiepiſcopum Lundenſem ut qvoscunqve volentes *Ingerdem* Comitiſſam de *Regenſten* in fundatione et dotatione monaſterii Sti *Franciſci Roſkildis* Ordinis Sti *Damiani* impedire, appellatione remota commoneat et compellat. Dat. *Laterani* XVI Kal. Februari. Pontificatus anno tertio. - - - - - - - - - Pag. 216.

1257. Acta dotationis monaſterii monialium recluſarum ordinis Sti *Damiani Roſkildis* factæ coram Rege, ab *Ingerde* Comitiſſa de *Regenſten*, conſenſu *Johannis*, *Johannis* filii, ipſius fratruelis et domini *Andreæ*, Pincernæ filii, mariti Dominæ *Ceciliæ*, ſororis dicti *Johannis*. Qveis Comitiſſa bona ſua in *Hornlef* cum duobus molendinis, in *Ammæthorp*, *Thornby minori* et *majori*, *Lyudæ-*

Lyndztorp, *Linde parvo*, in *Tubald* partem tertiam Domino *Andreæ* et *Johanni* ſcotavit. reſidua vero in *Skædæ*, *Alunde parvo*, *Sualſtorp*, *Anſtorp*, *Aggarthorp*, *Agarmark*, *Tokæmark*, *Jatneslef*, *Aggæthorp*, *Waldby*, *Barnæthorp*, *Heddingæ parvo*, *Svenſtorp*, *Grönæholt* et in *Tubald* partes duas, dicto monaſterio obtulit. Act. *Copmanhauen* in Eccleſia beate virginis octavo idus Julii anno Domini MCCL Septimo. Pag. 217.

1257. ALEXANDRI IV. Bulla confirmatoria ſuper bonis et reditibus monaſterio Stæ *Mariæ* Roſkildenſis oblatis ab ABSALONE (Archiepiſcopo Lundenſi) Epiſcopo Roſkildenſi, in *Striihæret*, *H..hæret*, *Juirlundhæret*, *Styfinshæret*, *Smörmshæret*, *Litlah..et*, *Samæhæret*, *Ramſiöhæret*, *Beueſcoghæret*, *Faxæhæret* et ad Sepulcrum (*) Sanctæ *Margarethæ* juxta mare. Dat. *Viterbii*. XVII Kal. Auguſti. Pontificat. anno tertio. Pag. 219.

(*) S. *Margareta* Roſkildis paſſa 1177. vid. Script. Rer. Danic. T. II. p. 435. conf. ibid. p. 523. T. IV. p. 23. T. IV. p. 534. conf. Danſke Magaz. T. I p. 75. T. I. p. 121. ubi non ſtatim Roſkildiam translatam dicit. T. I. p. 162. T. I. p. 178. 5 Kal. Nov. conf. S. Lagerbringii Swea Rikis Hiſtorie. T. II. p. 248-49.

1257. ALEXANDRI Papæ IIII. decretum, ne mulieres ſeculares monaſterium Sanctæ *Mariæ* Roſkild. Ciſtertienſis ordinis ingredi, ibiqve morari, ſub interminatione anathematis audeant. Dat. *Viterbii* XIII Kal. Aug. Pontificat. anno tertio. - Pag. 220.

1257. . . . . Confirmatio data monaſterio b. *Marie* Roſkild. ſuper duobus molendinis et uno manſo in *Glym*, illi ab *Abſalone* Epiſcopo Roſkild. oblatis. Dat. *Viterbii* Aug. Pontificatus anno tertio. - - - - - - Pag. 221.

1257. ALEXANDRI IV. Bulla prohibitoria ad Epiſcopum Roſkildenſem, ne Eccleſias jure patronatus ad fratres de *Sora* pertinentes alicui vacantes conferat iisdem invitis. Dat. *Viterbii* VII Kal. Auguſti. Pontificat. anno tertio. - - - - - Pag. 222.

1257. *Ingerthis* Comitiſſæ de *Regenſten* litteræ, qveis *Petro* Epiſcopo Roſkildenſi tutelam omnium bonorum ſuorum committit, illumqve exſecutorem teſtamenti ſui cõnſtituit. Dat. *Roſkildis.* - - - - - - - - - Pag. 222.

1257. ALEXANDRI IV. Bulla protectoria data monaſterio Stæ *Mariæ* Roſkildis. Idus Auguſti. Indict. xv. Incarnat. dominicæ anno MCCLVII. Pontificatus verò Domini ALEXANDRI Papæ IIII. anno tertio. - - - - - - - - - - Pag. 223.

1257. CRISTOPHORI Regis Litteræ, qveis Cives de *Riga* jure Lubicenſi tam in cauſis eccleſiaſticis qvam civilibus uti jubet. Act. *Ripis* Anno ab incarnatione Dni MCCLVII. Kalend. Octobris. Pag. 309.

Ex Apogr. Chartac. No.

1257. *Henrici* de *Appenhuſen* Commendatoris *Revaliæ* teſtimonium de anno 1276. ſe vidiſſe. *Saxonis* Capitanei Regii et Judicis Revaliæ Sententiam, qva lis inter Abbatem de *Dunamunde* et homines ipſorum de *Padis* ex parte una, et *Henricum* de *Kiwele* et incolas de *Alten* parte ex altera ſuper jure piſcandi in rivulo præter *Althen* fluente, orta deciditur. Dat. in *Revalia* Anno Dni MCCLVII in die beati *Vitalis* Martyris. - - Pag. 310.

1257. *Petri* Epiſcopi Roſkildenſis Litteræ, qveis commutat manſionem in *Sothœthorp* menſæ Epiſcopali attinentem, pro manſione in *Augthœhor*, qvam *Jacobus* Sunonis teſtamento reliqverat ad vinum diſtribuendum ſingulis eccleſiis Civitatis Roſkildenſis; additqve, ut teſtatoris voluntati eo facilius obtemperetur, unum et dimidium *Bol* in *Valby Eſtre*, et dimidium *Bol* in *Ravesleſ.* Act. *Roſkildis.* Anno Domini MCCLVII. IIII Idus Octobris. - - - - - - - - - Pag. 228.

1257. Teſtamentum Dominæ *Ingerth*, relictæ *Conradi* de *Regenſten.* Datum Roſkildis. - - - - - - Pag. 229.

1257. ALEXANDRI IV. Bulla, qva conceditur Sororibus monaſterii Sti *Franciſci* Roſkildis, earum familiaribus et oblatis, in earum eccleſia durante generali interdicto audire divina et recipere eccleſiaſtica ſacramenta. Dat. *Viterbii* XII Kal. Februar. Pontificat. anno qvarto. - - - - - - - - Pag. 230.

1258 . . . . . Bulla tribuens miniſtro ordinis Fratrum minorum in Dacia plenam poteſtatem viſitandi in Clauſtro Sororum ordinis Sti *Franciſci*, *Roſkildis*. Dat. *Viterbii*, nonis Februar. Pontificatus anno qvarto. - - - - - - Pag. 232.

1258. . . . . Bulla, qva magiſterio generalis ordinis fratrum minorum committuntur Sorores monaſterii Sti *Franciſci Roſkildis*. Dat. *Viterbii* II Kal. Marr. Pontificat. anno qvarto. Pag. 232.

1258. . . . . Bulla, qva Sorores monaſterii ordinis Sti *Franciſci*, *Roſkildis*, dona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, ratione ſucceſſionis, aliove qvocunqve titulo iis debita, petere, recipere retinere ac transferre in alios poſſunt. Dat. *Viterbii* Kal. Marr. Pontificat. anno qvarto. - - - Pag. 234.

1258. *Jacobi* Archiepiſcopi Lundenſis Indulgentiæ datæ iis, qvi monaſterio Sororum Sti *Damiani* manus porrexerint adjutrices. Dat. *Lundis* Anno Domini MCCLVIII. Decimo ſeptimo Kalend. Octobris. - - - - - - - - Pag. 235.

1258. *Petri* Epiſcopi Roſkildenſis Indulgentiæ datæ iis qvi monaſterio Sororum ordinis Sti *Damiani* ejusqve eccleſiæ manus porrexerint adiutrices. Dat. *Roſkildis* anno domini MCCLVIII. Tertio nonas Novembris. - - - - - Pag. 236.

1259. *Petri* Epiſcopi Roſkildenſis Confirmatio Donationis Domini *Petri Othenſun* Canonici Roſkildenſis, factæ eccleſiæ Sti *Lucii*, ſuper manſo terræ integro in *Flongi* et duobus *Fœligh*. Act. *Roſkild*. Anno domini MCCLIX. Idus Mart. ſexto. Pag. 237.

1259. ALEXANDRI IV. Bulla mandatoria missa Episcopo Sverinensi ut laicos, qvi Castrum *Hafnense* hostiliter destruxerant, ad ejus reædificationem censura ecclesiastica compellat. Dat. *Anagniæ* IIII Kal. April. Pontificat. anno sexto. - - - Pag. 238.

1259. *Jacobi* Archiepiscopi Lundensis, litteræ dotationis factæ monasterio Stæ *Claræ* Roskildis, super bonis in *Walengswith*, *Wiflœthorp*, *Lund*, *Höllösæ*, *Sneslef*, *Thorstorp*, *Ahæthorp*, *Brothæscog*, *Flinthæthorp*, *Lyndholm*. Act. *Lundis* Anno Domini MCCLIX. - - - - - - Pag. 239.

1259. *Ceciliæ* Relictæ Domini *Haraldi*, Regis Marschalchi, Litteræ, qveis Monasterio de *Esrom*, terram duorum solidorum in *Thorethorp* pro xxx marchis denariorum eidem a marito suo debitis, dimittit. Act. anno domini MCCLIX. - - Pag. 240.

1259. *Jacobi* Archiepiscopi Lundensis testimonium se vidisse Acta dotationis Claustri Monialium Stæ *Claræ* Roskildensis. Dat. Lundis Anno Dni MCCLIX in Crastino Sti Laurentii. Pag. 312.

MENDA EXTANTIORA.

Pag.	lin.		leg.
19.	1.	*Florentini* - -	*Florentii*
48.	22.	precelleret - -	percelleret
52.	20.	affectui - -	effectui
53.	2.	ſubterannotis -	ſubteran-notatis
83.	10.	diligetis - -	diligentis
92.	2.	*Welmp* - - -	*Weling*
93.	32.	*Welino* - -	*Weling*
99.	23.	*Bruboug* - -	*Brunboug*
101.	5.	incuria - -	in curia
	17.	Noterminum -	Nos termi-num
113.	33.	profeſſionis -	poſſeſſionis
130.	11.	Mccxxix - -	Mccxxxix
146.	24.	Confirmatio de compoſitio-nis - -	Confirmatio com-poſitionis
177.	16.	minima - -	minime
185.	1.	Mos - -	Nos
191.	21.	inigenlent - -	inuigilent
198.	26.	iuribus - -	viribus
202.	8.	Quod non - -	qvod ſi non
217.	15.	CHRISTOFORUS -	CRISTOFO-RUS
219.	32.	*Lilabæret* - -	*Liſlabæret*
230.	3.	eulcridras - -	culcidras
247.	1.	Redis - -	Regis
248.	13.	die 28 - -	die 29
260.	30.	ſaratiſſimo - -	ſacratiſſimo
267.	4.	preterfluente -	preterfluen-te
269.	33.	nonentis - -	ponentis
275.	18.	prefatura - -	prefatum
277.	10.	*Finnetog* - -	*Finnetop*
300.	14.	Waldemari I. -	Waldema-ri II.
	19.	Autograph - -	Apograph
316.	*penult.*	ad ann. 1157 - -	ad ann. 1137
318.	13.	23 Nov. - -	23 Octobr.
320.	15.	Eccleſiaſtica civilis - -	Eccleſiaſtica v. civilis
	29.	Comitis - -	Comitiis
328.	22.	Anni 1158 - -	Anni 1138
333.	13.	Haud ſimile - -	haud abſi-mile
342.	13.	monitis - -	munitis



No 3.
S. Erici Plogpening
1232.

ad
Delineat.
Ectypi in Arch.R.



No 4.
S. Erici Plogpening
1241

in
Fascic. xtus
No 5.

Tom. I.

C. Müller sc.



ia.



Nº 7.
S. Christophori. I.
1257.

ad
Ectypon Legati
Fascic. LI. Nº 16.



Nº 8.
S. Erici Glipping
1283.

ad
Delineat.
Legati Nº 4.

C.M. sc.

Tom.



C. M. sc.

C. M. sc.

Sigilla Reginarum Daniæ.

Nº 3.
S. Mechtildis Reginæ. 1260. 1269.
Ex Archiv. Reg.

Nº 4.
S. Margaretha Reginæ. 1263.
Fasc. LII. Nº 6.

Nº 5.
S Margarethæ Reginæ. 1270
Ex Arch. Rostochiense

Nº 6.
S. Agnetis Reginæ. 1293.
Ex Arch. Reg.

C. M. sc.

Sigilla Principum

S. Erici Duc: Ia
Ex Archi

S. Domicelli Erici. 1277. 1280.
Fasc. LII N°37. 43.

S. Ernesti Comitis de Glichen. 1257.
Fasc. LI. N°. 16.



S. Sophiæ Dnæ Langlandiæ
1296. Fasc. 65.



Tab. VII.

S: Capituli Lundensis 1259. 1262.

Fasc LI. N°31 Fasc. LIII N°2.

S. Petri Roskil 12 Præpositi densis 63.

Fasc. LII. N°6.

S. Dominar: Sti. Franci 12 monasteriū sci Roskildis 63.

Fasc. LII. N°6.

S. Domi = narum
inclusa = rum
Ros: kild.
ord: inis
S.Cla ra
12 68

Fasc. LII N°24.

Sig. Monasteriū Stæ. Mariæ de Byrtynge 12 68

Fasc. LII N°17

C.M.S.



S. Iohannis Episcopi Roskildensis.
1291. Fascic. LIII. N° 21.



S. Capituli domus beati Iohannis
de Andwardscogh 1288.
Fasc. LIII. N° 16.

C. M. sc.

S. Tuconis Bost
1251. Ex Archiv. Reg.



S. Andreæ Nic
Ex Fa

S. Cecilie relictæ Nicolai Stabularii 1268
Fasc. LII. N°. 21. 22. 23.



S. Gunni Ketilsun
1268. Fasc. LII N°23.



Fasc. 68

Nicolai Croc
Ex Archiv. R

S. Gro relicta Esberni Wagns. 1268.
Fasc. LII. N°24.



S. Petri Grubby.
1296. ex Arch. Reg.





S. Henrici Pr
Andwarthsc
1293. ex Arch

S. Karuli Ingiburgsun
12.. Ex Arch. Reg.



S. Ion Little 1285 – 1293.
Ex Arch. Reg.





Tom. I.

C.M. sc.

Tab. X.

S. Iohann
Ex Ar

Martini Thomæ
1277. Fasc. LIII. No 37.



S. Incerti 1285.
Ex Archiv. Reg.

S. Magri Alexandri
de Gloucestria
1284. Fasc. LIII. No 3.

S. Mathæi Ele
1298. Ex Arch.

S. Olavi Rostok
1268. Fasc. LII. No 19.

S. Olavi Takæsun
1293. ex Arch. Reg.

S. Petri D sun
1293. ex Ar 15.

S. Syundi Gormsun
1279. Fasc. LII. No 48.

S. Thorberni
Petri fil. 1263.
Fasc. LII. No 8.



S. Thrugoti Romildsun
1277. Fasc. LII. No 38.



C. M. sc.



S. Sigwidi Kanuti filii
'x delin: in Archiv: Reg:
1296.

S. Thordonis Akesun
Ex Ectypo Archiv. Regii
1288. vid. Hallandica.

S. Tuonis Arnfastron
1288.
Fasc. LIII. N°14.

S. Christinæ Hwitæ
1291.
Fasc. LIII. N°19.



S. Thurij Mariennæsun
de Iutia 1285.
'x delin. in Archivo Reg.

S. Incerti 1229.
Fasc. LI. N°28.

S. Communitatis
Civium Roschildis
1273. 1277.
Fasc. LII. N°33–39.